ANDREE ESSENII, ... DISSERTATIO DE PERPETUÂ MORALITATE...

Andreas Essen

Digitized by Google

6.

ECA NAZIONALE
ORIO EMANUELE
6
38 M B
20

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

XI. 10. 14
K. 1.

Digitized by Google

ANDREÆ ESSENII,
S. Theol. in Eccl. & Acad. Ultraj. D.

DISSERTATIO
DE
Perpetuâ Moralitate
DECALOGI,
adeóque ſpecialiùs etiàm
SABBATHI,

Denuò recognita; *& adverſus* Objectiones, Inſtantias, & Exceptiones Variorum *defenſa.*

Ubi multa de *Lege & Euangelio*, de *Veteri ac Novo Teſtamento*, aliiſque Capitibus Theologiæ, etiàm tractantur; ut videre eſt in *Indice* ſubjecto.



ULTRAJECTI,
Ex Officinâ JOHANNIS à WAESBERGE,
Anno cIↄ Iↄ c LX.

Digitized by Google

LECTORI CANDIDO.

Veritatis & Pietatis Studioſo,

S. P.

Cùm antehàc in Diſputationibus Academicis de Fœdere Legali *agendum eſſet, atque ipſa* Lex Moralis *eatenùs explicanda; ab Auditoribus noſtris propoſita & exhibita fuerunt Difficultates nonnullæ, potiſſimùm circa quartum Decalogi Præceptum. Unde illæ fuerint acceptæ, vel deſumtæ, parùm refert. Ego mei Muneris eſſe duxi, Juventutem hoc fine etiàm mihi commiſsam, in veritate, quæ ſecundùm Pietatem eſt, fideliter inſtruere; eàdemq; operâ ædificationi publicæ, & Paci Eccleſiarum inſervire. Sic ad Difficultates illas per Digreſſionem in iſto Curſû tunc reſpondi, quantum neceſſitas poſtulare videbatur. Multis deindè flagitantibus, Theſes illas recognovi; undè facta eſt* Diſſertatio, *quam aliquantò poſt ſeparatim excudendam dedi. Rem ipſam, quæ Domini eſt, tractavi coram Domino, juxta vocationis & functionis quæ ſynceritatem ac fidelitatem inprimis poſtulat, con-*

 ſcien-

Digitized by Google

ſcientiam. Contentionis ſtudium, ambitionem, cenſuras perſonales, dictaturam in alios, procul habui. Objectiones, inſtantias, exceptiones, quæ oblatæ erant, exhibui candidè; & reſpondi ea, quæ Veritati & Pietati, juxta Verbum Dei, me debere exiſtimavi: ſuppreſſis tamen Auctorum nominibus, titulis, circumſtantiis, & adjunctis aliis; ut ſic contentionibus perſonalibus (ad quas præſens hoc ſæculum, proh dolor! nimis eſt proclive,) anſa præcideretur. Animo meo ſedent iſta Apoſtoli; Servum Domini non oportet opugnare, ſed manſuetum eſſe erga omnes, *&c. 2 Tim.* II, 24. Quódſi quis videtur contentioſus eſſe, nos ejuſmodi conſuetudinem non habemus, neque Eccleſiæ Dei; *1 Cor.* XI, 16. *Aliquis tamen de* Aculeo primæ editioni aſperſo in Synodo ſe publicè conqueſtum *profitetur ſcripto publico, qui porrò in* iſtâ Recognitione nonnihil emollitus *eſſet. Ità res habet. Objectum fuerat, quòd* hæc doctrina (*de Sabbatho*) nata *eſſet* excitare in animis hominum inextricabiles ſcrupulos, & quæſtionum nodos, quibus ſolvendis altero Moſe vel Eliâ opus

opus ſit. *Ego autem in editione Theſium, quæ prima fuit, perſonam non reſpiciens, non deſignans, ſcripſeram*: Si qui ſibi fingant inextricabiles ſcrupulos & quæſtionum nodos, non eſt quòd culpa in ſanctum hoc Dei Præceptum rejiciatur; vel ejus Moralitas propterea in dubium vocetur: circa reliqua etiàm Præcepta moveri poſſunt Difficultates ſatis multæ; & moventur reverâ, dùm plurimi Theologicè diſputare malunt quàm vivere. Conemur interim expedire quæ nunc potiſſimùm occurrunt. *&c. Quis iſtîc* Aculeus? *Inextricabiles ſcrupuli & quæſtionum nodi dicebantur excitari per doctrinam de Sabbatho. Reſpondi, id Hominibus tribuendum, non Præcepto Dei. Circa* (N. B.) *reliqua Præcepta etiàm moveri poſſe* Difficultates *ſatis multas; & moveri reverâ, dùm* (N. B.) *plurimi Theologicè diſputare malunt, quàm vivere. Stat ſententia,* Parcere perſonis, dicere de vitiis. *Mihi certè functione Eccleſiaſticâ, & animarum curâ jàm aliquot luſtris occupato, caſus ſatis difficiles & varii fuerunt propoſiti, à variis, circa varia Decalogi Præcepta: plurimos*

 obſer-

obſervavi non ſolùm doctos, ſed frequenter indoctos, & plebejos, magis paratos diſputare Theologicè, objiciendo, excipiendo, dubia movendo; quàm Theologicè vivere; cùm tamen noſtra Θεολογία *deberet eſſe* Θεοζωΐα. *Dùm vivimus in iſtâ fece, quid mirum ſi circa quartum Præceptum etiàm Difficultates moveantur? Neſcio quomodò unus, quem tamen minimè notare volui, de quo etiàm meliora tunc apud me judicavi, & adhùc judico, circa materiam Sabbathi ægrè tulerit; quod non de uno, ſed de plurimis; nec circa quartum, ſed circa reliqua Præcepta, dixi. Ubi tamen indicium querimoniæ illius factum eſt à Reverendo quodam Collegâ; (id autem factum, dùm excudebatur Diſſertatio; &, quantum memini, ad iſtum locum erat perventum;) ego mirabar prorſùs, ſic à quoquam accepta eſſe innoxia mea verba. Occurrebat interim dictum Apoſtoli;* Si eſca offendiculo eſt fratri meo, non edam carnes in æternum, ne ſim offendiculo fratri meo; *I Cor. VIII, 13. Propterea in correctione illius loci, ad univerſalitatem magis exprimendam addidi voculam,* paſſim; *expunxi verò alteram,* Theologicè: *hanc enim mutatio-*

tationem Typographo faciliorem fore exiſtimavi. Unde iſtîc in hunc modum legitur: Circa reliqua etiàm Præcepta moveri poſſunt Difficultates ſatis multæ, & moventur reverâ, dùm plurimi paſſim diſputare malunt, quàm vivere. *Atque hæc eſt iſta, quæ dicitur, emollitio. Ab illo tempore cauſæ adverſæ patrocinium ſuſceperunt plures; & ad alios etiàm, tanquàm ſibi* ὁμοψήφους, *provocârunt: at minimè defuerunt, qui eandem nobiſcùm cauſam Veritatis ac Pietatis agerent ſedulò & conſtanter. Factum interim, ut multi me quoque ad ulteriorem & uberiorem defenſionem excitarent: tardiùs autem ad negotium illud acceſſi, atque in eo proceſſi; tùm propter valetudinem minùs firmam; tùm quòd per plura, quæ agenda incumbunt, parùm temporis ſuppeteret. Tandem ipſum aggreſſus, eandem ut prius inſtiti viam. Objectiones, exceptiones, argumenta, inſtantias, examinavi; ad ſingula reſpondi.* Opponentem *aliquandò appellavi; ſed illum non unum perpetuò. Quid dictum, aut ſcriptum ſit, expendi; quis dixerit, aut ſcripſerit, quo loco, quo tempore, quo libro, non expreſſi. Sic litium occaſiones*

Digitized by Google

obſervavi non ſolùm doctos, ſed frequenter indoctos, & plebejos, magis paratos diſputare Theologicè, objiciendo, excipiendo, dubia movendo; quàm Theologicè vivere; cùm tamen noſtra Θεολογία *deberet eſſe* Θεοζωΐα. *Dùm vivimus in iſtâ fece, quid mirum ſi circa quartum Præceptum etiàm Difficultates moveantur? Neſcio quomodò unus, quem tamen minimè notare volui, de quo etiàm meliora tunc apud me judicavi, & adhùc judico, circa materiam Sabbathi ægrè tulerit; quod non de uno, ſed de plurimis; nec circa quartum, ſed circa reliqua Præcepta, dixi. Ubi tamen indicium querimoniæ illius factum eſt à Reverendo quodam Collegâ; (id autem factum, dùm excudebatur Diſſertatio; &, quantum memini, ad iſtum locum erat perventum;) ego mirabar prorſùs, ſic à quoquam accepta eſſe innoxia mea verba. Occurrebat interim dictum Apoſtoli;* Si eſca offendiculo eſt fratri meo, non edam carnes in æternum, ne ſim offendiculo fratri meo; I Cor. VIII, 13. *Propterea in correctione illius loci, ad univerſalitatem magis exprimendam addidi voculam,* paſſim; *expunxi verò alteram,* Theologicè: *hanc enim mutatio-*

tationem Typographo faciliorem fore exiſtimavi. Unde iſtîc in hunc modum legitur: Circa reliqua etiàm Præcepta moveri poſſunt Difficultates ſatis multæ, & moventur reverâ, dùm plurimi paſſim diſputare malunt, quàm vivere. *Atque hæc eſt iſta, quæ dicitur, emollitio. Ab illo tempore cauſæ adverſæ patrocinium ſuſceperunt plures; & ad alios etiàm, tanquàm ſibi* ὁμοψήφους, *provocârunt: at minimè defuerunt, qui eandem nobiſcùm cauſam Veritatis ac Pietatis agerent ſedulò & conſtanter. Factum interim, ut multi me quoque ad ulteriorem & uberiorem defenſionem excitarent: tardiùs autem ad negotium illud acceſſi, atque in eo proceſſi; tùm propter valetudinem minùs firmam; tùm quòd per plura, quæ agenda incumbunt, parùm temporis ſuppeteret. Tandem ipſum aggreſſus, eandem ut prius inſtiti viam. Objectiones, exceptiones, argumenta, inſtantias, examinavi; ad ſingula reſpondi.* Opponentem *aliquandò appellavi; ſed illum non unum perpetuò. Quid dictum, aut ſcriptum ſit, expendi; quis dixerit, aut ſcripſerit, quo loco, quo tempore, quo libro, non expreſſi. Sic litium occaſiones*

 fugio;

fugio; & laboro quieſcere, καὶ ἀληθεύειν ἐν ἀγάπῃ. *Vt autem hic labor ædificationi & Paci Eccleſiarum in Veritate & Pietate ſerviat, qui coram Domino ſcopus eſt, ipſum Deum Veritatis & Pacis in Spiritû & Veritate ſupplex veneror, per eum qui eſt Via, Veritas & Vita, atque idem Pax noſtra.*

Sed aliud inſuper monendum duxi. Eſt qui anno hujus ſæculi LIII. *edidit* Diſſertationes duas, quarum prior (:*ſic habet Titulus:*) de S. Scripturæ in rebus Philoſophicis abuſû, examinat, 1. An Phyſicę genuinum principium ſit Scriptura? 2. An hæc de rebus naturalibus loquens accuratam ſemper Veritatem, an potiùs ſenſum & opinionem Vulgi ſępiùs ſequatur? Altera Diſpoſitionem & Ordinem totius Univerſi & principalium ejus Corporum tradit, ſententiamque Nobiliſſimi CARTESII de verâ Quiete & vero motû Terrę defendit. *Quid iſto ſaltem tempore Auctor reſponſum voluerit ad poſteriorem illam quæſtionem, ipſe oſtendit planiſſimè in Præf. fol.* * 4.
„ *Quia à ſententiæ iſtius (de Terræ delatione*
„ *circa Solem annuâ, & circa axem proprium*
diurnâ

Digitized by Google

,, *diurni) Defenſoribus ad loca Scripturæ,*
,, *quæ contra eam objiciuntur, reſponderi ſo-*
,, *let*, Scripturam loqui de his rebus ſe-
,, cundùm Vulgi opinionem ex præju-
,, diciis ſenſuum decernentis, *id denuò*
,, *tanquàm inauditum, impium, & omnem*
,, *Scripturæ authoritatem evertens, fuit ex-*
,, *ceptum; Putavi ego operæ pretium me fa-*
,, *cturum, &c.* Deindè * 5. *b. Judicavi,*
,, *conveniens fore, quia* ex profeſſo ſenten-
,, tiam illam, Scripturam loqui de
,, rebus naturalibus ſecundùm opinio-
,, nem vulgi erroneam, defendere, *&*
,, *ab abſurdis objectis liberare* propoſue-
,, ram, *&c.*

Iterùm Diſſert. 1. *Cap.* 1. §. 5. *Nos,*
,, *prout æquum eſt fieri ab omni Chriſtiano,*
,, *Scripturæ authoritatem ſummâ cum reve-*
,, *rentiâ ſuſcipimus, libentiſſimè nos ei ſub-*
,, *jicientes, firmiter credendo,* ſalutarem
,, de Deo & Divinis notitiam in eâ ſuf-
,, ficienter eſſe comprehenſam, *ut homo*
,, *Dei poſſit eſſe perfectus, ad omne opus bo-*
,, *num inſtructus.* De cætero *firmiter ſu-*
,, *mus perſuaſi*, Scripturam ſæpiſſimè de
,, rebus naturalibus loqui, ut appa-

Digitized by Google

,, rent, non uti ſunt, ſi ἀκρίβειαν Philo-
,, ſophicam ſpectes; *adeóque non poſſe ex*
,, *eâ cognitionem Philoſophiæ Naturalis hau-*
riri. Et §. 8. *Interim* non vult Sp. S.
,, in Scripturâ nudam veritatem circa
,, res naturales, *quas optimè cognitas ha-*
,, *bet*, manifeſtare: *ſed eam in medio re-*
,, *linquit, permittens intereà literatis homi-*
,, *nibus, ut locutiones tales conferant cum*
,, *Philoſophiâ, & indè nùm accuratæ ſint,*
,, *nùm vulgares, diſcant.*

Rurſùs Cap. IV. *pag.* 48. *inſcripſit: Pro-*
,, *ducuntur Teſtimonia Scripturæ de rebus na-*
,, *turalibus, eaque* accipienda eſſe ſecun-
,, dùm vulgi opinionem, non ſecun-
,, dùm rei veritatem, *oſtenditur. Ac por-*
rò §. 11. *pag.* 63, 64. *Sed hîc quis nobis*
,, *occurrere poſſet dicendo: Probandum tibi*
,, *fuit*, Scripturam loqui cum vulgo
,, erroneo, proferendo complexa falſa:
,, *at in multis locis Scripturæ adductis ſunt*
,, *tantùm* ſimplices termini ex uſû vulgi
,, adhibiti. *Reſp. Nulli loci Scripturæ ſunt*
,, *adducti, niſi qui* ſatis probarent, Scri-
,, pturam loqui aliquandò ſecundùm
,, erroneam vulgi opinionem: *ſed ubi*

tan-

„ *tantùm* ſimplices Termini *ſunt allati*
„ *ex uſû vulgi adhibiti, ibi illi ſimplices* Ter-
„ *mini ortum ſuum habuerunt ex falſis com-*
„ *plexis & erroneis opinionibus à vulgo aſ-*
„ *ſumtis--. Atque ità apparet*, pariter fa-
„ cere ad noſtrum ſcopum *loca, in qui-*
„ *bus ſimplices termini ex uſû vulgi adhi-*
„ *bentur, ac ea in quibus* Complexa falſa
„ ſecundùm vulgi opinionem *profe-*
runtur. Hactenùs ille. Similia verò paſſim iſtîc occurrunt.

Contra iſtas Diſſertationes, tres Eruditi Juvenes, S. Theologiæ ac Philoſophiæ in Academiâ noſtrâ tunc ſedulam operam navantes, nunc Eccleſiæ Chriſti diverſis in locis fideliter ſervientes, ex quibus etiàm duo ſupremos in Philoſophiâ honores ſuo merito conſecuti ſunt, ſeq anno LIV. *quatuor Diſputationes conſcripſerunt, easque ſub meo Præſidio publicè defenderunt; ſed nomini illius parcentes, dum ſatis habebant ſic iſti inſtituto, quod periculoſum & ſcandaloſum exiſtimabant cum pluri-mis aliis, occurrere.*

Verùm Diſputationibus iſtis idem ille Auctor anno LV. *oppoſuit Diſputationem, quam poſteà recudendam curavit,* Titulo Conſi-

derationis Theologicæ de Stylo Scri-
pturæ, quem adhibet, cùm de rebus
naturalibus ſermonem inſtituit. *In eâ*
,, *§. 5. ſic loquitur: Inventus fuit nuper, qui*
,, *ſuſque deque habitâ proteſtatione meâ Chri-*
,, *ſtianâ Præfationi inſertâ,* calumniis &
,, convitiis acerrimè contra me cenſuit
,, ſibi agendum; *quod ut tantò tutiùs præ-*
,, *ſtare poſſet,* non ſub perſonâ ſuâ Præſi-
,, dis, ſed ſub perſonâ Reſpondentis
,, voluit latere, *& quatuor, quantum mihi*
,, *innotuit, habitis Diſputationibus, hunc me-*
,, *um tractatum conatus eſt refutare; ità ta-*
,, *men ut ſæpè inſcius pro meâ ſententiâ con-*
,, *tenderit, ſæpiſſimè cum umbrâ ſuâ, quam*
,, *meam ſententiam putavit, fuerit luctatus.*
,, *§. 6. Equidem ut vidi has* larvatas Diſ-
,, putationes tot calumniis & convi-
,, tiis repletas, *&c.*

Sed ibidem §. 69. in hunc modum loqui-
,, *tur: Verùm ut dixi, ſi quis offendatur* Co-
,, pernicanâ phraſeologiâ, quâ uſus
,, ſum in Diſſertationibus, *eique magis*
,, *arrideat* alia à me *cap. 5. art. 16.* uſur-
,, pata (*Scripturam de rebus naturalibus lo-*
,, *quentem uti formulis receptis, etſi opinioni-*

bus

Digitized by Google

„ *bus erroneis innitantur) & à Diſputatore* „ *approbata, ſciat me ſibi habiturum non* „ *contrarium.* *Aliis ne quidem hac phraſeo-* „ *logiâ contentis,* novam damus hanc, „ *Stylum Scripturæ de Phænomenis loquentis* „ *eſſe vulgarem, iis formulis expreſſum qui-* „ *bus ea tùm à vulgo, tùm ab Aſtronomis ex-* „ *poni ſolent, adeóque uſurpare phraſes phæ-* „ *nomenis ſive apparentiis convenientes, quæ* „ *quidem veritatem aliquam, ſed relatam* „ *ad homines, ac* infantiæ ſenſuumque „ præjudiciis obvolutam *contineant.* *Sic ille in varias formas ſeſe vertit. Tùm laudati Juvenes D. M. Arn. Niepoort, D. Joh. Beuſekom, & D. M. Henr. Troy, Vindicias ſuarum Diſputationum repoſuerunt anno* LVI. *Sed anno* LIX. *iterùm prodiit ejuſdem Auctoris* Conſenſus Veritatis in Scripturâ Divinâ & infallibili revelatę, cum Veritate Philoſophicâ à Renato des Cartes detectâ: *ſive Diſſertationes illæ interpolatæ & auctæ. Sic autem de illo negotio præfatur fol.* * 4. „ *Primus impetus contra illud* „ *factus ex Academiâ Ultrajectinâ per Diſ-* „ *putationes ſub titulo:* De Autoritate, „ Veritate & infallibili Fide S. Scri-

pturæ

„ pturæ in rebus Philoſophicis, *aucto-*
„ *ribus iis (nam librorum titulis fides dero-*
„ *ganda non eſt) qui reſpondendi navaverunt*
„ *operam, quibus inſimulatus fui, quòd* ſtu-
„ duerim infringere Autoritatem &
„ accuratam Veritatem S. Scripturæ in
„ rebus Philoſophicis. *Quibus, omiſſis*
„ *Reſpondentibus, unâ Diſputatione Duiſbur-*
„ *gi habitâ ità reſpondi, ut & ſententiam*
„ *meam clariùs explicarem, & adverſarii*
„ *meum* (Leg. *mei, vel mecum*) *conſenſum,*
„ *dùm concedit;* Scripturam fuiſſe uſam
„ formulis receptis etſi inniterentur o-
„ pinionibus erroneis, *docerem: eaque*
„ *Diſputatio dein ſub titulo,* Conſideratio
„ Theologica de Stylo Scripturæ *anno*
„ 56. *publici juris fuit facta. Quantumvis*
„ *autem poſteà iidem Reſpondentes Vindicias*
„ *ſinguli pro ſuis Diſputationibus auſi fuerint,*
„ *quandò tamen* Præſes earum infra ſe ex-
„ iſtimaverit, ut alio modo quàm per
„ Reſpondentes in ſcenam productos
„ mecùm congrederetur; *nec in ipſis Di-*
„ *ſputationibus quicquam ſit ſpeciem veri ha-*
„ *bens, quod repetitum ab aliis adverſariis,*
„ *in hoc tractatû à me non ſit dilutum, nec in*
Vindi-

„ *Vindiciis* crimen calumniarum Præſi-
„di impactum *ſit purgatum*(*conferat tan-*
„ *tùm Lector meam accuſationem in* Con-
„ ſideratione *cum* Vindiciis), *nemo mihi*
„ *vitio vertet, ſi ulteriùs contentionis ſerram*
„ *cum Reſpondentibus reciprocari dedigner.*
Deindè verò * 7. *Etiàm hoc* dedi infir-
„ miorum teneræ conſcientiæ, *ut mo-*
„ *dum illum loquendi*, Scripturam ſępè
„ de rebus naturalibus loqui ſecun-
„ dùm opinionem vulgi, non ſecun-
„ dùm accuratam veritatem, *quo an-*
„ *teà eram uſus, iſti* lapidi offenſionis re-
„ movendo, *mutaverim*, aliâ commo-
„ diore formulâ *ſubſtitutâ*. --- *Cavi quan-*
„ *tum potui in hâc ſecundâ Editione, ne ver-*
„ *ba exciderent, in quibus quiſquam meritò*
„ *offenderetur*; *ideóque* pacis ſtudio omiſi
„ locutiones, quas vidi in ſequiorem
„ ſenſum facilè detorqueri, atque ità
„ materiam ſcandali eſſe poſſe, *& ſi præ-*
„ *ter ſpem ejuſcemodi quid non animadver-*
„ *ſum huic editioni adhùc inſit* (*quis enim*
„ *immunitatem ab omni defectû etiàm in*
„ *verbis ſibi tribuere auſit*?) *id, perſpectâ ſa-*
„ *nâ meâ ſententiâ, per alia mea verba cla-*
„ *riora ut exponatur, precor.* *At-*

Digitized by Google

Atque iterùm * 8. *Ac niſi ab Antagoni-*
„*ſtis Scriptura in partes fuiſſet vocata, atque*
„*pro illorum ſententiâ adducta, nulla con-*
„*troverſia circa eam fuiſset exorta. Quæ ta-*
„*men non eſt de ejus* Veritate & Autoritate,
„*cui, ſi non plus, ſaltem non minus deſerunt*
„Carteſiani, *atque* iſti, qui eâ malè intel-
„lectâ ſuos errores conantur palliare, *ſed*
„*de ejus* Senſû; adverſariis ei, quod nolis
„ſuis pueri, affingentibus ſenſum opinio-
„nibus ſuis convenientem. --- *Quæſtio*
„*eſt*: An non Scriptura utatur ſermone
„è trivio deſumto, & phraſibus quæ ex
„præjudiciis habent ortum, non tamen il-
„la ipſa præjudicia docendo, ſed verita-
„tem generalem talibus verbis quaſi in-
„volutam? *Ubi ego affirmantium ſenten-*
tiam ſequor. Et pag. 369. §. 451. *Hic enim*
„*verus, non alius eſt ſtatus controverſiæ*: An
„Scriptura de rebus naturalibus loquens
„adhibeat formulas communi uſû tritas,
„veritatem quidem aliquam, ſed ad ho-
„mines eorumque ſenſûs relatam & præ-
„judiciis atque erroribus involutam refe-
„rentes, κρίσιν ſuam circa præjudicia non
„interponendo; An verò ubi vulgares lo-

cutiones

„ cutiones innitantur multis firmiſſimè
„ irradicatis & necdùm depoſitis prejudi-
„ ciis, eas mutet in accuratas & Philoſophi-
„ cas? *Ego prius aſſirmo, poſterius nego. Sic ille.*

Sed rem ipſam videamus paucis. Spiritus S. in S S. Literis loquens, primò *quidem tale proponit* Syſtema Mundi, *ut* Terra *non ſit, nec aliquandò fuerit Sidus; deindè Maculis fuerit obducta, & Vortex ejus abſumtus à Vortice potentiore Vicini Solis; ipſa detruſa verſus Solem; iterùm detruſa in eum locum, ubi nunc eſt; ac porrò in eo loco, in quo eſt, deferatur à materiâ ambiente annuâ delatione: ſimulque circumvolvatur à materiâ cœleſti ambiente circumvolutione diurnâ: quæ ex ſuavibus Carteſii figmentis operosè deducit & explicat Auctor, Diſſert. 2. cap. 5. & in Conſenſu veritatis cap.* 18. *Sed ut Terra cum Aquis inferioribus quàm maximè diſtincta ſit à Cœlis & Expanſo: Sol verò, & Luna, reliquæque Stellæ diſpoſitæ in Expanſo; ad aſſerendum Lucem ſuper Terram, atque in Signa tempeſtatum, dierum & annorum.* Gen. 1, 1, 2, 6, -- 9, 14, -- 18.

Secundò, *prorſus non docet* Terræ motum *diurnum, vel annuum; ſed* quietem *ejus, ſtabilitatem, & immobilitatem; etiàm oppoſitè*

poſitè ad Aquas, Aërem, Solem, &c. Pſal. xxiv, 1, 2. xciii, 1, 3. Eccleſ. 1, 4,-7.

Tertiò, *non tradit* Solis Quietem, *ſed* Motum, *eumque celerem: ex naturali quâdam inclinatione; & valdè ordinatum; ab Oriente per Auſtrum in Occidentem, atque indè per Septentrionem denuò in Orientem;* Pſal. xix, 2,-7. Eccl, 1, 4,-7.

Quartò; *ad Potentiam Dei extraordinariam, atque inter Miracula refertur inhibitio iſtius Motûs, ſivè* Statio Solis, *quemadmodùm Lunæ & Stellarum;* Joſ. x, 12, 13. Job. ix, 7.

Dùm aliqui contrariam nihilominùs tenent ſententiam, non quæritur de Metaphorâ, Metonymiâ, aliove Tropo in dictione quâpiam, vel Phraſi, vel Thémate ſimplici, aut Termino incomplexo; ſed de Propoſitionibus, Enunciationibus, Axiomatibus, Orationibus complexis, à Spiritû S. adhibitis in iſtis aliiſque rebus Philoſophicis pro re natâ: & quidem, ubi illæ non obiter quaſi verbulo attinguntur; ſed opera iſta Dei ſedulò & diſtinctè enarrantur, celebrantur, illuſtrantur. Verè quidem, & ad intellectum ſatis accommodatè dixit Poëta; Provehimur portû; terræque urbeſque

urbeſque recedunt; *priore membro motum navigantium, propriè; poſteriore verò illius conſequens, remotiorem telluris urbiumque diſtantiam, metonymicè exprimens. Similiter* *Act.* XXVII, 27. Nautæ *dicuntur* circa medium noctis ſuſpicati, appropinquare ſibi aliquam regionem; *h. e. metonymicè propinquiorem adeſſe. Metaphoricè etjàm* κατὰ τὸ φαινόμενον *Jud.* XI, 24. *Jephta ad regem Ammonitarum*, Deus veſter Camos; *cùm tales ſint* λεγόμενοι Θεοὶ, μὴ ὄντες φύσει Θεοί; 1 *Cor.* VIII, 5. *Gal.* IV, 8. *Plura iſtiuſmodi agnoſcimus tùm apud bonos Auctores, tùm in ipſis quoque SS. Literis, occurrere; ubi dictiones & phraſes uſurpantur, ſive propriè, ſive tropicè, eo modo ac ſenſû, quo communiter ſunt uſitatæ & notæ: ſic enim is qui loquitur, audientibus ſeſe accommodat, ut ab iis familiariter poſſit intelligi. Verba valent uſû; quem penes arbitrium eſt & vis & norma loquendi. Quomodò, quâve occaſione, quædam voces, verba, phraſeologiæ, cœperint uſurpari, & talem ſignificationem habere, parùm refert: hoc ſaltem tenendum, ob Dei primam Veracitatem & abſolutè ſummam Auctoritatem, quod ipſe dictionibus & phra-*

ſibus

ſibus communiter uſitatis enunciat eo ſenſu, quo etiàm vulgò accipi ſolent, quique iſto ſigno exprimi conſuevit, id omninò verum eſſe, atq; ſic fide Divinâ credendum. Auctor ille priùs apertè diſputavit Spiritum S. de rebus naturalibus loqui ſecundùm ſenſum & erroneam opinionem vulgi; non ſecundùm accuratam veritatem; *vel etiàm ſimpliciter*, non ſecundùm rei veritatem. *Hoc ex profeſſo defendere propoſuerat. Qui verò loquitur ſecundùm erroneam vulgi opinionem, oppoſitè ad rei veritatem, illi ſaltem eatenùs non convenit veritas; neque conſequenter Auctoritas ad Fidem ipſi habendam obligatoria. Qui illud de S. Scripturâ conatus eſt* defendere, *& quidem* ex profeſſo *id* propoſuit, *quantum ad res Philoſophicas, is ipſo facto ſtuduit infringere Auctoritatem & Veritatem S. Scripturæ in rebus Philoſophicis, judice inter alios, & poſt alios,* D. M. *Niepoort. Neque tale prævium aliorum judicium Accuſatori fuiſſe ignotum, ex ipſius Præfat. conſtat. Auctor ille, cujus nomini & functioni etiàm nunc parco,* Calumnias *interim vocat: imò, necdùm* Crimen Calumniarum *mihi* impactum *purgatum, dicit. Ætatem habet* D.

M. Nie-

Digitized by Google

M. Niepoort, *& reliqui qui Diſputationes illas compoſuerunt : in* Vindiciis, *ad quas Accuſator provocat, fidem ſuam liberârunt ipſi; quantum quidem ego judicare valeo, atque alii mecùm. Iſta inſpiciantur, pag.* 94. *& ſeqq. Quâ autem veritate, quâ fide, ille in Conſideratione ſuâ ſcripſerit, me* calumniis & convitiis acerrimè contra ſe cenſuiſſe mihi agendum; quod ut tantò tutiùs præſtare poſſem, non ſub perſonâ meâ Præſidis, ſed ſub perſonâ Reſpondentis voluiſſe latere, *&c. Lectorum eſto judicium.*

Ipſi DD. Reſpondentes ſe Diſputationum ſinguli ſuarum Auctores eſſe, initio adſcripſerunt; ipſi poſteà profeſſi ſunt iterùm publicè, ac ſeſe Vindiciis ſuis defenderunt feliciter. Illis inter alios δίδακτρον *debet Accuſator, quòd aliis iterùm atque iterùm modis controverſiam ac ſententiam ſuam interpolare poſt iſtas Diſputationes didicerit. Ego verò me eas compoſuiſſe, nego. Quâ autem argumenti ſpecie ille contrarium probat? Nullâ prorſus. Scil. ipſe id concipit. An clarè & diſtinctè? quomodò? Saltem non verè. Præſidium in Defenſione Academicâ commodâſſe fateor; ut pluribus aliis Diſputationum Auctoribus. Si quam in illis*

obſer-

[illegible] calumniam, eam pro auctorita-
te ſtudiis corrigere potuiſſe, fateor quoque:
ſed non obſervaſſe: neque adhùc videre, pro-
[illegible] ſeria. Quid igitur ille, de crimine ca-
lumniarum mihi impacto, & nondùm
purgato? Cur, quid infra me exiſtimave-
rim alio modo, quàm per Reſpondentes
in ſcenam productos, ſecùm congredi?
Cur mihi [illegible]? Didici, per Dei gratiam
[illegible] affici; nec viciſſim convitiari. Inte-
rim [illegible], [illegible], à Mini-
ſterio & laboribus meis hic ſaltem removen-
dum cenſui iteratam iſtam accuſationem.
Ego me ad Veritatis, quæ ſecundùm Pietatem
eſt, defenſionem obligatum ſcio, & ſentio; ac
pro ratione temporis & virium hoc ago. Sed
ut Diſſertationibus ac Diſceptationibus ad-
verſariis omnibus examinandis & refutandis
neque aquàm ſufficio; ſic neque mihi ſoli in-
cumbit iſta neceſſitas. Penſum illud in ſe re-
ceperunt DD. Reſpondentes, & abſolverunt
[illegible] ac ſucceſſu proſpero. Si ille infra ſe
exiſtimat refutari & doceri à Junioribus; e-
go fateri non erubeſco, me etiàm per ea quæ à
Junioribus proponuntur, frequenter proficere.
[illegible] ſatisfecerit Auctor, & nomina-
tim

n Præfatione Conſenſûs veritatis Doctoribus, Paſtoribus, Synodis, dum ait, hoc ſe dediſſe infirmi- eræ conſcientiæ, ut priorem il- ndi modum mutaverit, ſubſti- ormula. *&c. Et quâ veritate, ia, dicat*; Veritati & Autoritati, ræ, ſi non plus, ſaltem non mi- e Carteſianos, *atque adverſarios*, lè intellectâ ſuos errores conan- e, ei, quod nolis ſuis pueris, aſſin- nſum opinionibus ſuis conveni- *ideant ad quos id ſpectat. Sed e di- n viam. Ad rem.*

Col. II. 8.

e, ne quis ſit qui vos deprede- Philoſophiam & inanem ſe- m ſecundùm traditionem ho- ſecundum elementa mundi; cundùm Chriſtum.

Hebr. IV, II, I2.

mus igitur ingredi in illam

Requi-

obſervâſſem calumniam, *eam pro auctoritate Præſidis corrigere potuiſſe, fateor quoque: ſed non obſervâſſe; neque adhùc videre, proteſtor ſeriò. Quid igitur ille, de* crimine calumniarum *mihi* impacto, & nondùm purgato? *Cur, quòd* infra me exiſtimaverim alio modo, quàm per Reſpondentes in ſcenam productos, ſecùm congredi? *Cur mihi πληγάς? Didici, per Dei gratiam, convitiis affici; nec viciſſim convitiari. Interim dùm καὶ κοπιῶμεν, καὶ ὀνειδιζόμεθα, à Miniſterio & laboribus meis ſic ſaltem removendam cenſui iteratam iſtam accuſationem. Ego me ad Veritatis, quæ ſecundùm Pietatem eſt, defenſionem obligatum ſcio, & ſentio; ac pro ratione temporis & virium hoc ago. Sed ut Diſſertationibus ac Diſceptationibus adverſariis omnibus examinandis & refutandis nequaquàm ſufficio; ſic neque mihi ſoli incumbit iſta neceſſitas. Penſum illud in ſe receperant DD. Reſpondentes, & abſolverunt conatû ac ſucceſſû proſpero. Si ille infra ſe exiſtimat refutari & doceri à Junioribus; ego fateri non erubeſco, me etiàm per ea quæ à Diſcipulis proponuntur, frequenter proficere. An verò aliis ſatisfecerit Auctor, & nominatim*

tim

tim, quos in Præfatione Conſenſûs veritatis appellat, Doctoribus, Paſtoribus, Synodis, Claſſibus; *dum ait*, hoc ſe dediſſe infirmiorum teneræ conſcientiæ, ut priorem illum loquendi modum mutaverit, ſubſtitutâ aliâ formulâ, *&c. Et quâ veritate, quâ modeſtiâ, dicat*; Veritati & Autoritati, S. Scripturæ, ſi non plus, ſaltem non minus deferre Carteſianos, *atque adverſarios, qui* eâ malè intellectâ ſuos errores conantur palliare, ei, quod nolis ſuis pueri, affingentes ſenſum opinionibus ſuis convenientem, *videant ad quos id ſpectat. Sed è diverticulo in viam. Ad rem.*

Col. II. 8.

Videte, ne quis ſit qui vos deprędetur per Philoſophiam & inanem ſeductionem ſecundùm traditionem hominum, ſecundùm elementa mundi; & non ſecundùm Chriſtum.

Hebr. IV, II, I2.

Studeamus igitur ingredi in illam

Requi-

Digitized by Google

obſervâſſem calumniam, *eam pro auctoritate Præſidis corrigere potuiſſe, fateor quoque: ſed non obſervâſſe; neque adhùc videre, proteſtor ſeriò. Quid igitur ille, de* crimine calumniarum *mihi* impacto, & nondùm purgato? *Cur, quòd* infra me exiſtimaverim alio modo, quàm per Reſpondentes in ſcenam productos, ſecùm congredi? *Cur mihi πληγάς? Didici, per Dei gratiam, convitiis affici; nec viciſſim convitiari. Interim dùm καὶ κοπιῶμεν, καὶ ὀνειδιζόμεθα, à Miniſterio & laboribus meis ſic ſaltem removendam cenſui iteratam iſtam accuſationem. Ego me ad Veritatis, quæ ſecundùm Pietatem eſt, defenſionem obligatum ſcio, & ſentio; ac pro ratione temporis & virium hoc ago. Sed ut Diſſertationibus ac Diſceptationibus adverſariis omnibus examinandis & refutandis nequaquàm ſufficio; ſic neque mihi ſoli incumbit iſta neceſſitas. Penſum illud in ſe receperant DD. Reſpondentes, & abſolverunt conatû ac ſucceſſû proſpero. Si ille infra ſe exiſtimat refutari & doceri à Junioribus; ego fateri non erubeſco, me etiàm per ea quæ à Diſcipulis proponuntur, frequenter proficere. An verò aliis ſatisfecerit Auctor, & nominatim*

tim, quos in Præſatione Conſenſûs veritatis appellat, Doctoribus, Paſtoribus, Synodis, Claſſibus; dùm ait, hoc ſe dediſſe infirmiorum teneræ conſcientiæ, ut priorem illum loquendi modum mutaverit, ſubſtitutâ aliâ formulâ, *&c. Et quâ veritate, quâ modeſtiâ, dicat;* Veritati & Autoritati, S. Scripturæ, ſi non plus, ſaltem non minus deferre Carteſianos, *atque adverſarios, qui* eâ malè intellectâ ſuos errores conantur palliare, ei, quod nolis ſuis pueri, affingentes ſenſum opinionibus ſuis convenientem, *videant ad quos id ſpectat. Sed è diverticulo in viam. Ad rem.*

Col. II. 8.

Videte, ne quis ſit qui vos deprędetur per Philoſophiam & inanem ſeductionem ſecundùm traditionem hominum, ſecundùm elementa mundi; & non ſecundùm Chriſtum.

Hebr. IV, II, I2.

Studeamus igitur ingredi in illam Requi-

obſervâſſem calumniam, *eam pro auctoritate Præſidis corrigere potuiſſe, fateor quoque: Sed non obſervâſſe; neque adhùc videre, proteſtor ſeriò. Quid igitur ille, de* crimine calumniarum *mihi* impacto, & nondùm purgato? *Cur, quòd* infra me exiſtimaverim alio modo, quàm per Reſpondentes in ſcenam productos, ſecùm congredi? *Cur mihi* πληγάς? *Didici, per Dei gratiam, convitiis affici; nec viciſſim convitiari. Interim dùm* καὶ κοπιῶμεν, καὶ ὀνειδιζόμεθα, *à Miniſterio & laboribus meis ſic ſaltem removendam cenſui iteratam iſtam accuſationem. Ego me ad Veritatis, quæ ſecundùm Pietatem eſt, defenſionem obligatum ſcio, & ſentio; ac pro ratione temporis & virium hoc ago. Sed ut Diſſertationibus ac Diſceptationibus adverſariis omnibus examinandis & refutandis nequaquàm ſufficio; ſic neque mihi ſoli incumbit iſta neceſſitas. Penſum illud in ſe receperant DD. Reſpondentes, & abſolverunt conatû ac ſucceſſû proſpero. Si ille infra ſe exiſtimat refutari & doceri à Junioribus; ego fateri non erubeſco, me etiàm per ea quæ à Diſcipulis proponuntur, frequenter proficere. An verò aliis ſatisfecerit Auctor, & nomina-*

tim

Digitized by Google

tim, quos in Præſatione Conſenſûs veritatis appellat, Doctoribus, Paſtoribus, Synodis, Claſſibus; *dum ait*, hoc ſe dediſſe infirmiorum teneræ conſcientiæ, ut priorem illum loquendi modum mutaverit, ſubſtitutâ aliâ formulâ, *&c. Et quâ veritate, quâ modeſtiâ, dicat*; Veritati & Autoritati, S. Scripturæ, ſi non plus, ſaltem non minus deferre Carteſianos, *atque adverſarios, qui* eâ malè intellectâ ſuos errores conantur palliare, ei, quod nolis ſuis pueri, affingentes ſenſum opinionibus ſuis convenientem, *videant ad quos id ſpectat. Sed è diverticulo in viam. Ad rem.*

Col. II. 8.

Videte, ne quis ſit qui vos deprędetur per Philoſophiam & inanem ſeductionem ſecundùm traditionem hominum, ſecundùm elementa mundi; & non ſecundùm Chriſtum.

Hebr. IV, 11, 12.

Studeamus igitur ingredi in illam Requi-

obſervâſſem calumniam, *eam pro auctoritate Præſidis corrigere potuiſſe, fateor quoque: ſed non obſervâſſe; neque adhùc videre, proteſtor ſeriò. Quid igitur ille, de* crimine calumniarum *mihi* impacto, & nondùm purgato? *Cur, quòd* infra me exiſtimaverim alio modo, quàm per Reſpondentes in ſcenam productos, ſecùm congredi? *Cur mihi πληγάς? Didici, per Dei gratiam, convitiis affici; nec viciſſim convitiari. Interim dùm καὶ κοπιῶμεν, καὶ ὀνειδιζόμεθα, à Miniſterio & laboribus meis ſic ſaltem removendam cenſui iteratam iſtam accuſationem. Ego me ad Veritatis, quæ ſecundùm Pietatem eſt, defenſionem obligatum ſcio, & ſentio; ac pro ratione temporis & virium hoc ago. Sed ut Diſſertationibus ac Diſceptationibus adverſariis omnibus examinandis & refutandis nequaquàm ſufficio; ſic neque mihi ſoli incumbit iſta neceſſitas. Penſum illud in ſe receperant DD. Reſpondentes, & abſolverunt conatû ac ſucceſſû proſpero. Si ille infra ſe exiſtimat refutari & doceri à Junioribus; ego fateri non erubeſco, me etiàm per ea quæ à Diſcipulis proponuntur, frequenter proficere. An verò aliis ſatisfecerit Auctor, & nominatim*

tim

tim, quos in Præfatione Conſenſûs veritatis appellat, Doctoribus, Paſtoribus, Synodis, Claſſibus; *dum ait*, hoc ſe dediſſe infirmiorum teneræ conſcientiæ, ut priorem illum loquendi modum mutaverit, ſubſtitutâ aliâ formulâ, *&c. Et quâ veritate, quâ modeſtiâ, dicat*; Veritati & Autoritati, S. Scripturæ, ſi non plus, ſaltem non minus deferre Carteſianos, *atque adverſarios, qui* eâ malè intellectâ ſuos errores conantur palliare, ei, quod nolis ſuis pueri, affingentes ſenſum opinionibus ſuis convenientem, *videant ad quos id ſpectat. Sed è diverticulo in viam. Ad rem.*

Col. II. 8.

Videte, ne quis ſit qui vos deprędetur per Philoſophiam & inanem ſeductionem ſecundùm traditionem hominum, ſecundùm elementa mundi; & non ſecundùm Chriſtum.

Hebr. IV, II, I2.

Studeamus igitur ingredi in illam

Requi-

Digitized by Google

Requiem, ne quis in idem incidat contumaciæ exemplum.

Vivus enim eſt Sermo Dei & efficax, & penetrantior quovis gladio ancipiti: & pertingit uſque ad diviſionem animæ ſimul ac ſpiritûs, compagumque & medullarum: & dijudicat cogitationes & conceptûs cordis.

Ultraj. III. *Id. Mart.*
A. D. CIϽ IϽCLX.

DIS-

Digitized by Google

DISSERTATIO
DE
Perpetuâ Moralitate
DECALOGI,
adeóque ſpecialiùs etiàm
SABBATHI,
denuò recognita & defenſa.

CAPUT I.

De Lege Divinâ in genere. Specialiùs de Lege Cerimoniali; & Politicâ Moſaïcâ. De Lege Morali, ejuſque Tabulis. Hanc non totam eſſe Juris ipſi Deo naturalis, ſed tamen Juris Hominibus naturalis. De Jure naturali primævo, & ſecundævo.

I. LEx *Divina*, ab ipſo abſolutè ſupremo & ſanctiſſimo Deo lata, Creaturis rationalibus Officia ſua pręſcribit: ſed prout Homines ſpectat, potiſſimùm noſtræ conſiderationis eſt. Mich. VI, 8. *Indicavit tibi, ô Homo, quid ſit bonum: ecquid Je-*

Digitized by Google

hova requiſivit abs te, niſi ut exerceas jus, & ames benignitatem, & modeſtè ambules cum Deo tuo? Spectanda autem primariè, quatenùs communis exiſtit univerſæ Humani generis naturæ, in vitæ terreſtris ſtadio; ſecundariè, ut particulariter Hominibus quibuſdam ad certum aliquod tempus, & definitis aliis circumſtantiis, præfigitur. Communis illa eſt L*ex Moralis*: Particulares iſtæ fuerunt, Lex de vitandâ Arbore Scientiæ boni & mali, ante lapſum; *Gen.* 11, 16, 17. ac deindè *Lex Cerimonialis*; itémque *Forenſis Iſraëlitica*, ſive *Politica Moſaïca.* Imò ſingularibus etiàm Perſonis *ſingularia* quædam *Præcepta* Divinitùs aliquandò fuerunt data: utpotè Noacho illud de Arcâ conficiendâ adverſùs diluvium; Abrahamo, de peregrinatione extra patriam; & probatorium illud, de immolando filio Iſaaco; Moſi, de compellando Pharaone, Iſraëlitis ex Ægypto educendis, &c. Juveni iſti in hiſtoriâ Euangelicâ, de vendendis omnibus ſuis bonis, eorumque pretio pauperibus dando, &c.

II. *Lex Cerimonialis* V.T. complectebatur

batur Sacrificia, Ablutiones, & Sacramenta propria; itémque diſtinctiones Perſonarum, Locorum, Temporum, & Ciborum; inſtituta, ut Chriſtum, & expiationem ac reconciliationem Sacrificio ipſius peragendam, & ſanctificationem ac ſalvationem populi ipſius, præfigurarent; Statum Eccleſiæ quaſi infantilem duriuſculè exercerent: verùm interim Euangelium promiſſionis confirmarent, ac Fidem eorum in Chriſtum dirigerent, uſquè ad tempora correctionis; *Gal.* IV, 1 -- 4. *Col.* II, 16, 17. *Hebr.* IX, 9, 10. X, 1. *Dan.* IX, 27. Adeóque Inſtituta illa *formaliter* conſiderata, ſub ratione ſignorum & typorum, Chriſtum ejuſque Officia & Beneficia indicantium, ad *Euangelium* pertinent. Verùm ſi actûs illi *materialiter* ſpectentur, ut ſic obſervandi ex neceſſitate Præcepti Divini, iſtos homines ac tantiſper obligantis, adeò ut iſto tempore ſine damnabili inobedientiâ prætermitti non poſſent; hoc reſpectû ad *Legem* pertinent; & tùm ad ſecundum, tùm ad quartum Decalogi Præceptum reducenda videntur, tanquàm additamenta, vel am-

pliationes, profectæ ab eodem ſupremo Legiſlatore, ſub eâdem quoque obligatione, quamdiù duraret iſta œconomia.

III. *Gens Iſraëlitica* Deo ſpecialiter electa, dicata, ſancta fuit; *Exod.* XIX, 5, 6. *Deuter.* VII, 6. Sic ipſe *Deus* illius *Princeps* eſſe voluit; atque iſta Reſpublica Θεοκρατία eſſe debuit; *Jud.* VIII, 23. 1 *Sam.* VIII, 7. Ac proinde Deus, tanquàm ſpeciali ratione Rex vel Princeps iſtius Reip. ſpeciales quoque *Leges Politicas* & *Forenſes* in eâ tulit; conſtitutiones ad Judicia Forenſia pertinentes, ſub generalibus & communibus Præceptis poſterioris Tabulæ, (licet cum aliquo etiàm reſpectû ad priorem Tabulam, cujus Præcepta Sanctionibus Forenſibus quoque confirmantur;) particulari ampliatione ſubſumtas, quamdiù duraret iſta Politia, in terrâ iſti Genti datâ, & ſtatû illo peculiari, quo ea ſub V. T. ab aliis Gentibus fuit diſcreta: *Exod.* XXI, 1, &c. *Gen.* XLIX, 10. *Eph.* II, 12 -- 16.

IV. Sed de *Lege Morali* potiſſimùm nobis agendum; quæ ſic dicitur, quoniàm *Mores vivendi* ex ſanctiſſimâ Dei Voluntate

tate omnibus communiter Hominibus præſcriptos complectitur: ſicut *Euangelium* credenda de Chriſto docet. Ità nimirùm S. Scripturæ Perfectio, quoad Fidem & Mores vivendi, Euangelio & Lege completur. *Decalogus* etiàm appellatur; quoniàm ipſe Deus decem Præceptis eam diſtinxit, & ſic duabus Tabulis lapideis exaravit; *Deut.* x, 4. Vocatur item *Lex Charitatis:* quia finis & complementum ejus eſt Charitas, vinculum Perfectionis; 1 *Tim.* 1, 5. *Rom.* XIII, 8. *Col.* III, 14. Univerſa enim ejus obſervantia duplici Dilectionis officio abſolvitur; exprimente ipſo Servatore, Matth. XXII, 37 -- 40. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex totâ animâ tuâ, & ex totâ cogitatione tuâ. Illud eſt primum & magnum mandatum. Secundum autem ſimile eſt huic,* Diliges *proximum tuum ut te ipſum. Ab iſtis duobus mandatis tota Lex & Prophetæ pendent.* Hæc verò eſt ſimilitudo, quòd ab eodem Legiſlatore, eâdem omninò auctoritate, ad utramque Dilectionem, ſimili pietatis affectû præſtandam, obligemur; & Proximum noſtrum propter Deum, &

in ordine ad Deum diligere debeamus. Sic utraque iſta Dilectio indiſſolubili vinculo nunc altera alteri cohæret. Qui enim Proximum non diligit, jàm non præſtat Deo hunc actum obedientię debitum; neque in Proximo agnoſcit & æſtimat Imaginem Dei, quemadmodùm per Legem tenetur; quod ipſum Dilectioni Divinę repugnat manifeſtè. *Si quis dixerit Diligo Deum, & Fratrem ſuum oderit, mendax eſt: Qui enim non diligit Fratrem ſuum quem vidit, Deum quem non vidit quomodò poteſt diligere? Et hoc Præceptum habemus ab eo, ut qui diligit Deum, diligat etiàm & Fratrem ſuum*; 1 Joh. IV, 19, 20, 21. Quì verò Deum non diligit, fieri non poteſt, ut is Proximum diligat propter Deum, & in ordine ad Deum. Conſcientia enim Deo ſe debet ſubjicere immediatè, & abſolutè; ac propter mandatum Dei, atque in ipſius gloriam, Proximo etiàm prędſtare Officia Divinitùs præſcripta. Actûs illi ad Proximum relati, cultûs civilis rationem habent: ſed quatenùs interim devotâ mente Dei mandato attendimus, huic nos ſyncerè accommodamus, ſic

Deo

Deo parere ſatagimus, atque ipſius gloriam intendimus & quærimus, iidem cultûs religioſi rationem habent. *Religioſus enim cultus, --- hic eſt; inviſere orphanos & viduas in afflictione ipſarum*, &c. Jac. 1, 27.

V. *Prior Tabula* complectitur actûs dilectionis & obedientiæ ipſi Deo immediatè deferendos: ſic *primo Præcepto* cavetur, ut ipſe יְהֹוָה אֱלֹהִים omninò, & quidem ſolus habeatur & colatur pro uno vero Deo; ſive ut ipſi ſoli tribuatur cultus Religionis, tanquàm objecto ſuo adæquato. *Secundo Præcepto*, quibus Mediis inſtitutis ipſi cultus Religionis ſit deferendus; ſcil. non per Simulachra, aut qualemcunque ἐθελοθρησκείαν; ſed per Miniſterium Verbi & Sacramentorum Divinitùs Præſcriptorum. *Præcepto tertio*, quali Oratione de Deo & rebus Divinis, vel ad Deum, loquendum ſit; non temerè aut irreverenter; ſed adhibitâ ſemper piâ & religioſâ attentione ac reverentiâ. *Quarto Præcepto*, quo appropriato tempore; ſcil. ut ſex dies operarios excipiat perpetuò unus Sabbathicus, Cultui inſtituto prorſùs impendendus; itàquidem ut ab omni

omni opere ſervili & ordinariæ vocationis in negotiis hujus ſæculi, tunc omninò quieſcendum ſit; (exceptis ſolùm operibus extraordinarię neceſſitatis, & neceſſariæ charitatis; *Matth.* XII, 7, 10, 11, 12. *Luc.* XIII, 15, 16.) atque exercitiis religionis & pietatis, quâ publicè, quâ privatim, vacàndum.

VI. *Poſterior Tabula* præſcribit officia Proximo immediatè præſtanda, ſed propter Deum, ex conſcientià Deo religioſè ſubjectâ, & in Dei ipſius gloriam: eique tùm in relatione alicujus Superioritatis; quid Parentibus, Magiſtratibus, &c. debeatur; *quinto Præcepto*: tùm citra iſtiuſmodi relationem; ubi vel ipſi Vitæ proſpicitur, ejuſque ſecuritati; *ſexto* ſcil. *Præcepto*: vel Caſtitati; *ſeptimo Præcepto*: vel Bonis externis; *Præcepto octavo*: vel vitę Homileticæ; *nono Præcepto*: vel denique de Actibus noſtris internis, primiſque etiàm Mentis & Affectuum Motibus dirigendis, docemur; ut *decimo Præcepto*. Tota autem Lex ſpiritualis eſt, & ſingula ejus Præcepta quàm intimè penetrant; *Joh.* IV, 24. *Rom.* VII, 14. XII, 1. *Matth.* V, 28.

v, 28, 29, 30. & quàm arctiſſimè colligata ſunt; *Jac.* II, 10, 11, 12. *Matth.* v, 18, 19.

VII. *Quæritur*, An integra illa Lex Decalogi ſit Juris Divini naturalis; atque adeò abſolutè immutabilis, & indiſpenſabilis? *Reſp.* Jus Divinum naturale contradiſtinguitur Juri Divino poſitivo: illud ex Naturâ Dei fluit neceſſariò; hoc per liberam Voluntatis Divinæ determinationem ſic conſtituitur, ut interim potuiſſet vel non conſtitui, vel ſaltem aliter conſtitui, ſi Deo ità viſum fuiſſet. Juris ergò Divini naturalis eſt Cultus Dei naturalis, qui primo Pręcepto potiſſimùm exigitur: Actûs autem Cultûs inſtituti, quos ſecundum Pręceptum ſpectat; & tempus aliquod definitum, quo iſti potiſſimùm eſſent præſtandi; aliaque plura, ad Jus Divinum poſitivum pertinent. Confer Diſp. II. de Fœdere Legali, theſ. xv. & in Diſp. xxxI. de Providentiâ, theſ. LII. atque inde de reliquis inſtituatur judicium. Sic ſaltem apparet facilè, non omnia & ſingula Decalogi Præcepta eſſe Juris Divini naturalis; atque adeò abſolutè immu-

tabilia & indiſpenſabilia.

VIII. *Quæritur* item, An tota illa Lex Moralis ſit Juris nobis naturalis? *Reſp.* Aff. Sic ergò Juris Divini tùm naturalis, tùm poſitivi eſt, ut ſaltèm implicitè & virtualiter tota contineatur in communibus notionibus practicis, nobis concreatis & congenitis; atque indè, ſi ratio ſana exiſteret, integra etiàm elici ac deduci poſſet; nunc autem eliciatur ſaltem, quantum ſatis eſt etiàm ad Gentilium Lege ſcriptâ deſtitutorum ἀναπολογησίαν. Hinc illi Rom. 1, 32. dicuntur *agnoſcere Jus Dei.* Et 11, 14, 15. *Gentiles, qui legem non habent, ſibi ipſis eſſe Lex: ut qui oſtendant opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, unà teſtimonium reddente ipſorum conſcientiâ, & cogitationibus ſeſe mutuò accuſantibus, aut etiàm defendentibus.* Atque ampliùs, 111, 19, 20. *Scimus, quæcunque Lex dicit, iis qui in Lege ſunt dicere, ut omne os obſtruatur, & obnoxius fiat totus mundus condemnationi Dei. Propterea ex operibus Legis nulla caro juſtificabitur in conſpectû ejus: per Legem enim eſt cognitio peccati.*

Neque obſtat, quod actualis & diſtin-

cta

cta ſingulorum Officiorum notitia non inſit ſingulis hominibus; imò quòd ea exigua admodùm, etiàm de Cultû Divino naturali, atque Officiis ad legitimam Societatem Hominum, juxta Jus naturale, pertinentibus, apud multas Gentes deprehendatur: quoniàm iſte defectus ex Naturæ per peccatum corruptione ortus eſt.

IX. Obſervanda igitur diſtinctio *Juris naturæ* in *Primævum* & *Secundævum*. *Primævum* ſpectat Naturam à Deo primùm inſtitutam, atque adeò integram; qualis fuit in Protoplaſtis ante Lapſum. Atque hoc procul dubio integrum extitit in illis, juxta Integritatem Imaginis Divinę; & ſic per ordinationem Dei propagandum fuiſſet ad Poſteros, niſi Lapſus interveniſſet: adeò quidem, ut hi eadem Præcepta Moralia deducturi fuiſſent ex κοιναῖς ἐννοίαις ipſis connaſcituris, ſuorumque Parentum vel etiàm aliorum inſtructiones iſtiuſmodi explicatorias & applicatorias ex bonâ animi inclinatione faciles admiſſuri; quemadmodùm etiàm Præcepta particularia Cultûs inſtituti; utpotè de Arbore Vitæ, & Scientiæ boni

Digitized by Google

ac mali; itemque de die, quo Sabbathum determinatè fuiſſet obſervandum. *Jus naturæ ſecundævum* reſpicit Naturam humanam per Lapſum deſtitutam illâ integritate, graviſſimâque corruptione, plurimiſque miſeriis vitiatam. In hoc ſtatû amiſſa eſt perfectio habitualis ſapientiæ, etiàm agendorum; & quoad habitum principiorum, & quoad deducendi atque agnoſcendi facilitatem; quæ amiſſio ad mortem Spiritualem pertinet: ſuperſtites autem manſerunt quædam reliquiæ, ad ἀναπολογησίαν. Imò inſuper, variæ applicationes aliter fieri debuerunt; ob peccata, miſeriam, & calamitates, quæ intervenerunt: utpotè in Judiciis Politicis; Sontibus ſc. puniendis, etiàm capitali ſupplicio; in Bello; in Servitute; in officiis Miſericordiæ, &c. Hujus Juris notitia in ſtatû primævo fuit virtualiter & eminenter: in ſtatû ipſo ſæcundævo, ex Principiis Juris ibi reliquis, deduci debet, & aliquouſquè ſaltem deducitur, formaliter. Quod autem deeſt in Jure ſecundævo ſub ſtatû merè ſic naturali, ſuppletur, ſaltem objectivè, per Divinam revelationem, Legis

Moralis

Moralis repetitoriam, & quaſi reſtauratoriam; nominatim verò prout ea miniſterio Moſis facta eſt, atque Iſraëlitis tradita, ac poſtmodùm ſæpiùs repoſita & inculcata. Additas Leges Cerimoniales & Forenſes hâc vice non ſpectamus.

CAPUT II.

Reſpondetur Objectionibus variis, adverſus ea, quæ hactenùs propoſita ſunt.

I. *OCcurritur* ipſo limine in Diſſertationis *Titulum*; Quis illum Titulum legens, non in eam opinionem veniat, mentem Auctoris eſſe, Præceptum de Sabbatho ejuſdem planè naturæ eſſe cum reliquis Decalogi Præceptis; nempè Morale & perpetuum, adeóque immutabile & indiſpenſabile? Vel enim ob Moralitatem Præcepta illa ſunt perpetua, & nullo unquàm tempore in deſuetudinem venire poſſunt, aut abrogari, &c. vel ob ſolam Voluntatem Dei volentis aliquid eſſe perpetui uſûs, &c. Non ergò neceſſariò ut aliquid ſit perpetuum, ideò neceſſe eſt ut ſit Morale.

Digitized by Google

Reſp. 1. Quartum Decalogi Præceptum, quod de Sabbatho agit, quantum ad ipſam rem principalem, nobis eſt Morale, & perpetuum; ſed Juris Divini poſitivi: adeóque non abſolutè immutabile & indiſpenſabile ipſi Deo, ſed tamen Hominibus, quos Deus iſtâ Lege obligatos voluit; adeò ut in deſuetudinem venire, vel humano arbitrio abrogari, minimè debeat.

2. Deus non ſolùm voluit Præceptum illud eſſe perpetui uſûs qualiſcunque; quemadmodùm de Iride conſtituit, *Gen.* 1x. Sed perpetuam *normam morum* humanorum, juxtà cum reliquis Præceptis Decalogi; atque idcircò *Morale* dicitur.

II. *Obj.* adverſus ea, quæ th. 1v. dicta ſunt, de appellatione *Legis Moralis*: Sed *Fundamentum* non proditur, cur Lex Moralis ità ſit communis omnibus hominibus & univerſalis.

Reſp. Fundamentum iſtud omninò indicavi; *ſanctiſſimam Dei Voluntatem*, ex quâ ipſe Mores vivendi omnibus hominibus communiter *præſcripſit*. Sic *Voluntatem mandati* appellamus; atque in eâ fundatur

datur *Neceſſitas Præcepti*, cujus frequentiſſima apud Theologos mentio. Ideò nimirùm obligamur ſic agere; quia Deus iſta præſcripſit,& ſic nos obligari voluit. Hinc
„ 1 *Theſſ.* IV, 1, 2, 3. Rogamus vos &
„ precamur per Dominum Jeſum, ut ſicut
„ *accepiſtis* à nobis, quomodò oporteat vos
„ ambulare, & placere Deo, magis excel-
„ latis. Noſtis enim, quæ *mandata dede-*
„ *rimus* vobis per Dominum Jeſum. Nam
„ hæc eſt *voluntas Dei*, ſanctificatio veſtrî.
Et *Rom.* XII, 2. Transformate vos per
„ renovationem mentis veſtræ, ad hoc ut
„ probetis, quæ ſit *voluntas Dei*, bona illa,
„ placens, ac perfecta. Vide etiàm *Matth.* VII, 21. XII, 50. *Luc.* XII, 47. *Eph.* V, 17. VI, 6. 1 *Theſſ.* V, 18. *Hebr.* X. 9, 10, 36. XIII, 21. 1 *Petr.* IV, 2. 1 *Joh.* II, 17. Qui *omnia agit ex conſilio Voluntatis ſuæ*, Eph. I, 11. *per* cujus *Voluntatem omnia ſunt, & creata ſunt*, Apoc. IV, 11. ad ejus Voluntatem, tanquàm abſolutè primum *principium imperans*, referri etiàm debet actus præſcribendi, quo omnes Homines obligavit Lege morali: ſalvâ interim diſtinctione, de quâ nuper *th.* VII.

Inſt.

Inſt. 1. Si Lex Moralis eſt omnibus hominibus communis, & omnes obligat, aliquo ſaltem modo omnibus notam eſſe oportet, & aliquid ejus in omnibus hominibus extare, tanquàm Naturæ rationalis indivulſam, & individuam comitem, & ſequelam; & Imaginis Dei, quatenùs ejus adhùc aliquid in mente eſt reliquum, imitamentum & expreſſam figuram. Undè eſt illud Apoſtoli, Rom. 11, 14. *Gentes quæ legem non habent, naturâ quæ legis ſunt facere*, &c.

Reſp. 1. Ad actualem obligationem Legis neceſſaria eſt ejus notificatio, ſeu promulgatio, tanquàm conditio ſine quâ non: Normam enim notam eſſe oportet illi, qui juxta eam operaturus eſt. Ideò *Mores vivendi* ex ſanctiſſimâ Dei Voluntate omnibus communiter Hominibus *præſcriptos*, dixi.

2. Quod nunc Hominibus Naturâ notum eſt de Lege Dei, id rectè refertur ad reliquias Imaginis Divinæ in Humanâ naturâ à lapſû. Verùm Imago Dei in Homine nequaquàm remanſit integra; nominatim ſpiritualis Sapientia rerum Divina-

rum

rum, & vera Juſtitia ac Sanctitas: ſed quędam ſolummodò ejus ſcintillæ in tenebris micantes, hominemque ἀναπολόγητον reddentes. Propterea homines naturales *obtenebrati* dicuntur, & *tenebræ*; Eph. IV, 18. V, 8. Atque ampliùs, Rom. VIII, 7. *Quod ſapit caro, inimicitia eſt adversùs Deum: Legi enim Dei non ſubjicitur; nam ne poteſt quidem.* Nequaquàm igitur nunc omnia Practica per naturam omnibus Hominibus communiter nota ſunt. Ipſe Apoſtolus diſertè, Rom. VII, 7. *Peccatum non cognovi, niſi per Legem: nam ipſam quoque Cupiditatem non nôſſem* eſſe peccatum, *niſi Lex dixiſſet, Non concupiſces.* Quo quidem loco diſtincta, plenior, & profundior peccatorum cognitio ad Legem, ut ſuprà Naturam revelata & notificata eſt, refertur planè. Sic enim Legem ibi à Paulo conſiderari, patet ex ſeq. verſ. 9. *Nam abſque Lege Peccatum* quidem erat *mortuum: Ego verò vivus eram abſque Lege quondàm: Præcepti autem illius adventû Peccatum* quidem *revixit; Ego verò mortuus ſum.* Peccatorum autem & virtutum eadem eſt ratio cognoſcendi.

Inſt.

Inſt. 2. Hinc cauſa patet, cur ignorantia Juris naturalis, etiàm invincibilis, non excuſet à peccato; cùm Juris poſitivi talis ignorantia excuſet.

Reſp. 1. Cadit igitur in Hominem ignorantia Juris ipſi naturalis, & quidem illa invincibilis, per Naturæ à lapſu corruptionem: atque adeò non omnia, ad quæ Moraliter tamen omnes obligantur, omnibus & ſingulis ipſo actû nunc Naturaliter nota ſunt.

2. Talis tamen ignorantia non excuſat à peccato; quia ſufficiens notificatio facta eſt olim Protoplaſto, in quo reliqui virtualiter & fœderaliter comprehenſi fuerunt. Vide *Catecheſin*, qu. 9.

III. Iterùm *Opponens:* Dicitur hæc Lex naturæ, propter Inclinationem, quam quiſque habet ad ea quæ Naturæ ejus conveniunt. Ideóque ſecundùm ordinem Inclinationum naturalium, eſt ordo Præceptorum Legis Naturæ. Quæ (ut rectè *Thomas* in primâ ſecundæ quæſt. 92. art. 2. c.) in triplici inveniuntur ordine. Ineſt enim homini *primò* Inclinatio ad bonum ſecundùm Naturam, in quâ communicat cum omni-

omnibus ſubſtantiis, prout quæque ſubſtantia appetit conſervationem ſui: & ſecundùm hanc Inclinationem pertinent ad Legem naturalem, ea per quæ Vita hominis conſervatur, & contrarium impeditur. &c. *Secundò* ineſt homini Inclinatio ad aliqua magis ſpecialia, ſecundùm naturam, in quâ communicat cum cæteris animantibus: & ſecundùm hoc dicuntur ea eſſe de Lege naturali, quæ Natura omnia animalia docuit; ut eſt commixtio maris & fœminæ, & educatio liberorum, &c. *Tertio modo* ineſt Homini Inclinatio ad bonum ſecundùm naturam rationis, quæ illi ut Homo eſt, eſt propria. Sicut v. g. Homo habet naturalem Inclinationem, ut veritatem de Deo cognoſcat, & in ſocietate vivat. Et ſecundùm hoc ad Legem naturalem ſpectant ea, quę ad hujuſmodi Inclinationem pertinent, ut homo ignorantiam vitet, quòd alios non offendat, Deum amet & proximum, &c. Hoc modo Lex moralis naturalis eſt; quia illi, ut Homo eſt, & ratione agit, eſt cum omnibus Hominibus communis. Quod benè notandum, ne cùm

Legem

Legem Moralem Naturalem dicimus, illam ad ea extendamus, quæ Homini cum reliquis Animantibus ſunt communia: quaſi Legis Moralis opus ſit, maris & fœminæ commixtio, &c.

Reſp. 1. Non malè Thomas loco cit. (ſed leg. Quæſt. 94.) triplicem ordinem Præceptorum Legis Naturæ proponit, juxta ordinem Inclinationum Homini naturalium; prout ſcil. Homini Inclinationes quædam conveniunt, quatenùs Subſtantia eſt; aliæ, quatenùs eſt Animal; aliæ denique, quatenùs eſt Homo. Verùm iſta omnia ad Legem Hominibus naturalem, & Jus à Deo juxta ſanctiſſimam Voluntatem ſuam humanæ Naturæ præſcriptum, ſpectant: creando enim Deus tales Inclinationes humanæ naturæ indidit, talemque iis normam moralem poſuit ſimul. Ab iſto autem Jure diſtingui debet illud, quod ipſi Deo naturale eſt.

2. Inclinationes iſtæ naturales, earumque executiones, quatenùs rationi ſubjacent, atque actûs formaliter humani ſunt, ſunt objecta Legis Moralis, ſecundùm dependentiam Moralem Hominum à Deo.

Actio-

Actiones enim creaturarum irrationalium; quin & naturales illæ, quę rationi omninò non ſubjacent, ut chylificatio, ſanguificatio, motus cordis & arteriarum, &c. in Homine, virtutis aut vitii rationem non habent. Maris item & fœminæ commixtio ut ſic, non eſt opus Legis Moralis; ſed obedientia iſta rationalis, obſervantia Regulæ, quam Deus in negotio matrimonii poſuit, eſt opus Legis Moralis.

3. Conſequenter etiàm Lex Naturæ non tàm dicitur propter Inclinationem illàm naturalem; quàm propter Normam moralem Naturæ humanæ ab origine pręſcriptam & inſcriptam; juxtà quam Inclinationum illarum naturalium actûs, tùm eliciti, tùm imperati, dirigi debent.

IV. Cùm dixi ſup. th. VII. *Jus Divinum naturale contradiſtinguitur Juri Divino poſitivo: illud ex Naturâ Dei fluit neceſſariò, hoc per liberam Voluntatis Divinæ determinationem ſic conſtituitur, ut interim potuiſſet vel non conſtitui, vel ſaltem aliter conſtitui, ſi Deo ità viſum fuiſſet*, de Jure quod ipſi Deo naturale eſt, apertè locutus ſum; non

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

non de Jure quod nobis naturale eſt. Addidi expreſſè, non totam Legem Moralem eſſe Juris ipſi Deo naturalis; ſed quidem totam eſſe Juris humano generi naturalis, reſpectû communium notionum practicarum Hominibus concreatarum & congenitarum; *th.* IX.

Obj. Siquidem Lex Dei poſitiva ab ipſius liberâ voluntate & inſtitutione pendet, poteſt tot ac tales leges, ac eo tempore & loco & occaſione ferre; quot abſconditæ ipſius providentiæ & conſilio viſum fuerit. Et idcircò ejus ſcientia neque Humanæ, neque Angelicæ naturæ connaturalis eſt: ſed ſicut ejus legis-latio, ità & ejus revelatio, à Dei libertate pendet. Facta verò, quia ſingularia ſunt, ſine fine variari poſſunt: neque naturam rationalem eorum cognitio ità naturaliter perficit, ſicut veritatum illarum generalium practicarum, quæ Jure Naturæ continentur. &c.

Reſp. 1. Leges poſitivæ, quæ ſunt Juris Divini poſitivi & liberi, poſſunt à Deo pro ipſius arbitrio multiplicari & variari; non tamen omnes omninò variantur: quædam

dam perpetuæ Normæ rationem habent, earumque notitiam Deus quodammodò Hominibus connaturalem eſſe voluit.

2. Iſtarum Legum latio & revelatio pendet à Dei libertate: ſed quod per Dei libertatem Hominibus connaturale eſt, id ipſis reverâ connaturale cenſeri debet.

3. Facta quidem variari poſſunt. Interim quæ jàm nunc facta ſunt, in ſenſû compoſito neceſſariò facta ſunt; eorumque cognitio naturam humanam quoque perficit moraliter. Cognitio iſtius veritatis, quòd hic mundus à Deo conditus ſit; quódque ego dependeam à Deo, tùm realiter in fieri, in eſſe, in operari, tùm moraliter, quatenùs Deo ſublex ſum, omnesque actiones, quæ rationi ſubjacent, Legi ipſius conformare debeam, ad moralem mei perfectionem pertinet.

Concludit *Opponens*: Cùm ergò Sabbatum ſit Juris Divini; vel eſt Juris Divini naturalis, vel poſitivi. Non Juris naturalis; ergò nec moralis: cùm ex antè dictis conſtet, idem eſſe Jus naturale & morale, reſpectû Hominis. Ergò Juris poſitivi.

Reſp.

Reſp. Omnem Normam moralem communem, eſſe Juris ipſi Deo naturalis; nullam Juris Divini poſitivi & liberi, hactenùs nequaquàm eſt probatum. Nos contrarium oſtendere & defendere pergemus.

V. *Opponitur* ampliùs: Hîc nimis liberalem habemus Cenſorem, qui concedit, *non omnia & ſingula Decalogi præcepta eſſe Juris Divini naturalis: neque adeò abſolutè immutabilia & indiſpenſabilia.* Neque tantum *quartum præceptum* facit Juris poſitivi, ſed & *ſecundum;* quod illi non videtur ad cultum Dei naturalem, qui ex naturâ ejus fluit, ſed ad cultum inſtitutum, qui ut medium ex Dei voluntate & liberrimâ ejus inſtitutione ordinatur ad cultum naturalem exercendum, pertinere. An non mirum, illos homines, qui *perpetuam moralitatem Decalogi* atque ipſius Sabbati, tantoperè urgent, eò tandem devenire, ut excepto primo Præcepto, totam primam Tabulam, id eſt ſecundum, tertium, quartum Præceptum, faciant Juris poſitivi, adeòque mutabilis & diſpenſabilis? Potuiſſet ergò ſecundùm illos, Deus

Deus vel non prohibere Imagines & cultum earum, vel jubere ut fierent & colerentur; & ſimiliter vel non inſtituere Sabbatum, vel etiàm opus jubere die Sabbati. Quod ſi facere Deo liberum fuit, quidni etiàm liberum fuerit Præcepta illa abrogare? At ut Præceptum Morale eclipſin patiatur ex Decalogo, quomodò cum perpetuâ Moralitate ejus conſiſtere poteſt? Indignè ferunt iſti homines Sabbatum ad Ceremonias deturbari; atque indè quiritantur ex Decalogo fieri ἐννεάλογον: & non animadvertunt ſe Decalogum mutilum reddere tribus Præceptis; adeóque ut fieri potuerit, ut tantùm reſtaret ἑπτάλογος. Ubi ergò manet perpetua Moralitas Decalogi?

Reſp. 1. Sic demùm conceſſi, non omnia & ſingula Decalogi Præcepta eſſe Juris Divini Naturalis, quod ex Naturâ Dei fluit neceſſariò, neque conſequenter abſolutè immutabilia & indiſpenſabilia; ut tamen aſſeruerim, ea eſſe Moralia, & Juris nobis Naturalis.

2. De *tertio Præcepto* nunquàm dixi, id prorſùs eſſe Juris Divini poſitivi, non Na-

turalis. Quippè qui non ignoro, Sanctitatem Naturæ Divinę hoc requirere,ut non minùs oratio,quàm ratio hominum, gloriæ ipſius inſerviat: ac proindè, ut omnis blaſphemia Nominis Divini prohibeatur; imò & ne quis temerè, vel irreverenter, aut non religioſè, ipſum uſurpet.

3. Circa *ſecundum Præceptum* verba mea ſervata & producta maluiſſem. Ea ſic habent; *Actûs Cultûs inſtituti, quos ſecundum Præceptum ſpectat, -- ad Jus Divinum poſitivum pertinent*. Secundum Pręceptum,aut ſingula quę ad ipſum pertinent, nunquàm abſolutè negavi eſſe Juris etiàm ipſi Deo naturalis. Verùm quòd actûs cultûs inſtituti ſint Juris Divini poſitivi, ut cultus naturalis eſt Juris Divini naturalis, ex terminis manifeſtum eſt. Sed ſecundum Præceptum illos actûs ſpectat: ſic enim in Pręceptis affirmativis contraria negativa comprehenduntur, & in negativis affirmativa; cúmque una peccatorum ſpecies prohibetur, cognatæ ſimul prohibitæ cenſeri debent. Cùm ex. gr. ſeptimo Præcepto prohibetur adulterium, ſimul prohibentur ſcortatio, inceſtus,omniſque impu-

impuritas interna & externa; mandatur autem caſtitas, ſive in conjugio, ſive in cœlibatû, pro ratione doni ac vocationis cujusque. Similiter cùm ſecundo Præcepto prohibetur modus Deum colendi per imagines, aut in imaginibus, qui à Deo non eſt inſtitutus, ſed ab hominibus temerè excogitatus, prohibetur ſimul omnis ἐθελοθρησκεία; & mandantur actûs ab ipſo Deo inſtituti ad ipſum colendum. Ità Catecheſis noſtra *qu.* 96. Quid poſtulat „ ſecundum Præceptum? *Reſp.* Ne Deum „ ullâ imagine, aut figurâ, exprimamus; ne„ ve ullà aliâ ratione eum colamus, quàm „ quâ ſe in Verbo ſuo coli præcepit. Ergò ſecundum Præceptum ſpectat illos actûs qui ſunt cultûs inſtituti. In illis actibus certè aliqui ſunt mutabiles & diſpenſabiles; atque aliter habent in N. T. quàm habuerunt in V.

4. Deum potuiſſe Imagines ſui, modumque per eas ipſum colendi, moraliter permittere, vel etiàm jubere, nunquàm dixi: imò contrarium dixi, & ex naturâ Dei deduxi, *Ineffigiabilitatem* ex ipſius Simplicitate; in Diſput. x, th. XLII.

Iſtam quippè veritatẽ in Catecheſi didiceram dudùm, qu. 97. *Deus nec effingi ullâ ratione debet, nec poteſt.* Non *poteſt* ſcil. tùm propter ſimplicitatem, tùm propter infinitatẽ.

5. Eo ipſo, quòd Deus Præceptum aliquod *Morale* fecit, h. e. communem *Normam Morum* vivendi, fieri non poteſt ut ipſum unquàm abrogetur. Hinc Servator Matth. v, 18, 19. *Amen quippè dico vobis, uſque dùm præterierit cœlum & terra, jõta unum, aut unus apex nequaquàm præterierit ex Lege, uſque dùm omnia facta fuerint. Quiſquis igitur ſolverit unum ex Mandatis hiſce minimis, & ità docuerit homines, minimus vocabitur in Regno cœlorum.* Sed fieri quidem poteſt, ut actûs aliqui, ratione circumſtantiarum, ex voluntate Dei, varientur, vel etiàm finem accipiant, Lege manente. *Nam viro ſubiecta mulier, viventi viro devincta eſt per Legem: quódſi mortuus fuerit vir, liberata eſt à Lege viri. Proindè vivente viro mœcha vocabitur, ſi fiat alterius viri: ſin autem mortuus fuerit vir eius, libera eſt à Lege illâ, ut non ſit mœcha, ſi fiat alterius viri*; Rom. VII, 2, 3. Alia officia incumbunt perſonæ cœlibi, alia eidem

dem conjugi; alia in vitâ privatâ, alia eidem magiſtratum gerenti, aut fortè regnũ tenenti, eâdem interim Lege manente. Sic alii actûs cultûs inſtituti, alia ſymbola ſacramentalia, obtinuerunt, & per ſecundum Decalogi Præceptum obſervari debuerunt, durante œconomiâ V. T. quàm nunc ſub œconomiâ N. T. Similiter alius dies in cyclo hebdomadali nunc habendus eſt pro Sabbatho, idemq; ſanctificandus convenienter huic œconomię N. T.

6. Ità ſecundùm nos omninò conſervatur perpetua Moralitas Decalogi; non Ennealogi, vel Heptalogi.

VI. Pergit *Opponens*; Cùm tamen concedant illa Præcepta etiàm eſſe Moralia, quæ cauſa illis eſſe poteſt, ut non etiàm ſint illis Juris naturalis, ſed tantùm poſitivi? Cur Præceptum ſecundum ſaltem non eſt illis ejuſdem ordinis & dignitatis cum primo, quod fatentur eſſe Juris naturalis? Aut undè id habent, tàm diſtincta eſſe iſta Præcepta? &c. Jàm antè vidimus, etiàm fatente Cenſore noſtro, Legem Moralem eſſe omnibus hominibus communem, & unam & eandem eſſe apud

omnes. Hæc communio fundata eſt in naturâ communi omnibus hominibus, quatenùs homines ſunt & creaturæ rationales: & tùm Lex moralis, quæ in naturâ humanâ fundamentum habet, eſt Juris naturalis. Vel ſi eſt Juris poſitivi, & à ſolâ & liberrimâ Dei voluntate pendens, tùm non poteſt Lex Moralis eſſe communis omnibus hominibus, niſi quia Deus ità voluit. Debuit ergò Lex Moralis promulgari, & nota fieri omnibus hominibus; ſecùs enim non potuit obligare omnes. At quandò, ubi, & quomodò id factum? at non eſſe factum, evidens eſt ex Pſ. CXLVII. *Indicat verba ſua Jacobo, ſtatuta ſua & jura ſua Iſraëli. Non ità fecit ulli genti, ideóque jura illa non noverunt.* Hoc enim eſt τὸ περισσὸν τοῦ Ἰουδαίου, καὶ ἡ ὠφέλεια τῆς περιτομῆς, ὅτι ἐπιστεύθησαν τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ, Rom. III. Et quòd ipſorum ſint αἱ διαθῆκαι, καὶ ἡ νομοθεσία, καὶ ἡ λατρεία, καὶ αἱ ἐπαγγελίαι, Rom. IX, 4. Cùm ergò hæc Lex Decalogi non eſt nota facta gentibus, neque illa pars ejus quæ non eſt Juris naturalis, ſed poſitivi, per naturam illis innoteſcere potuit, ſequitur non totam Legem

Moralem

Moralem eſſe communem omnibus hominibus, ſed illam ſaltem partem ejus, quæ eſt Juris naturalis. Vel ergò Lex Moralis non eſt communis omnibus hominibus, vel illa Præcepta, quæ ſunt Juris poſitivi, non pertinent ad Legem Moralem.

Reſp. 1. Aſſerimus, omnia & ſingula Decalogi Præcepta eſſe Moralia; cùm contineant normam morum vivendi, & quidem omnibus hominibus communiter præſcriptam; atque adeò eſſe Juris hominibus naturalis.

2. Non tamen dicimus, omnia & ſingula eſſe Juris ipſi Deo naturalis; cùm de quibuſdam manifeſtum ſit, ea non ſic neceſſariò fluere ex Naturâ ipſius Dei, ſed potiùs eſſe Juris Divini poſitivi; ſcil. de cultû Dei inſtituto, de Sabbatho hebdomadali, de inæqualitate ordinis inter homines, de diſtinctis rerum dominiis, de gradibus circa matrimonium prohibitis, &c. quæ vel aliter, vel etiàm non, conſtitui potuiſſent.

3. Secundum Præceptum eſt ejuſdem cum primo dignitatis, quatenùs ejuſdem

Digitized by Google

omninò auctoritatis, ab eodem Legiſlatore abſolutè ſupremo datum, atque etjàm pertinens ad ipſius cultum religioſum.

4. Non tamen dico, prorſùs ejuſdem eſſe ordinis, cùm verè duo diſtincta Præcepta ſint; quod rectè aſſerunt ac defendunt Theologi Reformati contrà Pontificios, & alios eorum hâc parte ὁμοψήφυς. Unum igitur ordine primum eſt, alterum ordine ſecundum. In primo, unicus & verus Deus proponitur agnoſcendus; eique uni ſuus cultus religioſus vindicatur: *Ego ſum Jehova Deus tuus, &c. Non habebis Deos alios in conſpectû meo.* In ſecundo, de modo & mediis cultûs religioſi agitur; & præcipitur, ne is Deo deferatur per Imagines, aut in Imaginibus; vel ullâ aliâ ratione, quam non ipſe Deus præceperit. Addo, tàm ſecundum Pręceptum, quàm primum, eſſe Juris Divini nobis naturalis. Imò ampliùs, primum eſſe Juris ipſi Deo etiàm naturalis: qui ut per Naturam ſuam ſanctus eſt, & ſeipſum abnegare non poteſt, nec gloriam ſuam alteri tribuere; ſic non potuit non ſeſe talem creaturis rationa-

tionalibus proponere; tùm in ſtatû primævæ integritatis, convenienter iſti conditioni; tùm etiàm in ſtatû corrupto, ſaltem quantum ſufficit ad ἀναπολογησίαν; atque iterùm in ſtatû reſtitutionis, convenienter iſti conditioni. Ac ſimiliter ſecundum Præceptum hactenùs etiàm eſſe Juris ipſi Deo naturalis, ut conſcientiæ non alio cultû inſtituto obligentur, niſi qui ab ipſo ſit inſtitutus: hoc enim dominium, hæc ἐξοχὴ ipſi naturalis eſt, ut ipſe ſibi ſervet auctoritatem etiàm liberè præſcribendi hos vel illos actûs ad cultum ipſius pertinentes, quos conſequenter ſic obſervare debent homines ubi ipſis innoteſcunt, talem prædicationem Verbi, talem adminiſtrationem Sacramentorum, &c. quæ certè non neceſſariò ſic requirebat Natura Dei, & in quibus ſatis evidens mutatio facta eſt, manente interim eâdem Lege, cujus vi nos obligamur ad eorum obſervationem, ità ut nunc ſub N. T. nobis proponuntur; quemadmodùm fœderati V. T. obligabantur ad ea, quæ ipſis proponebantur; & homines ante lapſum pro ratâ Natura Dei ſimpliciſſima & infinita ſpe-

Digitized by Google

cialiter etiàm requirit, ut ſaltem non exprimatur ullâ imagine, neque conſequenter in eâ colatur.

5. Lex Moralis omnes homines communiter obligat, quia Deus univerſam Naturam humanam ab origine in Protoplaſtis eâ obligatos voluit. Sic ea fundamentum habet in ſanctiſſimâ Dei Voluntate ad omnes homines in Protoplaſtis virtualiter & fœderaliter comprehenſos relatâ, iisque ſic propoſitâ; undè etiamnùm reliquiæ pro re natâ ſufficientes ſuperſunt. Atque hactenùs ea eſt Juris nobis naturalis.

6. Etiàm illa quę Juris Divini poſitivi ſunt, & communis normæ Moralis ex ſanctiſſimâ Voluntate ipſius Dei rationem habent, ideò ad Legem Moralem & nobis Naturalem pertinent. Juſtitia originalis rectę hominibus Protoplaſtis Naturalis fuiſſe dicitur, quatenùs Naturæ concreata eam perficiebat; & cum eâ ad poſteros erat propaganda, niſi lapſus interveniſſet. Interim non erat eſſentialiter ipſa natura humana, nec ejus pars eſſentialis, vel integralis; imò neque adjunctum ità

neceſſa-

neceſſarium, ut abſolutè non poſſet abeſſe ab humanâ naturâ: nunc enim reipſâ abeſt per peccatum originale. Sed etiàm dùm abeſt, rectè dico ad perfectionem moralem humanæ naturæ requiri talem Juſtitiam; ad eam obligari humanam naturam; nunc ejus privationem in hominibus habere rationem peccati. Obligatio igitur illa Moralis eſt & Naturalis, quatenùs ad Mores ſpectat, & Naturæ impoſita eſt ab origine communiter; licet homo in ſtatû naturæ corruptæ ne quidem intelligat ſingula quæ ad Juſtitiam illam pertinent; *Rom.* VIII, 7.

7. Omnia & ſingula Decalogi Præcepta, tanquàm Norma illius Juſtitiæ, præſcripta & notificata fuerunt humanæ Naturæ in Protoplaſtis. Quomodò factum ſit, ut eadem notitia non propagetur integra ad poſteros, ſatis eſt in propatulo.

8. Cùm Lex Iſraëlitis per Moſen data eſt, juxtà loca objecta, illis pariter data ſunt omnia & ſingula Præcepta Decalogi, tùm quę Juris ipſi Deo naturalis, tùm quæ Juris Divini poſitivi ſunt. Utraque Gentiles acceperunt etiàm in Protoplaſtis,

ſtis; atque indè ad ipſos propagantur reliquiæ nunc pro re natâ ſufficientes. Plenè autem propagata fuiſſet iſta notitia Juris, atque integra Imago Dei, niſi lapſus interveniſſet. Communis igitur eſt Lex Moralis, quatenùs ex ſanctiſſimâ Dei voluntate omnes communiter obligat; licet nunc non omnibus hominibus per naturam communis ſit notitia omnium & ſingulorum, ad quę per ſingula Legis Pręcepta obligantur: quod eſt manifeſtiſſimum, non in Gentilibus ſolùm, ſed in aliis etjàm qui Gentiles non ſunt. Imò quid opus fuiſſet Pręcepta moralia conſcribi, & toties inculcari in S S. Literis; & conſequenter tàm operosè explicari & applicari, tùm concionibus, tùm libris Theologorum? Undè tot de illis diſputationes, diſſenſiones; niſi multiplex etiàm in notitiâ faciendorum eſſet defectus?

VII. *Inſt.* Non ergò Moralia hæc Pręcepta ſunt ipſis perpetua, ex vi Moralitatis ſuæ; ſed ęquè ut Ceremoniæ omnes & Leges forenſes antiquari poſſunt & aboleri, niſi ſolâ ordinatione Divinâ id obtineant ut ſint perpetua. Si Scholaſtici quidam

itâ

ità locuti ſunt, at non omnes, non certè quibus ſanius fuit ſinciput. Et fortè illi Morale appellant, quod propter Moralem rationem & utilitatem inſtitutum eſt. Sed ità vel maximè Circumciſio, quę cordis circūciſionem ſignificabat & exigebat à circūciſo, Moralis dici poſſet; & nō minima pars Ceremonialis cultûs Moralis vocāda eſſet.

Reſp. 1. Imò Præcepta iſta ſunt perpetua ex vi Moralitatis ſuæ; neque antiquari & aboleri poſſunt, ob talem Divinam ordinationem.

2. Qui Præcepta Moralia vocant, quę ad Mores vivendi ſic pertinent, ut neque ſint Cerimonialia, (ſaltem non omninò, nec eatenùs,) neque Forenſia; illi nihil à ſanâ ratione, aut S S. Literarum uſû, alienum agunt.

3. Signum Circumciſionis non eſt Morale; quia ſpecialiter inſtitutum fuit pro œconomiâ V. T. ab Abrahamo deinceps. De cultû Cerimoniali tenendum pro ratâ.

VIII. *Objicitur* denuò; Cùm omnis Lex poſitiva vel ſit ſimpliciter Ritualis, id eſt tantùm de diſciplinâ & ritibus; vel prætereà etiàm Cerimonialis; vel Forenſis;

ſis; vel etiàm Euangelica; (nam certè Euangelium eſt Juris poſitivi, quamvis perpetui uſque ad finem mundi; idque ex ordinatione Dei,) Qui volunt Sabbatum non fuiſſe Ceremoniale, ſed ſolummodò Rituale,(cùm non ſit ipſe cultus, ſed ejus tantùm aliqua circumſtantia) tenuiùs de Sabbato ſentiunt; quàm qui illud prætereà Ceremoniale & ſignificativum faciunt, utpotè rei magnæ ſacramentum, & ſignum inter Deum & populum ſuum, quòd ipſe ſit Deus ſanctificans ipſos. Nam etiàm gentes habuere ſtata tempora cultûs ſui, & ferias & feſta, quibus ab ordinariis operibus ceſſabant & feriabantur; quæ tamen nil prætereà illis ſignificabant, neque de rebus præſtantioribus monebant.

Reſp. 1. Lex quæ Juris Divini poſitivi eſt, nec tamen eſt Cerimonialis, neque Forenſis, quæque interim Mores vivendi ſpectat, tanquàm norma communis & perpetua, ex uſû communi Moralis appellanda eſt. Entia citra neceſſitatem multiplicare, vel etiàm λογομαχεῖν, nobis non libet.

2. Le-

2. Legem Euangelicam illi nuncupare ſolent, qui Euangelium cùm Lege confundunt. S S. Literæ, & Theologi orthodoxi iſta propriè & ſtrictè accepta ſibi invicem contradiſtingunt ; juxtà Rom. IV, 13--16. *Non enim per Legem Promiſſio ceſſit Abrahamo, aut Semini ejus* ; &c. *Etenim ſi ii qui ex Lege ſunt, hæredes ſunt, vana facta eſt Fides, & inanis reddita eſt illa Promiſſio.* (Promiſſio iſta procul dubio Euangelica eſt , Legi apertè oppoſita.) *Nam Lex iram efficit: ubi enim non eſt Lex, ibi nec transgreſſio* eſt.*Propterea ex Fide* eſt hæreditas, *ut ſit per gratiam, ut firma ſit Promiſſio toti Semini*, &c. VI, 14, 15. *Non eſtis ſub Lege, ſed ſub Gratiâ* (; Euangelii nimirùm). *Quid igitur ? peccabimus , quòd non ſimus ſub Lege, ſed ſub Gratiâ ? Abſit.* Vide etjàm *Gal.* III, 2, 5, 9 -- 14, 16 -- 19, 21--26. Breviter, Lex facienda proponit ; Euangelium credenda ad juſtitiam juxtà Fœdus gratiæ. Revelatio iſta veritatum ſalutarium eſt gratiæ & miſericordię Dei liberæ: quibus autem ea facta eſt, illi ſimul obligantur ad fidem habendam iſtis veritatibus, & ad gratitudinem Deo præſtandam,

dam, per primum Pręceptum Legis Moralis. Huic formaliter tribuenda eſt iſta obligatio;quemadmodùm Magiſtratibus, qui nunc ſuprà nos conſtituti ſunt,eorumque Statutis, obedientiam debemus per quintum Præceptum ejuſdem Legis; aliisque Perſonis,quibuſcùm nunc vivimus, officia ſequentibus etiàm Præceptis mandata. Exiſtentia iſtarum Perſonarum, aut Statutorum,non infert novam Legem Dei; ſic neque revelatio gratiæ & veritatum Euangelicarum.

3. Nos Sabbathum hebdomadale dicimus Morale, atque adeò perpetuum; ejusque piam obſervationem, cultum religioſum; licet tempus de ſe circumſtantia ſolùm ſit. Agnoſcimus inſuper, acceſſiſſe etiàm uſum Cerimonialem ſub V. T. convenienter ejus œconomiæ. Sic illi multò tenuius de Sabbatho ſentiunt, qui ipſum non Morale, ſed tantùm fuiſſe Cerimoniale arbitrantur.

4. Gentiles ſua ſtata tempora cultûs &c. & ſpecialiùs ſeptimi diei obſervationem alicubi, habuerunt, partim ex naturali quâdam conſcientiâ quarti Præcepti, par-

partim ex Judæorum imitatione, aliàve ſuperſtitione; ſed abſque ſpirituali ſignificatione; quoniàm nulla talis promiſſio illis facta erat.

IX. Iterùm *Opp.* Sed quam cauſam dicemus, quòd ſecundum Præceptum, quo vetatur Imaginum cultus, velit eſſe Juris non naturalis, ſed poſitivi & liberi? Certum eſt Pontificios magno redemtum velle, rem ità eſſe. Si enim quod vetatur iſto Præcepto, non eſt naturalis Juris, ſed poſitivi & liberi, ità ut vel non vetari, vel contrarium ejus præcipi potuerit; cauſa non eſt, cur non & id quod iſto Precepto præcipitur, nim. *ut Deus, qui eſt ſpiritus, in ſpiritû & veritate adoretur*, emanet à Jure poſitivo & libero, & ſic ut non pertineat ad eſſentialem Dei cultum, ut in ſpiritû & veritate colatur. Cùm tamen ſpiritualis cultus proximè derivetur à cultû illo, qui primo Præcepto præſcribitur; imò nihil aliud ſit, quàm concluſio ritè deducta ex primo Præcepto, tanquàm ex proximo & immediato principio; ità ut benè intellecto ſenſû primi Precepti, ſana ratio ſtatim indè inferat id quod ſecundo Præ-

Præcepto vetatur, tanquàm neceſſarium ejus conſequens. Si enim Jehova Deus ſolus ſit habendus pro Deo, & colendus, certè non debet coli, niſi eo modo qui ejus Majeſtatem decet & Divinæ ejus Glorię convenit; *Jeſ.* XLII,8,&c. Eſt enim hęc neceſſaria illatio & naturalis conſequentia, Si ſolus Jehova eſt adorandus & glorificandus religioſo cultû; ergò religioſus cultus non competit creaturæ, & multo minùs Imagini. Prætereà dictat ratio, ità colendum Deum, prout natura ejus poſtulat. At *Deus eſt ſpiritus*.&c.

At adorare ad imaginem, non eſt Deum colere in ſpiritû & veritate, ſed corporeo modo & mendacio, &c. Quare Apoſtolus *Rom.* 1. in Gentilibus carpens idololatriam, dicit eos in eam delapſos ex abuſû rectæ rationis. &c. Sanæ ergò id eſt rationis opus. Cujus cùm eadem ſit concluſio, quæ ipſius Præcepti, conſtat jàm illud eſſe Juris naturalis. Vide *Jeſ.* XLIV, 18, 19. *Deut.* IV, 12, 15.

Reſp. 1. Interdictum illud, ne Deus ullâ imagine exprimatur, nec in eâ colatur, omninò eſt Juris non ſolùm nobis Natu-

turalis, ſed etiàm Naturalis ipſi Deo. Vide ſup. th. v. §. 3. & th. v i. §. 4. Pontificiis ne hilum iſtâ parte conceſſi. Neque quicquam nobis adverſantur Argumenta oppoſita.

2. *Ut Deus qui eſt ſpiritus, in ſpiritû & veritate adoretur*, omninò etiàm eſt Juris ipſi Deo Naturalis: cùm ex Naturâ Dei manifeſtè deducatur.

3. Quemadmodùm primo Decalogi Præcepto exigitur agnitio veri Dei, qualem ſeſe tùm Naturâ, tùm Scripturâ revelavit; fides Divina, quæ dubitationem excludat; dilectio integra, timor ſyncerus, cultus religioſus, &c. ſic adoratio Dei in ſpiritù & veritate, ſeu cultus internus ſpiritualis, ad idem illud primum Præceptum potiùs referri debet. In ſecundo autem ille præſupponitur, ac porrò prohibetur, ne Deus colatur in Imagine, (neque adeò Imago talis conficiatur,) aut ullo alio modo ab hominibus excogitato; ſimulque præcipitur, ut colatur eâ ratione, quam ipſe in Verbo ſuo præſcripſit, ut iſte cultus ab ipſo Deo inſtitutus ritè obſervetur. Sic Catecheſis noſtra. Et ad eam Urſinus

ſinus; *Præcipitur igitur verus veri Dei cultus; & ſimul regula ſancitur, ut intrà metas à Deo præſcriptas ſanctè & religioſè nos contineamus; neque cultui Divinitùs inſtituto quicquam addamus, aut eundem vel minimâ in parte mutilemus.*

4. Quòd religioſus cultus non competat ulli creaturę, nec conſequenter Imagini, tanquàm objecto terminanti, ad primum Præceptum pertinet ſatis planè. Secundum cavet, ne Deus colatur ad Imaginem, vel per Imaginem; ubi Imago eſt medium ab hominibus excogitatum, per quod Deo deferretur ſuus cultus.

CAPUT III.

Legem Moralem extitiſſe etiàm ante Moſen; imò Naturæ humanæ coævam fuiſſe. Idem in ſpecie oſtenditur de ſingulis Præceptis poſterioris Tabulæ; atque item de primo, ſecundo, & tertio prioris Tabulæ.

1. Ex illis quæ hactenùs propoſita & defenſa ſunt, conſequitur eandem Legem Moralem etiàm fuiſſe ante Moſen: per quem ea tamen ſcripto ab ipſo Deo expreſſa;

expreſſa; duabus Tabulis, decemque in iis Præceptis, diſtincta; ac variis commentariis, deductionibus, explicationibus, applicationibus, θεοπνεύστως conſcriptis, aucta; & ſic Iſraëlitis tradita fuit. Pſal. CIII, 7. *Notas fecit vias ſuas Moſi, poſteris Iſraëlis actiones ſuas.* Joh. I, 17. *Lex illa per Moſen data eſt.* Sub eodem quoque ſcriptionis, diſtinctionis, ac traditionis modo conſideratur, Gal. III, 19. *Quid igitur Lex? Tranſgreſſionum* (planiùs aperiendarum, hominumque de iis convincendorum) *gratiâ adjecta eſt, uſque quò veniſſet Semen illud, cui facta eſt Promiſſio;* Lex, inquam, *ordinata per Angelos*; (quorum operâ & miniſterio etiàm hîc Deo placuit uti: confer *Act.* VII, 53. *Hebr.* II, 2.) *per manum internuncii* (, Moſis). Et ſic frequentiſſimè Legis appellatio κατ' ἐξοχὴν in SS. Literis uſurpatur. Iſta Iſraëlitarũ hoc reſpectû prærogativa fuit; juxtà *Pſ.* CXLVII, 19, 20. *Deut.* IV, 6, 7, 8. *Rom.* III, 2. IX, 4.

II. Neque obſtat locus Rom. V, 13, 14. *Uſque ad Legem Peccatum erat in mundo: Peccatum verò eſſe non putatur non exiſtente Lege. Regnavit autem Mors ab Adamo uſque*

ad

ad Moſen, in eos etiàm qui non peccaverunt in ſimilitudinem tranſgreſſionis Adami, &c. quaſi Apoſtolus aſſereret, Legem illo tempore prorſùs non extitiſſe. Imò contrà; quia *Mors* jàm *regnavit ab Adamo uſque ad Moſen*; verſ. 14. Mors autem *in mundum introiit per Peccatum*; verſ. 12. apparet, ante Legem ſpeciali iſto modo datam, fuiſſe tamen eandem Legem ſecundùm rem ipſam: *Peccatum* enim *eſt* ἀνομία, *Legis tranſgreſſio*; 1 Joh. III, 4. atque adeò *ubi non eſt Lex, ibi nec tranſgreſſio eſt*; Rom. III, 15. Senſus Apoſtoli igitur in illo dicto eſt; Peccatum minùs æſtimari apud homines, ubi Lex minùs nota eſt: minùs nota autem fuit inde à lapſu, priuſquàm tali modo per Moſen data eſſet. Vel etiàm ſic; ut iſta verba, *Peccatum eſſe non putatur*, ſive *Peccatum non reputatur*, *non exiſtente Lege*, objectionem contineant adverſùs proximè præcedentia; *Nam uſque ad Legem peccatum erat in mundo.* Quaſi Apoſtolus pro Opponente ſuo dicat; Imò videtur Peccatum non fuiſſe in mundo uſque ad Legem; quia Peccatum non reputatur Lege non exiſtente. Objectionem iſtam poſt-

Digitized by Google

poſtmodùm ipſe refutat; docetque in ſequentibus, Mortem omninò regnâſſe ab Adamo uſque ad Moſen, &c. adeóque Deum, qui mortem illam immiſit, omninò ab Adamo uſque ad Moſen reputâſſe Peccata; & conſequenter Legem etiàm extitiſſe ſecundùm rem, cùm nondùm exiſteret ſecundùm illum modum, quo poſteà tradita eſt. Scilicet etiàm tunc *opus Legis ſcriptum fuit in cordibus*: homines illi *ſibi ipſis* fuerunt *Lex*; Rom. II, 14, 15. atque *omne os* ſic per Legem *obſtruitur*, ut *totus mundus fiat obnoxius condemnationi Dei*; cap. III, 19.

III. Cùm verò Gentiles Lege ſcriptâ deſtituti, opus Legis in cordibus ſuis ſcriptum gerant, atque itâ ſibi ipſis ſint Lex; & Jus Dei cognoſcant, quòd peccata mortem mereantur; cùm eo nomine inexcuſabiles ſint coràm Deo, atque ora omnium ipſorum obſtruantur; *Rom.* II, 14, 15. I, 32, 20. III, 19. adeóque in tantâ Humanæ naturæ corruptione tales ſuperſint reliquiæ, talia Imaginis Divinæ quaſi rudera; multò magis, imò perfectè, in ipſis Protoplaſtis adhùc integris, iſta Juris Divini

ac

ac Legis Moralis cognitio extitiſſe putanda eſt: atque indè illi, quid Deo, quid Creaturis rationalibus perpetuò, & quâvis occaſione datâ, deberent, facillimè potuerunt deducere.

IV. Sed ut preſſiùs etiàm theſin aſſeramus, inductionem tentemus, ad exemplum θεόπνευστον Jacobi II, 10, 11. ubi Apoſtolus concatenationem Officiorum Lege præſcriptorum probaturus, eam oſtendit in iſtis Pręceptis, *Ne mœcheris*, & *Ne occidas*: cæterorum enim eſt par ratio. Vel etiàm Pauli, Rom. XIII, 9. omnia poſterioris Tabulæ Pręcepta ad unam ſummam revocantis; *Siquidem illud, Non mœchaberis, Non occides, Non ſuraberis, Non falſum teſtimonium dices, Non concupiſces; & ſi quod aliud eſt Præceptum, in hoc Sermone ſummatim comprehenditur; nempè, Diliges proximum tuum ſicut te ipſum.* Illud ergò *Non mœchaberis*, quæque eò pertinent, jàm Protoplaſtis præſcripta fuiſſe, & cognita, liquidiſſimè apparet ex Gen. II, 23, 24. ubi cùm Deus Evam condidiſſet, & ad Adamum adduxiſſet, *dixit Adam: hâc demùm vice adeſt os ex oſſibus*

ſibus meis, & caro ex carne meâ: hæc voca bitur Vira, eò quòd hæc ex Viro deſumpta eſt. Idcircò relicturus eſt Vir Patrem ſuum, & Matrem ſuam: & adhærebit Uxori ſuæ; eruntque in carnem unam. Itémque cap. I, 27, 28. *Marem & Fœminam creavit eos. Deindè benedixit eis Deus; & dixit eis Deus; Fœtificate, & augeſcite, & implete terram, eamque ſubjicite,*&c. Hinc Conjugium duorum ſolùm, Maris & Fœminæ, individuam eſſe ſocietatem, deducit ipſe Servator; adeóque Phariſæis ipſum tentantibus, & quærentibus, Matth. XIX, 3. *Licétne homini dimittere Uxorem ſuam quâvis ex causâ?* reſpondit deinceps: *Non legiſtis Opificem ab initio feciſſe Maſculum & Fœminam? Et dixiſſe; Propterea derelinquet Homo Patrem & Matrem, & agglutinabitur Uxori ſuæ: & qui duo fuerant, erunt una caro? Itaque non ampliùs ſunt duo, ſed una caro. Quod ergò Deus conjunxit, homo ne ſejungat.* Cùm autem inſtarent Adverſarii, & conſtitutionem Moſaïcam de Libello repudii urgerent, reſpondit *verſ.* 8. *tùm* permiſſionem illam factam fuiſſe propter duritiem cordis eorum; *tùm* à principio

non fuiſſe ſic; ad eandem hanc Legem primævam, non ſcriptam, ſed natam, ſive potiùs concreatam, iterùm provocans. Et Paulus exindè, Eph. v, 28, 29, 31. *Ità debent Viri diligere ſuas Uxores, ut ſua ipſorum corpora. Qui diligit ſuam Uxorem, ſe ipſum diligit. Nullus enim unquàm ſuam ipſius carnem odio habuit: imò enutrit ac fovet eam.---- Properteà derelinquet Homo Patrem ſuum, ac Matrem, & agglutinabitur Uxori ſuæ: & qui duo erant, fient una caro.*

Idemque Apoſtolus, Viri præ Muliere auctoritatem adſtruens, 1 Tim. ii, 13. dicit; *Adamus enim prior formatus eſt; deindè Eva*: ſcil. in auxilium ipſi commodum, כְּנֶגְדּוֹ; *Gen.* ii, 18, 20, &c. Et 1 Cor. xi, 7, 8, 9. *Vir non debet operire caput*; (quod eſſet ſignum ſubjectionis;) *cùm is imago ſit & gloria Dei: at Mulier gloria Viri eſt.* (Vir imaginem Dei gerit antecedenter ad Mulierem, & gloriam Dei repræſentat primariè: Mulier imaginem Dei quoque gerit, ſed conſequenter ad Virum; adeóque gloriam Viri ipſa repręſentat.) *Non enim eſt Vir ex Muliere, ſed Mulier ex Viro. Neque enim conditus eſt Vir propter Mulierem;*

Digitized by Google

rem; ſed Mulier propter Virum. Atque adeò porrò verſ. 14, 15. *Anne Natura quidem ipſa hoc vos docet, quòd Viro quidem comatum eſſe dedecori ſit: contrà Mulieri, comatam eſſe decori ſit? Nam coma pro velamine data eſt ei.*

Ex eodem illo fundamento dignitatis & auctoritatis Virilis præ Muliere, facillimè deduci poteſt *utriuſque Parentis* ἐξοχὴ *præ Liberis.* Porrò autem ex eo, quod dictum eſt, Gen. 11, 24. *Relicturus eſt Vir patrem ſuum, & Matrem ſuam; & adhærebit Uxori ſuæ*, clariſſimè liquet Liberorum primùm in vitâ cœlibe, obligatio ad Parentes; imò in conjugio quoque, pro re natâ & ratâ. Sic de ſeptimo, & quinto Præcepto.

V. Ex Imagine Dei in ſingulis Hominibus conſiderandâ, facillimè etiàm colligitur Dilectio eorum mutua; & Præceptum illud, *Non occides*: undè Gen. IX, 5, 6. *De manû ipſius hominis, de manû cujuſque fratris ipſius, repoſcam animam hominis. Qui effundit ſanguinem hominis, per hominem ſanguis illius effunditor: quoniàm ad imaginem ſuam hominem fecit Deus.* Quin & *Proximi execratio* ob hanc ſpecia-

tim rationem fugienda eſt; quia ille *ad ſimilitudinem Dei ſactus*; Jac. III, 9. Atque adeò non ſolùm *Homicidium* Caïni, ut grave peccatum, arguitur; *Gen.* IV, 10, 11, 12. verùm etiàm *Vultus* ejus *iracundus*; *verſ.* 5, 6, 7. adeò ut ſe viciſſim à quovis obvio interfici meritum, ipſe agnoverit; atque hanc pœnam reformidaverit; *verſ.* 13, 14.

VI. Illud autem, *Non furaberis*, facilè deducitur ex iſto, Gen. I, 28, 29. *Implete terram, eámque ſubjicite: & dominamini in piſces maris, & in volucres cœli, & in omnes beſtias reptantes ſuper terram. Præterea dixit Deus; Eccè dedi vobis omnes herbas ſementantes ſemen, quæ ſunt in ſuperficie totius terræ, omneſque arbores in quibus eſt fructus arboreus, ſementantes ſemen: veſtræ ad comedendum erunt*; collato Dilectionis officio. Multiplicatis conſequenter hominibus, multiplicari, aut potiùs dividi, debuit illud jus; ut terra impleretur, per partes ſubjiceretur ſingulis, ſinguli ſuas obtinerent habitationes, ſua eſculenta, &c. unus autem alteri non eriperet quod ipſius foret. Undè etiàm Apoſtolus ad Athe-

Athenienſes, Act. XVII, 25, 26. *Ipſe dat omnibus vitam, & halitum, & omnia. Fecitque ex uno ſanguine totam gentem hominum, ut habitaret ſuper univerſa ſuperficie terræ, definitis præſtitutis temporibus, & poſitis terminis habitationis eorum.*

VII. Similiter ex Imagine Dei, (qui eſt *Deus veritatis*; Pſal. XXXI, 6.) elicitur quoque iſtud, *Non dices falſum teſtimonium.* Ad illam enim pertinet *juſtitia & ſanctimonia veritatis;* Eph. IV, 24. Undè defectio ipſius Diaboli in hunc quoque modum exprimitur, Joh. VIII, 44. *In veritate non perſtitit.* Imò & Hominum; Rom. III, 4. *Eſto Deus verax, omnis autem Homo mendax.*

VIII. Ex eâdem juſtitiâ & ſanctimoniâ verâ, rectè colligitur etiàm illud, *Non concupiſces*; omnes videl. Motiones voluntatis & affectuum, etiàm primò primas, juſtè & ſanctè regendas & habendas eſſe. Jàm quidem concludere nobis licet, Cæterorum Præceptorum parem eſſe rationem.

IX. Verùm priorem quoque Tabulam luſtremus. Agnoſcendum igitur & religiosè colendum unum verum Deum, ad

cujus Imaginem conditi erant Protoplaſti, quique omnia fecit propter ſeipſum; *alienos* autem *Deos nequaquàm habendos*, ex eâdem illâ Imagine cognoverunt ſatis: *Col.* III, 10. *Eph.* IV, 24.

Quin & Sanctum illum ac Zeloten, prçter Cultum ipſius Naturalem, non alio quàm à ſe *Inſtituto*, colendum eſſe; propter ipſius Dominium abſolutè ſummum. Spiritum illum infinitum nullâ Imâgine corporeâ exprimendum; in quâ, aut per quam, ſuus ipſi Cultus deferretur: ſed agnoſcenda omninò *Verbum* & *Sacramenta* Divinitùs propoſita.

Itémque Sanctiſſimum auctorem Sermonis, ut & omnium quæ in ipſis ac penes ipſos erant, Sermone irreverenti aut temerario nequaquàm eſſe dehoneſtandum; ſed omninò piè cçlebrandum.

CAPUT IV.

Idem quoque oſtenditur de quarto Decalogi Præcepto, ſive de obſervando Sabbatho hebdomadali, 1. *ex* Gen. II, 2, 3. 2. *ex loco* Exod. XX, 8-11. 3. *ex* Hebr. IV, 3, 4. *Reſpondetur Objectionibus & Exceptionibus ad locum* Gen. II, 2, 3.

I. Sed

I. Sed & de Sabbatho non dubitandum videtur; 1. ex Gen. 11, 2, 3. *Cùm autem perfeciſſet Deus die ſeptimo opus ſuum, quod fecerat; quievit ipſo die ſeptimo ab omni opere ſuo, quod fecerat: Et benedixit Deus diei ſeptimo, & ſanctificavit ipſum; cùm in eo quieviſſet ab omni opere ſuo, quod creaverat Deus, faciendo.* Eâ ſcil. occâſione, atque eo tempore, cùm Deus opera creationis abſolviſſet ſex diebus, iiſque finem impoſuiſſet die ſeptimo; ipſe diei ſeptimo benedixit ſingulari quodam modo; & ſpecialiùs eum ſacrum eſſe voluit, atque exercitiis Religionis ſanctè tranſigendum. Hortus Edenis non ſolùm cuſtodiendus, ſed etiàm colendus datus erat Protoplaſtis; imò & terra ſubjicienda: ab iſto igitur opere quieſcendum iis fuit quôque die ſeptimo; cultui Divino quietè vacandum; eóque magis ad æternam quietem, in cœleſti Paradiſo deindè aliquandò agendam, adſpirandum. Loquimur autem in theſi; non in ſpecie de iſto die ſeptimo, numerando præciſè à primo Creationis deinceps; ſed in genere, ut ſex Operariis reſpondeat unus Quietus.

2. Ex ipſo quarto Decalogi Præcepto, Exod. xx, 8--11. ubi eadem primævæ inſtitutionis ratio ſubjungitur: *Nam ſex diebus perfecit Jehova cœlum ipſum, & terram, & mare, & quicquid eſt in eis: quievit verò die illo ſeptimo: idcircò benedixit Jehova diei Sabbathi, & ſanctificavit illum.* Et ſic ejuſdem illius inſtitutionis repetitio, vel reſtitutio quaſi poſtliminio, occurrit in hiſtoriâ Mannæ ſingulis diebus in deſerto colligendæ; niſi quòd ſexto quôque die dupla portio eſſet colligenda, una pro illo ipſo ſexto, altera pro ſequente ſeptimo, quo ſancta quies agi debuit; *Exod.* xvi, 4, 5, 22, 23, 25, 26.

3. Ex Hebr. iv, 3, 4. *Introimus enim in requiem nos qui credidimus: ſicut dixit; Itaque juravi in irâ meâ, ſi ingreſſuri ſint in requiem meam: quamvis operibus à jacto mundi fundamento factis. Ità enim dixit quodam in loco de Septimo die; Et requievit Deus die Septimo ab omnibus operibus ſuis.* Ità Sabbathum hebdomadale, convenienter etiàm ſuperioribus, refertur ad quietem ipſius Dei, operibus à jacto mundi fundamento factis; eique contradiſtinguitur

Sabba-

Sabbatiſmus terræ Canaan à moleſtâ peregrinatione per deſertum, typus beatæ quietis aliquandò in cœleſti patriâ fidelibus obtinendæ & æternùm agendę. Vide ampliùs *verſ.* 8, 9, 10.

II. Occurrit *Opponens*; Ex his quæ dicta ſunt patet, Cenſoris noſtri hanc eſſe mentem; Pręceptum de Sabbato non eſſe Juris naturalis, ſed poſitivi & liberi: *deindè*, ſi Morale vocandum ſit, non eſſe tamen Morale, ut eſt naturale homini, ſicut eſt primum Præceptum; ſed ad ſummum, quia finem habet & utilitatem moralem: *tertiò*, non eſſe de ipſo cultû, ſed tantùm de circumſtantiâ aliquâ cultûs: *quartò*, eſſe perpetuum, non vi Moralitatis ſuæ, ſed ex hypotheſi ordinationis Divinæ. In quibus omnibus inter nos eſt conſenſus, eo ſolo excepto, quòd velit eſſe tantummodò ritum; non etiàm ceremoniam & typum & figuram rei ſpiritualis, & prætereà etiàm perpetuum.

Reſp. 1. Imò patet mens noſtra; quòd Præceptum de Sabbatho ſit Juris non quidem ipſi Deo Naturalis; ſed tamen nobis Naturalis, atque ità Morale: non ſolùm

reſpectû finis & utilitatis alicujus Moralis, ſed etiàm reſpectû normalitatis Moralis, ex ſanctiſſimâ Dei Voluntate; quódque idcircò Perpetuum ſit. Item, quòd Præceptum illud exigat Sabbathi Obſervationem debitam, ſive tranſactionem ejus per exercitia ſanctificationis: non Circumſtantiam nudam; ſed Cultum ſuâ circumſtantiâ veſtitum.

2. Nos nec Sabbathum, nec ſanctam ejus Obſervationem *Ritum* dicere ſolemus: hoc Officium Morale cenſemus, ab ipſo Deo præſcriptum; illud Tempus ſpecialiter talibus exercitiis deputatum.

3. Minimè interim refragamur, quin iſta Obſervatio ſub V.T. ſimul inſuper fuerit Cerimonialis typica, convenienter iſti œconomiæ.

III. In loco *Gen.* 11,2,3. Prolepſin non admitto; quoniàm ea non probatur. Quin imò occaſionale fundamentum inſtitutionis obſtat, & oppoſitum probat; quòd ſcil. ipſe Deus, ſex diebus opera creationis conſummaverit, ſeptimo autem quieverit; & conſequenter inter homines ſex diebus Operariis unum ſacræ Quietis reſpondere

dere voluerit; quemadmodùm idem quoque in quarto Decalogi Præcepto ſatis diſertè repetitur.

IV. *Inſt.* 1. Nullum his verbis contineri Præceptum: non enim continuò quibus rebus benedicit Deus, eas cuſtodiendas præcipit. Benedicere & ſanctificare ſunt actiones Dei; non noſtræ: At Præceptum eſt de actionibus hominis; quale demùm legitur Exod. xx.

Reſp. 1. Quibus rebus Deus benedicit, idque hominibus proponit; ad earum benedictionem agnoſcendam homines obligat.

2. Benedicere & ſanctificare ſunt actiones Dei; ſic tamen ut homines ſpectent. Deus benedixit diei ſeptimo, & ſanctificavit ipſum; boni aliquid ſuper eo conſtituit, eumque in ſanctum uſum ſegregavit, ſive ſanctis exercitiis ſpecialiter dicavit: non ſibi, ſed hominibus certè in cyclo hebdomadali obſervandum. Sabbathum propter Hominem factum eſt; *Marc.* 11, 27. Notæ Belgicæ ad locum Geneſ. 11, 3. N. 4. **D. Godt heeft hem verheven boven de andere dagen / ende weerdiger ge-**

maeckt dan de ſelve. Vergelijckt het woort zegenen, met Gen. xxiv, 31. De Weerdigheyt is in't gebruyck, het welcke door het volgende woort heyligen, te kennen gegeven wort; beteeckenende yet dat gemeyn is, tot een heyligh gebruyck af-ſonderen. Alſoo *Exod.* xiii, 2. *Levit.* viii, 10. *Num.* vii, 1. 1 *Reg.* viii, 64, &c.

Franc. Junius in ſuis Notis ad verbum *Benedixit*; *Id eſt, licet jam hic dies æquè cum aliis benedictus eſſet naturæ lege; ſingularem tamen ipſi præ aliis benedictionem contulit Deus, quæ ſequentibus exponitur, eóque pacto creationem totam ſtabilivit.* Porrò autem ad verbum *Sanctificavit*; *Id eſt, Singularem ipſi præ aliis diebus ſanctimoniam indidit ſacto, inſtitutione, & virtute ſuâ: ac proindè eum haberi ſanctum, & in ſanctis ſolùm rebus conſumi voluit. His autem cauſis duæ aliæ poſteà acceſſerunt: una civilis, ad humanitatem ſpectans, ut quieſcat ſervus tuus, & ancilla tua ſicut tu,* Deut. v, 20. *altera ceremonialis, ad ſolennem commemorationem mirificæ liberationis ex Ægypto.*

Miſſis aliis plurimis, addo Commentarium Calvini, eò potiùs, quòd qui diverſam

à nobis

à nobis ſententiam tenent, ejus auctoritatem ſæpè prætendant. Sic autem habet:
,, *Diem* ergò *ſeptimum* Deus ſanctificat,
,, dùm *eximium* reddit, ut *ſingulari jure*
,, *excellat inter alios*. Undè etiàm apparet,
,, ut *ſemper à Deo habita fuerit hominum ra-*
,, *tio.* Dixi ſuprà, ſex dies ad condendum
,, mundum fuiſſe inſumptos; non quòd
,, Deus temporis ſucceſſû opus habuerit,
,, cui momentum inſtar mille anno-
,, rum eſt: ſed ut nos retineret in ope-
,, rum ſuorum conſideratione. Eundem
,, in ſuâ quiete ſcopum ſpectavit: *diem*
,, *enim à reliquis exemptum in hunc peculia-*
,, *rem uſum deſtinavit.* Quarè benedictio
,, iſta nihil aliud eſt, quàm ſolennis conſe-
,, cratio, quâ *ſibi Deus ſtudia & occupationes*
,, *hominum aſſerit die ſeptimo.* Eſt quidem
,, legitima hæc *totius vitæ meditatio*, in quâ
,, ſe *quotidiè exerceant*; immenſam Dei bo-
,, nitatem, juſtitiam, virtutem, ſapienti-
,, am in hoc magnifico cœli terræque the-
,, atro conſiderare: verùm ſi fortè minùs
,, ſedulò, quàm par eſſet, ad eam intenti
,, eſſent homines, *ad ſupplendum quod aſſi-*
,, *duæ meditationi deerat*, *ſeptimus quiſque*

 ,, *dies*

„ *dies delectus eſt.* Primùm ergò quievit
„ Deus: deindè benedixit hanc quietem;
„ ut *ſæculis omnibus inter homines ſancta*
„ foret: vel *ſeptimum quemque diem* quieti
„ dicavit, ut *ſuum exemplum perpetua eſſet*
„ *regula.* Semper memoriâ tenendus eſt
„ finis. Neque enim *ſeptimo quôque die*
„ ſimpliciter hominem juſſit Deus ferias
„ agere, quaſi otio delectetur: verùm ut
„ negotiis aliis omnibus ſoluti, mentes
„ ſuas ad Creatorem mundi applicent.
„ Denique *ſacra eſt iſta vacatio*, quæ ho-
„ mines mundi impedimentis eripit, ut
„ totos Deo addicat. Jàm verò, quia ad
„ celebrandam Dei juſtitiam, ſapientiam,
„ virtutem, reputandaque ejus beneficia,
„ tanta eſt pigritia hominum, ut probè
„ moniti nihilominùs torpeant; additus
„ eſt non levis *ab exemplo Dei* ſtimulus, &
„ Præceptum amabile redditum eſt. Ne-
„ que enim vel blandiùs allicere nos ad
„ obſequium Deus poteſt, vel efficaciùs
„ incitare, quàm dùm nos ad imitationem
„ ſui invitat & hortatur. Præterea ſcien-
„ dum eſt, *non unius tantùm vel ætatis, vel*
„ *populi;* ſed *totius humani generis commu-*

„ *ne*

„ *ne* eſſe hoc exercitium. Poſteà in Lege „ *novum de Sabbatho Præceptum* datum eſt, „ quod *Judæis*, & quidem *ad tempus*, *pecu-* „ *liare* foret: fuit enim *Legalis ceremonia*, „ *ſpiritualem quietem adumbrans*, cujus *in* „ *Chriſto apparuit veritas.* Ideò ſępiùs te- „ ſtatur Dominus, ſe in eo dediſſe veteri „ populo *ſanctificationis ſymbolum.* Quare „ dùm audimus *Chriſti adventû abroga-* „ *tum* fuiſſe Sabbathum, adhibenda eſt „ diſtinctio, quid ad *perpetuum humanæ vi-* „ *tæ regimen* pertineat; quid propriè con- „ veniat *veteribus figuris*, quarum uſus fuit „ abolitus, cùm veritas fuit impleta.

3. Negamus igitur, Sabbathi obſervationem non fuiſſe Divinitùs inſtitutam & mandatam antè *Exod.* xx.

V. *Inſt.* 2. Neque neceſſariò ex iis verbis infertur, Deum eo ipſo momento benedixiſſe, aut ſanctificâſſe diem ſeptimum; & voluiſſe à creatione mundi illum ab hominibus ſanctificari. Cùm tantùm iis cauſa vel occaſio innuatur, cur Deus diei illi benedixerit: conjunctio enim in Hebræis ſæpè cauſam denotat; quaſi dictum ſit, Et hæc cauſa fuit Deo

bene-

Digitized by Google

benedicendi diei ſeptimo: videl. non ſtatim eo ipſo momento, ſed tùm cùm benedixiſſe narratur. Quod demùm factum, cùm *Deus filiis Iſraël in deſerto man pluit* è cœlo: namque & *die ſeptimo non depluit man*; & *dupla portio, quam ſexto die collegerant, non putruit*; ut factum aliis diebus, cùm vetarentur duplum colligere. Ante illud tempus non legitur Deus benedixiſſe diei ſeptimo.

Reſp. 1. Sufficit ea neceſſitas conſequentiæ, quâ ſaltem major pro ſententiâ oppoſitâ non datur: cùm à ſignificatione propriâ & uſitatâ temerè diſcedendum non ſit.

2. Sex diebus, quibus Deus opera creationis perfecit, ſeptimus in textû contradiſtinguitur; ubi ſeptimus, qui ſex illos proximè ſequebatur, non poteſt non intelligi: quemadmodùm in prioribus ſecundus primum, tertius ſecundum immediatè excipiebat, atque ità deinceps. *Iſto* igitur *ſeptimo die* ipſe Deus *quievit ab omni opere ſuo, quod fecerat: & benedixit diei ſeptimo, & ſanctificavit ipſum.* Quievit, benedixit, ſanctificavit: Hæc textus con-

conjungit: homo ea ſuo arbitrio ne ſeparet; ſed vel Deum ea ſeparari velle doceat; vel conjunctim accipiat nobiſcùm.

3. Innuitur occaſio & cauſa, cur Deus diei illi benedixerit. Rectè. Benedixit igitur quàmprimùm eſſet iſta occaſio & cauſa: tunc tale bonum ſuper iſtum diem conſtituit; tunc eum ſegregavit in uſum iſtiuſmodi ſanctum; exindè deducenda Antiquitas iſtius Præcepti.

4. Benedictio hoc Geneſios loco expreſsè narratur, additâ occaſione & cauſâ, quæ iſti tempori omninò convenit; *Exod.* xx, 11. ea repetitur, cum eâdem ſuâ occaſione & cauſâ. In hiſtoriâ mannæ, *Exod.* xvi, 4, 5, 21 -- 30. benedictio ne quidem appellatur formaliter. Sed de iſto loco deinceps agendum erit opportunè.

VI. *Inſt.* 3. Et ſi daremus hîc præceptum fuiſſe Sabbatum, ſequeretur quidem non potuiſſe eſſe Ceremoniam, quæ reſpectum haberet ad Chriſtum, non verò propterea fuiſſe Præceptum Morale, non magis quàm Morale fuit Præceptum de non edendo fructû Arboris ſcientiæ boni & mali; ſed Præceptum de ritû & tempore

re cultûs;quod nihil vetat poſteà accedẽte Lege factũ fuiſſe Ceremoniale. Sicut Circumciſio quæ Abrahamo data fuit, tunc cùm illi data eſt, non fuit illi obligatio ad ſervandum totam Legem, ſed planè Euangelicum ſacramentũ, utpotè *ſigillum juſtitiæ fidei*, Rom. IV, 11. Atqui tamẽ concludit Apoſtolus Gal. V, 3. *omnem qui circumciditur, debitorem eſſe totius Legis ſervandæ.* Quod Circumciſio accepit à Lege.

Reſp. 1. Ità ſequitur, Sabbathum hebdomadale non eſſe Chriſti typum deſtinatum; atque adeò non prorſùs Veteri T. proprium, Novo inconveniens; licet poſteà ſub V. T. convenienter iſti œconomiæ, ratio typi acceſſerit: quod haud inviti concedimus.

2. Præceptum de Arbore ſcientiæ boni & mali Protoplaſtis ſic datum fuit, ut in ipſis Poſteros obligaverit ſimul; ac proindè illis peccantibus Poſteri unà cenſerentur peccatores: Legem verò transgreſſi non poſſent cenſeri, niſi Lex iſta iis etiàm fuiſſet poſita. Veruntamen, quia Præceptum illud probatorium obedientiæ fuit in iſto ſtatû; atque occaſio ejus iterandi,

iterandi, per ejectionem ex Paradiſo, tùm Protoplaſtis, tùm etiàm Poſteris adempta eſt, nunc ipſum nobis norma Moralis, etiàm hoc tempore formaliter obſervanda in actionibus noſtris, dici non poteſt.

3. Benedictio & ſanctificatio Sabbathi hebdomadalis tali cauſâ, tali fine facta eſt; tales etiàm poſt lapſum manſerunt occaſiones, atque ampliùs ſub Euangelio; ut eadem obligatio, quoad rem ipſam, ſic deinceps obtineat. Hinc Præceptum Morale habetur.

4. Circumciſio Abrahamo fideli, patri fidelium, per fidem juſtificato, verè fuit ſacramentum Euangelicum, ſigillum juſtitiæ fidei; quo ſimul etiàm circumciſio cordis, ad veram gratitudinem, novamque obedientiam, ad normam Legis Divinæ, tùm Moralis, tùm etiàm Cerimonialis (quatenùs hæc etiàm tunc obtinuit) præſtandam ſyncerè & perfectè perfectione partium, ei obſignata fuit. Sed nec ille, nec alii verè fideles, per Circumciſionem facti fuerunt debitores Legis, reſpectû Fœderis operum. Alia fuit conditio eorum, qui miſſo Euangelio externæ & mate-

materiali Circumciſioni inhærebant ; ac proindè Gratiæ ſalutaris & formæ ſacramentalis Euangelicæ expertes, ſub Lege & Fœdere operum relinquebantur, deque iſto ſuo ſtatû convincebātur. Sabbathi jàm in Paradiſo inſtituti alia planè eſt ratio.

VII. Alius ad noſtram Prolepſios refutationem, *quærit*; Non potuit igitur Deus poſteà id pridem factum miraculo oſtendere, & ejus miraculi memoriam in poſterum præcipere? Quid impedit quò minùs res vetus poſſit eſſe *occaſionale fundamentum* Præcepti novi? quùm res futura poſſit eſſe *occaſionale fundamentum* Præcepti antecedentis? Exempli cauſâ, mors Chriſti eſt *occaſionale ſundamentū* Præcepti de Paſchate mactando. Præthereà, quomodò probabitur, quòd *occaſionale fundamentum* Præcepti hujus, *Non ſacies ullū opus*, Exod. xx. ſit tantummodò & unicè quies Dei, quâ ceſſavit ab opere creationis ? quùm Deus ipſe dicat, *occaſionale fundamentū* (ſi omninò ità libet loqui) eſſe *ſanctificationem*, quâ decreverat ſanctificare Iſraëlem, ut *Deus Iſraëlis*? Nam cujus rei ſignum eſt Sabbatū, id, ni fallor, rectè *occaſionale fundamentum*

ejus

ejus præcipiendi dici poteſt. Quin Moſes Deut. v. *occaſionale fundamentum* indigitat eductionem Iſraëlis ex Ægypto.

Reſp. 1. Quod pridem factum eſt, Deus factum eſſe, ſi velit, poſtmodùm oſtendere, & miraculo confirmare, poteſt procul dubio. Sed facti iſtius Antiquitas tunc referenda eſt ad tempus ſuum priſtinum; ejus oſtenſio & confirmatio ad tempus miraculi: etiámſi miraculi memoria in poſterum eſſet mandata. Conſequenter cùm Deus primùm die ſeptimo quieverit ab opere creationis, atque idcircò iſti diei benedixerit, eumque ſanctificaverit; poſteà verò in datione mannæ ordinationem iſtam Sabbathi oſtenderit & confirmaverit miraculo; Sabbathi Antiquitas ad ipſum ſeptimum diem à creatione referenda eſt: neque dicenda ibi Prolepſis, propter oſtenſionem longè poſt factam.

2. Juxtà textum *Gen.* 1 1, 2, 3. quies ipſius Dei ab opere creationis in die ſeptimo, fuit *occaſio*, quà Deus benedixit diei ſeptimo, eumq; ſanctificavit; & *fundamentum* iſtiuſmodi ordinationis Divinæ, *quoniàm in eo quievit*, &c. Hinc breviter *occaſionale fundamentum*

quod verum eſt in ipſo, & in vobis: quia tenebræ prætereunt, & vera illa lux jàm lucet.

4. Sanctificatio nuſquàm proponitur tanquàm occaſio, quâ inſtitutum fuerit Sabbathum; & fundamentum, cui talis ordinatio ſuperſtruatur; atque adeò, ut occaſionale fundamentum Sabbathi. Nec quęlibet res ſignata illo modo dici poteſt occaſionale fundamentum ſigni ſui.

VIII. Ille *iterùm*; *Conſequenter inter homines ſex diebus operariis unum ſacræ quietis reſpondere* voluit, quia juſſit: ſed inter Iſraëlitas *in ipſorum generationibus* eam vigere voluit, quibus eam mandavit. Nam non eſt naturale *conſequens*, ut, quia Deus quievit die ſeptimo, ideò, intermiſſo ſeptimanę intervallo, homo ceſſet operari: ſed hoc naturale *conſequens* eſt, ut homo ſit toto ſuo tempore ad gloriam ejus, qui ipſum fecit ad imaginem ſuam; & ei ſoli ſerviat, qui poſt ipſum nullam aliam creaturam fecit, cui ſervire & ſe ſubjicere vel poſſet, vel deberet. Non ſatis autem eſt dicere, *Non dubium VIDETUR*, ubi id agitur, ut cum Judęis legem ceſſandi imponas Proſelytis ad Iſraëlitas in fide

Chriſti:

Chriſti: ſed oportet docere. Prudentiùs faciunt, *qui in medio relinquunt*, an homini primo tale quid imperatum ſit. Ita D. Thyſius p. m. in Synopſi purioris Theol. diſp. 21. §. 15.--- Cæterùm qui in medio relinquunt originem Sabbati, eos neceſſe eſt ſtatuere, quòd ſolius placiti Divini fuerit, ſi Deus Adamo Sabbatum hebdomadale in ſtatû innocentię dedit. Sed ſi maximè utile futurum fuerit homini in primo ſtatû, certis temporibus vacare colloquiis de Divinis donis & de ſanctificatione Dei; non tamen ſequitur, Deum ei præcepiſſe ceſſationem ab opere ſub pœnâ mortis.

Reſp. 1. Inſtitutionem Sabbathi Iſraëlitis antiquiorem oſtendi; & defendo.

2. A quiete ipſius Dei, ad hebdomadale Sabbathum, non dico *naturalem conſequentiam*: *conſequentiam* tamen *neceſſariam* dico, ex Dei ordinatione; quæ liberè facta eſt tali occaſione, tali fundamento.

3. Ut omni ſuo tempore homo glorię Divinę ſerviat, Juris ipſi Deo naturalis eſt: Sabbathi inſtitutio non item. Fateor.

4. Quódſi poſt hominem condita fuiſ-

Digitized by Google

mentum appellavi: *occaſionem*, quę inſtituto alicui, tanquàm *fundamentum* proprium, ſubſternitur, Dei Opt. Max. arbitrio. Poſito autem occaſionali iſtiuſmodi fundamento, inſtitutum, quod ei ſuperſtruitur, ſtatim etiàm poni neceſſum eſt. Occaſionale fundamentum vetus Præcepti alicujus novi nullum produxit Opponens. Sed neque futurum Pręcepti antecedentis probavit. Scriptura certè nuſquàm dicit; *Chriſtus mortuus eſt; atque idcircò inſtituit Deus mactationem Paſchatis*; illâ occaſione, illo fundamento; ſive iſto occaſionali fundamento. Legem audiamus, Exod. XII, 41, 42, 43. *Fuit verò exactis quadringentis triginta annis; fuit, inquam, eodem ipſo die*, ut *egrederentur omnes exercitûs Jehovæ è terrâ Ægypti. Nox plurimùm obſervanda eſt Jehovæ, quâ eduxit eos è terrâ Ægypti: hæc eſt illa nox Jehovæ, plurimùm obſervanda omnibus Iſraëlitis per ætates ſuas. Quamobrem edixit Jehova Moſi & Aharoni; hoc* eſto *ſtatutum ipſius Paſchatis.* Illîc Paſchati occaſionale fundamentum ſubſternitur, eductio Iſraëlitarum ex Ægypto, tali nocte: atque indè rectiſſimè colli-

colligitur, Antiquitatem Paſchatis referendam eſſe ad iſtud principium. Similiter nos de Sabbatho colligimus. Iſtam verò eductionem fuiſſe typum liberationis per Chriſtum; adeóq; in Agno Paſchali Chriſtum pręfiguratum, & per fidem ſpectandum fuiſſe, nobis nullum eſt dubium: *Hebr.* XI, 28. 1 *Cor.* V, 7. *Joh.* XIX, 36.

3. In textû *Gen.* II, 2, 3, Quies ipſius Dei diſertè ſubſternitur inſtitutioni Sabbathi, tanquàm occaſionale fundamentum. Id nobis ſufficit ad iſtam cum Moralitate Antiquitatem adſtruendam. Atque illud ipſum repetitur clariſſimè *Exod.* XX, 11. Sed *Deut.* V, 14, 15. inculcatur quies ſervis etiàm concedenda Sabbatho; & confirmatur argumento à liberatione ex ſervitute Ægyptiacâ deſumto. Ità ſcil. inſtituta vetera repetuntur, alibi novis rationibus muniuntur, modiſque ſpecialibus applicantur. 1 Joh. II, 7, 8. *Fratres, non ſcribo vobis novum Præceptum; ſed Præceptum vetus, quod* videlicet *habuiſtis* jàm indè *à principio. Vetus hoc Præceptum ſermo ille eſt, quem audiviſtis* jàm indè *à principio. E contrario Præceptum novum ſcribo vobis: id*

quod

mentum appellavi: *occaſionem*, quę inſtituto alicui, tanquàm *fundamentum* proprium, ſubſternitur, Dei Opt. Max. arbitrio. Poſito autem occaſionali iſtiuſmodi fundamento, inſtitutum, quod ei ſuperſtruitur, ſtatim etiàm poni neceſſum eſt. Occaſionale fundamentum vetus Præcepti alicujus novi nullum produxit Opponens. Sed neque futurum Pręcepti antecedentis probavit. Scriptura certè nuſquàm dicit; *Chriſtus mortuus eſt; atque idcircò inſtituit Deus mactationem Paſchatis*; illâ occaſione, illo fundamento; ſive iſto occaſionali fundamento. Legem audiamus, Exod. XII, 41, 42, 43. *Fuit verò exactis quadringentis triginta annis; fuit, inquam, eodem ipſo die*, ut *egrederentur omnes exercitûs Jehovæ è terrâ Ægypti. Nox plurimùm obſervanda eſt Jehovæ, quâ eduxit eos è terrâ Ægypti: hæc eſt illa nox Jehovæ, plurimùm obſervanda omnibus Iſraëlitis per ætates ſuas. Quamobrem edixit Jehova Moſi & Aharoni; hoc* eſto *ſtatutum ipſius Paſchatis.* Illîc Paſchati occaſionale fundamentum ſubſternitur, eductio Iſraëlitarum ex Ægypto, tali nocte: atque indè rectiſſimè colli-

colligitur, Antiquitatem Paſchatis referendam eſſe ad iſtud principium. Similiter nos de Sabbatho colligimus. Iſtam verò eductionem fuiſſe typum liberationis per Chriſtum; adeóq; in Agno Paſchali Chriſtum pręfiguratum, & per fidem ſpectandum fuiſſe, nobis nullum eſt dubium: *Hebr.* xi, 28. 1 *Cor.* v, 7. *Joh.* xix, 36.

3. In textû *Gen.* 11, 2, 3, Quies ipſius Dei diſertè ſubſternitur inſtitutioni Sabbathi, tanquàm occaſionale fundamentum. Id nobis ſufficit ad iſtam cum Moralitate Antiquitatem adſtruendam. Atque illud ipſum repetitur clariſſimè *Exod.* xx, 11. Sed *Deut.* v, 14, 15. inculcatur quies ſervis etiàm concedenda Sabbatho; & confirmatur argumento à liberatione ex ſervitute Ægyptiacâ deſumto. Ità ſcil. inſtituta vetera repetuntur, alibi novis rationibus muniuntur, modiſque ſpecialibus applicantur. 1 Joh. 11, 7, 8. *Fratres, non ſcribo vobis novum Præceptum; ſed Præceptum vetus, quod* videlicet *habuiſtis* jàm indè *à principio. Vetus hoc Præceptum ſermo ille eſt, quem audiviſtis* jàm indè *à principio. E contrario Præceptum novum ſcribo vobis: id*

quod

mentum appellavi: *occaſionem*, quę inſtituto alicui, tanquàm *fundamentum* proprium, ſubſternitur, Dei Opt. Max. arbitrio. Poſito autem occaſionali iſtiuſmodi fundamento, inſtitutum, quod ei ſuperſtruitur, ſtatim etiàm poni neceſſum eſt. Occaſionale fundamentum vetus Præcepti alicujus novi nullum produxit Opponens. Sed neque futurum Pręcepti antecedentis probavit. Scriptura certè nuſquàm dicit; *Chriſtus mortuus eſt*; *atque idcircò inſtituit Deus mactationem Paſchatis*; illâ occaſione, illo fundamento; ſive iſto occaſionali fundamento. Legem audiamus, Exod. XII, 41, 42, 43. *Fuit verò exactis quadringentis triginta annis*; *fuit*, *inquam*, *eodem ipſo die*, ut *egrederentur omnes exercitûs Jehovæ è terrâ Ægypti. Nox plurimùm obſervanda eſt Jehovæ*, *quâ eduxit eos è terrâ Ægypti*: *hæc eſt illa nox Jehovæ*, *plurimùm obſervanda omnibus Iſraëlitis per ætates ſuas. Quamobrem edixit Jehova Moſi & Aharoni*; *hoc* eſto *ſtatutum ipſius Paſchatis.* Illîc Paſchati occaſionale fundamentum ſubſternitur, eductio Iſraëlitarum ex Ægypto, tali nocte: atque indè rectiſſimè colli-

colligitur, Antiquitatem Paſchatis referendam eſſe ad iſtud principium. Similiter nos de Sabbatho colligimus. Iſtam verò eductionem fuiſſe typum liberationis per Chriſtum; adeóq; in Agno Paſchali Chriſtum prefiguratum, & per fidem ſpectandum fuiſſe, nobis nullum eſt dubium: *Hebr.* xi, 28. 1 *Cor.* v, 7. *Joh.* xix, 36.

3. In textû *Gen.* 11, 2, 3, Quies ipſius Dei disertè ſubſternitur inſtitutioni Sabbathi, tanquàm occaſionale fundamentum. Id nobis ſufficit ad iſtam cum Moralitate Antiquitatem adſtruendam. Atque illud ipſum repetitur clariſſimè *Exod.* xx, 11. Sed *Deut.* v, 14, 15. inculcatur quies ſervis etiàm concedenda Sabbatho; & confirmatur argumento à liberatione ex ſervitute Ægyptiacâ deſumto. Ità ſcil. inſtituta vetera repetuntur, alibi novis rationibus muniuntur, modiſque ſpecialibus applicantur. 1 Joh. 11, 7, 8. *Fratres, non ſcribo vobis novum Præceptum; ſed Præceptum vetus, quod* videlicet *habuiſtis* jàm indè *à principio. Vetus hoc Præceptum ſermo ille eſt, quem audiviſtis* jàm indè *à principio. E contrario Præceptum novum ſcribo vobis: id*

quod

mentum appellavi: *occaſionem*, quę inſtituto alicui, tanquàm *fundamentum* proprium, ſubſternitur, Dei Opt. Max. arbitrio. Poſito autem occaſionali iſtiuſmodi fundamento, inſtitutum, quod ei ſuperſtruitur, ſtatim etiàm poni neceſſum eſt. Occaſionale fundamentum vetus Præcepti alicujus novi nullum produxit Opponens. Sed neque futurum Pręcepti antecedentis probavit. Scriptura certè nuſquàm dicit; *Chriſtus mortuus eſt; atque idcircò inſtituit Deus mactationem Paſchatis*; illâ occaſione, illo fundamento; ſive iſto occaſionali fundamento. Legem audiamus, Exod. XII, 41, 42, 43. *Fuit verò exactis quadringentis triginta annis; fuit, inquam, eodem ipſo die*, ut *egrederentur omnes exercitûs Jehovæ è terrâ Ægypti. Nox plurimùm obſervanda eſt Jehovæ, quâ eduxit eos è terrâ Ægypti: hæc eſt illa nox Jehovæ, plurimùm obſervanda omnibus Iſraëlitis per ætates ſuas. Quamobrem edixit Jehova Moſi & Aharoni; hoc* eſto *ſtatutum ipſius Paſchatis.* Illîc Paſchati occaſionale fundamentum ſubſternitur, eductio Iſraëlitarum ex Ægypto, tali nocte: atque indè rectiſſimè colli-

Digitized by Google

colligitur, Antiquitatem Paſchatis referendam eſſe ad iſtud principium. Similiter nos de Sabbatho colligimus. Iſtam verò eductionem fuiſſe typum liberationis per Chriſtum; adeóq; in Agno Paſchali Chriſtum præfiguratum, & per fidem ſpectandum fuiſſe, nobis nullum eſt dubium: *Hebr.* XI, 28. 1 *Cor.* V, 7. *Joh.* XIX, 36.

3. In textû *Gen.* II, 2, 3, Quies ipſius Dei diſertè ſubſternitur inſtitutioni Sabbathi, tanquàm occaſionale fundamentum. Id nobis ſufficit ad iſtam cum Moralitate Antiquitatem adſtruendam. Atque illud ipſum repetitur clariſſimè *Exod.* XX, 11. Sed *Deut.* V, 14, 15. inculcatur quies ſervis etiàm concedenda Sabbatho; & confirmatur argumento à liberatione ex ſervitute Ægyptiacâ deſumto. Ità ſcil. inſtituta vetera repetuntur, alibi novis rationibus muniuntur, modiſque ſpecialibus applicantur. 1 Joh. II, 7, 8. *Fratres, non ſcribo vobis novum Præceptum; ſed Præceptum vetus, quod* videlicet *habuiſtis* jàm indè *à principio. Vetus hoc Præceptum ſermo ille eſt, quem audiviſtis* jàm indè *à principio. E contrario Præceptum novum ſcribo vobis: id*

quod

quod verum eſt in ipſo, & in vobis: quia tenebræ prætereunt, & vera illa lux jàm lucet.

4. Sanctificatio nuſquàm proponitur tanquàm occaſio, quâ inſtitutum fuerit Sabbathum; & fundamentum, cui talis ordinatio ſuperſtruatur; atque adeò, ut occaſionale fundamentum Sabbathi. Nec quęlibet res ſignata illo modo dici poteſt occaſionale fundamentum ſigni ſui.

VIII. Ille *iterùm*; *Conſequenter inter homines ſex diebus operariis unum ſacræ quietis reſpondere* voluit, quia juſſit: ſed inter Iſraëlitas *in ipſorum generationibus* eam vigere voluit, quibus eam mandavit. Nam non eſt naturale *conſequens*, ut, quia Deus quievit die ſeptimo, ideò, intermiſſo ſeptimanę intervallo, homo ceſſet operari: ſed hoc naturale *conſequens* eſt, ut homo ſit toto ſuo tempore ad gloriam ejus, qui ipſum fecit ad imaginem ſuam; & ei ſoli ſerviat, qui poſt ipſum nullam aliam creaturam fecit, cui ſervire & ſe ſubjicere vel poſſet, vel deberet. Non ſatis autem eſt dicere, *Non dubium VIDETUR*, ubi id agitur, ut cum Judęis legem ceſſandi imponas Proſelytis ad Iſraëlitas in fide Chriſti:

Chriſti: ſed oportet docere. Prudentiùs faciunt, *qui in medio relinquunt*, an homini primo tale quid imperatum ſit. Ita D. Thyſius p. m. in Synopſi purioris Theol. diſp. 21. §. 15.--- Cæterùm qui in medio relinquunt originem Sabbati, eos neceſſe eſt ſtatuere, quòd ſolius placiti Divini fuerit, ſi Deus Adamo Sabbatum hebdomadale in ſtatû innocentię dedit. Sed ſi maximè utile futurum fuerit homini in primo ſtatû, certis temporibus vacare colloquiis de Divinis donis & de ſanctiſicatione Dei; non tamen ſequitur, Deum ei præcepiſſe ceſſationem ab opere ſub pœnâ mortis.

Reſp. 1. Inſtitutionem Sabbathi Iſraëlitis antiquiorem oſtendi; & defendo.

2. A quiete ipſius Dei, ad hebdomadale Sabbathum, non dico *naturalem conſequentiam*: *conſequentiam* tamen *neceſſariam* dico, ex Dei ordinatione; quæ liberè facta eſt tali occaſione, tali fundamento.

3. Ut omni ſuo tempore homo glorię Divinę ſerviat, Juris ipſi Deo naturalis eſt: Sabbathi inſtitutio non item. Fateor.

4. Quódſi poſt hominem condita fuiſ-

ſet creatura aliqua perfectior, cui fortè ille quodammodò ſervire, & ſe ſubjicere debuiſſet; ſoli tamen Deo cultus religioſus manſiſſet debitus: haud aliter, quàm nunc mulier viro, liberi parentibus, ſubditi Magiſtratibus, ſubjecti, ſolum Deum religioſè colere debent, ſemperque ejus gloriæ ſervire, iſtum finem ultimum ſpectare.

5. Legem ceſſandi cum Judæis eandem nos nequaquàm imponimus Proſelytis Chriſtianis; ſed Præceptum Sabbathi, quatenùs Morale eſt, docemus cum Eccleſiis Orthodoxis.

6. Interim *non-dubitare, docere*, probare, defendere, pergo. Lectores veritatis & pietatis ſtudioſi, judicent.

7. Antiquitatem iſtam Sabbathi prudenter non *in medio relinquunt* Rivetus, Walæus, Hoornbeek, & ampliſſima nubes Teſtium ab illis productorum. Imò nec Opponens, qui eã tàm operosè impugnat.

8. Poſitâ Lege de obſervando Sabbatho, ejus tranſgreſſio peccati rationem habet neceſſariò; ſic mortis pœnam demeretur.

IX. Neque ſubſiſtit *Exceptio;* Agi iſtic

ſtîc tantùm de Sabbatho Dei; per quod nihil aliud, quàm quies ejus ab operibus creationis, intelligendum ſit. Iſta enim quies exprimitur verbis prioribus; *Cùm autem perfeciſſet Deus die ſeptimo opus ſuum, quod fecerat; quievit ipſo die ſeptimo ab omni opere ſuo, quod fecerat*: verùm aliud quid proponitur, iſtique occaſionali fundamento ſuperſtruitur manifeſtè in poſterioribus; *Et benedixit Deus diei ſeptimo; & ſanctificavit ipſum: cùm in eo quieviſſet ab omni opere ſuo, quod creaverat Deus, faciendo.* Aliud planè eſt quies ab opere tunc conſummato: aliud iſtius diei benedictio & ſanctificatio; cùm Deus eodem die quieverit. *Benedicendo*, Deus aliquid boni conſtituit ſuper iſto die; *ſanctificando*, ſegregavit eum in uſum ſanctum. Fecerat Deus omnia propter ſe ipſum: iſto die voluit ut Homines ſe & ſua ſpeciali quâdam ratione ad Deum referrent, quieſcentes ab aliis operibus.

X. *Inſt.* Benedixit Deus illi diei ſeptimo, qui immediatè ſecutus eſt ſex illos dies, quibus Deus concinnavit mundum, & quo ipſe quievit ab omni opere ſuo. At

 non

Digitized by Google

non eſt ille dies ſeptimus, qui poſt primum ſeptimum, ſeptimo quôque die recurrit: quaſi Deus ſingulis hebdomadis ſeptenarium quieti conſervet, ſex reliquos operarios habeat. Etenim ſeptimus ille dies, quo quievit Deus, eſt totum illud tempus, quod ab hexaëmero illo, quo conditus eſt mundus, excurrit. Undè ſi ad exemplum Dei quieſcere juſſus fuit Adam, debuit illi tota vita eſſe dies ſeptimus, & tempus quietis, & Sabbatum.

Reſp. 1. Deus opera creationis conſummavit hexaëmero; ſeptimo die non perrexit producere novas creaturarum ſpecies, neque item deinceps: interim placuit Deo benedicere ſeptimo diei, ſex prioribus diebus contradiſtincto, eumque ſanctificare. Hoc liberum ipſius placitum fuit.

2. Totum illud tempus, quod à primo hexaëmero excurrit, non eſt dies ſeptimus; ſed multis cyclis hebdomadariis completur. Ingens illud ſpatium *diei*, imò tàm vaſta *ſeptimi diei* ſignificatio, probatione eget. Malè autem procedit argumentum; Deus ceſſavit ab operibus creati-

creationis die ſeptimo, cui benedixiſſe commemoratur, *Gen.* 11, 3. Deus ceſſavit ab operibus creationis toto illo tempore, quod ſequitur primum hexaëmeron; Ergò totum illud tempus, quod ſequitur primum hexaëmeron, eſt dies ille ſeptimus, cui Deus benedixiſſe commemoratur, *Gen.* 11, 3. Vitioſa, inquam, eſt illatio ex puris affirmantibus in ſecundâ figurâ.

3. Deus igitur diem diei, & ſex diebus ſeptimum reſpondere voluit. Sex dies in cyclo hebdomadario, operibus noſtris; ſeptimum, quietæ ſanctificationi deſtinavit. Hoc Præcepto Adamum obligavit, qui Sabbathum propter Hominem fecit.

XI. Neque putandum, Quòd in ſtatû integritatis omninò ſupervacaneum futurum fuiſſet iſtiuſmodi Sabbathum: uſum enim jàm ſuperiùs theſi I. indicavi ſatis manifeſtum.

XII. *Inſt.* Quomodò Adam *creatus rectus, & ad imaginem Dei*, id eſt, *verâ juſtitiâ & ſanctitate præditus; ut Deum creatorem ſuum rectè cognoſceret, ex animo diligeret, beatus cum eo in æternum viveret*,

idque ad eum iugiter laudandum & celebrandum: quomodò, inquam, homini tàm rectè condito, tàm ſapienti juſto & ſancto, & qui nullâ rixâ interiori à ſe ipſo diſſentiebat, non omne tempus fuit Sabbatum? à quo enim opere ille ceſſâſſet? non certè ab operibus juſtitiæ & ſanctitatis & laudis: non à peccato, quod nondùm admiſerat: non à labore & laſſitudine; cùm terra ſponte ſuâ omnia funderet; & in operibus Dei, antequàm maledicta eſſet terra, nil occurreret, quod vel curvum rectum facere, vel aliter ac Deus ordinârat, diſponere neceſſe eſſet. Certè opera illa ſervilia, quorum quietem & ceſſationem Deus injungit, ſunt à peccato. ob quod & terra eſt maledicta, & homini injunctum, ut *in ſudore vultûs ſui panem comedat.* Si enim homo non peccâſſet, opera ſervilia, quæ exigit vitę hujus pœnalis conditio, nulla fuiſſent. Quòd *hortus Edenis non ſolùm cuſtodiendus, ſed etiàm colendus datus fuit Protoplaſtis*, non arguit cuſtodiam & cultum anxium, cum curâ & moleſtiâ conjunctum. A quo enim cuſtodiret hortum Adam? an ab incurſu

curſu dæmonum, vel hoſtium, vel ferarum, quæ tunc omnes erant manſuetę & mites? an non ſatis cuſtodiebat, cùm in eo obambulabat, opera Dei contemplabatur, & ſanctâ voluptate ſe in iis oblectabat, & innoxium incolam præbebat? non credo velle eos, ut hortum ſepe vel muro circumdederit, ut nulli alii præter ſe ingreſſus pateret. De cultû idem judicium; qui non fuit laborioſus, moleſtus, fatigans & laſſans vires, qualis eſt cultus terræ poſt lapſum; ſed jucundiſſimus, & magis gratus & refocillans, quàm nunc queat eſſe quies poſt laborem. Subjicere verò terram ſibi debuere, implendo terram, augeſcendo & fœtificando; *Gen.* 1, 28.

Reſp. 1. Non omne tempus debuit illi eſſe Sabbathum propriè dictum; quia Deus non niſi ſeptimum diem voluit eſſe ſabbathicum, atque ità ſex operariis contradiſtinctum.

2. Sabbatho non debuit Adam quieſcere ab actibus ſpecialiter ſanctis & religioſis, ſed iis omninò vacare; atque adeò ab operibus ordinariis, ad corporalis vitæ ſuſtentationem & curam pertinentibus

quieſcere. Sic tempora, ſic exercitia, Deus diſtinguere voluit.

3. Opera juſtitiæ, ſanctitatis, & laudis, etiàm quotidiana eſſe debuerunt; ſicut eadem ſub V. T. etiàm eſſe debuerunt quotidiana. Interim per ſex dies faciendum fuit opus, ad corporalis vitæ ſuſtentationem; atque ipſum exercitiis piis ſanctificandum: Sabbatho autem ab opere illo quieſcendum, piiſque exercitiis unicè vacandum.

4. Quemadmodùm non dicimus, Adamum in ſtatû Integritatis Sabbatho, oppoſitè ad reliquos dies, debuiſſe à peccato ceſſare; quia tunc nondùm peccaverat, & ſingulis diebus à peccatis ſibi cavere debuit: ſic etiàm ſub V. atque item ſub N. T. propria praxis Sabbathi non eſt conſtituenda in ceſſatione à peccatis; cùm iſtud officium ſingulis diebus, non ſeptimis ſolis, debitum ſit.

5. Neque mandata fuit iſto die ceſſatio à laſſitudine, aut laboris moleſtiâ; cùm hęc etiàm non niſi poſt lapſum habuerit locum, tanquàm pœnæ pars aliqua. Mandata tamen fuit ceſſatio à labore quo-

quotidiano cuſtodiæ & culturæ iſti conditioni conveniente, & tunc præſcripto.

6. Arboribus, herbis, & reliquis plantis facultatem creſcendi, germinandi, ſemina & fructùs proferendi, ſuamque ſpeciem propagandi, indidit Deus; *Gen.* 1, 11, 12. Sic tamen non excluditur omnis hominum labor in fructibus & ſeminibus colligendis, ſeminibus terræ mandandis, novellis plantis per apta ſpatia diſponendis; ad majorem fertilitatem, ornatum, & amœnitatem; tùm in ipſo Paradiſo, tùm in aliis Terræ partibus. Laborem verò non difficilem, moleſtum, anxium, ſervilem; ſed facilem, liberalem, & gratum, intelligimus.

7. Horti cuſtodiam & cultum dixi, ex *Gen.* 11, 15. *Anxium* non dixi.

8. Ad Queſtionem, *à quo cuſtodiret hortum Adam?* Reſpondeo in genere, ab omnibus quæ vel integritati, vel ornatui, vel amœnitati ejus forent nocitura: in ſpecie non determino. Ille qui mandatum accepit, videre debuit. Per beſtias, quantumvis mites & manſuetas, horto etiàm damnum inferri poteſt. Mitto alia.

Digitized by Google

Hominis vita in illo ſtatû conſervanda erat immunis à morte, à morbis; ſed mediantibus cibis idoneis, atque adeò eorum aſſumtione, & curâ aliquâ de iis. Sic hortus ille conſervandus erat; ſed non ſine hominum curâ & labore, per ſex dies operarios. Deo per media operari, ſic finem aſſequi, placuit, & placet; & cauſis ſecundis, rationalibus nominatim, ſuam activitatem, providamque ſedulitatem & occupationem concedere, mandare, ex plenitudine bonitatis ſuæ.

9. Hortum ſepe vel muro circumdandum fuiſſe homini, non dixi, non dico; non circumdandum fuiſſe, multò minùs aſſero. Poſito genere non ponitur ſtatim ſpecies; ſed poſito genere ſaltem removeri non debet ſpecies, cujus poſitio nullo incommodo vel abſurdo laborat.

10. De culturâ, inſtrumentis ad eam neceſſariis, ejus modo, &c. idem eſto judicium.

11. *Subjectio* terræ, Gen. 1, 28. talem occupationem notat, undè terra humanis uſibus ad habitandum commodè, ibique vitam ſuſtentandam, ſerviret. Aliud

liud eſt, eam implere, in eâ augeſcere & fœtificare; aliud, ſubjicere actuali ſuo dominio, ad ſuos uſûs.

XIII. *Excipit* alius; Præmiſit & anticipavit hoc *Moſes* (juxta *Abulenſem*) ut mandati oſtenderet *æquitatem*, non *initium*.

Reſp. 1. Qui *initium* excipit, is ad exceptionis ſuæ probationem tenetur. Quod factum commemoratur, & tali tempori adſcribitur, non tàm temerè de tali tempore negandum, alii verò tribuendum.

2. Uni, qui iſtîc objicitur, Abulenſi, plurimos alios, quâ veteres, quâ recentiores, opponere facillimum foret, ſi id ageretur. Sed *ad Legem & Teſtimonium* ipſius Dei, cui conſcientiæ ſubſunt propriè.

XIV. Alius *quærit*; An ex eo, quod Gen. 11, 2, 3. ſcriptum eſt, *Deus benedixit diei Sabbati, & ſanctificavit eum*, demonſtratur, Deum dixiſſe Adamo, *Non facies ullum opus in ſeptimo hebdomadæ?*

Reſp. Imò, cùm *quies* ipſius Dei Adamo & poſteris ejus imitanda proponitur, atque in eum finem Deus dicitur *be-*

nedixiſſe diei ſeptimo, eumque *ſanctificâſſe*; hoc ipſo indicatur, quòd Adamus etiàm iſto die nullùm opus ſuum ad corporalis vitę ſuſtentationem facere debuerit; ſed diem illum bonum exercitiis formaliter religioſis & ſanctis ſolummodò tranſigere.

XV. *Inst.* 1. Quodſi dixiſſet, ſine dubio eſſet tale Præceptum, quale de non comedendo fructû arboris certæ; & extra illum ſtatum non extenderetur. Pręcepta enim vel ſunt ea, quæ qui facit, vivit in eis; quæque ex ipsâ naturâ Dei & hominis, aut etiàm ex operibus Dei & gratiâ Dei fluunt (quæ poſſumus *Moralia* dicere): vel ſunt δόγματα δεσποτικά; quæ vel ſunt tantùm πειραστικά, & explorativa obedientiæ, habentis fundamentum in Lege naturali ---; vel ſunt etiàm Sacramentalia, quę vulgò *Cerimonialia* vocamus. Si omninò verba Moſis ſignificant, Deum dediſſe Adamo Præceptum ſervandum ſeptimo hebdomadæ, quid erit niſi Præceptum retinendæ memoriæ abſolutæ creationis? quo fine Athanaſius contendit prius Sabbatum inſtitutum eſſe,

eſſe. Ipſe D. Walæus, qui Sabbatum periodicum fuiſſe inſtitutum in ſtatû rectitudinis ſtatuit, tamen *aſſerit*, *Sabbatum fuiſſe in ſtatû innocentiæ inter Leges poſitivas Sacramentales*. Nempe *Sabbati quietem ac ſanctificationem, tanquàm tertium Sacramentum, aut Sacramentalem Typum quietis æternæ ab operibus animalibus*, Arbori ſcientiæ boni & mali, & Arbori vitæ *adjunctum fuiſſe*. p. 1. op. p. 290. a.

Reſp. 1. Pręceptum de Sabbatho eſſe Juris Divini poſitivi & liberi ultrò agnoſcimus: ſic tamen, ut extrà ſtatum primævę integritatis extendi debeat. Occaſio iterùm comedendi de fructû Arboris quondàm vetitæ, nunc non datur; propterea non eſt quòd Pręceptum illud nobis proponatur tanquàm norma adhùc agendorum in futurum: interim ad nos omninò etiàm extenditur, atque ſic proponitur etiamnùm; tanquàm norma quam transgreſſi ſumus, & contrà quam peccavimus, in Adamo. Illud Præceptum contrà quod nos etiàm peccavimus, ad nos etiàm ſpectat, & ex eo etiàm nunc peccatum illud admiſſum agnoſcere debemus.

bemus. Sed Sabbathi vel ſanctè obſervandi, vel profanandi, etiàm nunc datur occaſio.

2. Opponens Pręcepta diſtinguit in moralia; ſive ea, quæ qui facit, vivit in eis: & in δόγματα διαπολικά. Priora dicit fluere ex ipſâ naturâ Dei & hominis; aut etiàm ex operibus Dei & gratiâ ipſius: poſteriora ſubdividit in explorativa obedientiæ, & in ſacramentalia vel cerimonialia. Ego quidem non video, illam diſtributionem eſſe tàm accuratam & validam, ut perpetuam Sabbathi Moralitatem poſſit infringere; vel etiàm, ut præferri debeat aliis diſtinctionibus apud Theologos receptis. Ea enim Præcepta, quæ qui facit vivit in eis, non rectè contradiſtinguuntur τοῖς δόγμασι διαπολικοῖς; quaſi in Fœdere operum non etiàm fuiſſent aliqua δόγματα διαπολικά; aut juxtà illud Fœdus vitam conſequi potuiſſet, qui omiſſis τοῖς δόγμασι διαπολικοῖς obſervâſſet Præcepta reliqua. Illud de non comedendo fructû Arboris ſcientię boni & mali, procul dubio ex iſtâ diſtinctione fuit δόγμα διαπολικόν: Adamus contra ipſum pec-

peccans vitâ excidit, mortis reus eſt factus: ſi verò iſtud, juxtà cum reliquis ſibi præſcriptis, obſervâſſet perfectè; ſic demùm obtinuiſſet vitam. *Qui impegerit in uno, damnas factus eſt omnium*; Jac. II, 10.

3. Interim agnoſcit, Moralia etiàm fluere ex operibus Dei, & gratiâ ipſius. Opera Dei omnia fiunt ex conſilio voluntatis; & Gratia ipſius liberrima eſt. Conſequenter, quædam Præcepta Moralia ſunt Juris Divini poſitivi & liberi. Sic tempus cultûs ſolennis Deus cyclo hebdomadali circumſcripſit; & poſt ſex dies operarios unum ſequi voluit Sabbathicum; ex occaſione & cauſâ, quòd ipſe ſex diebus abſolverit opera creationis, ſeptimo autem quieverit.

4. Non verò reciprocè dicendum fuiſſet, quædam fluere *ex ipſâ naturâ Dei & hominis*; quaſi eadem eſſet utrobique neceſſitas, & Deus non quædam liberè naturæ hominis impoſuiſſet vel præſcripſiſſet.

5. Sabbatho retinendam fuiſſe memoriam abſolutæ creationis, facilè admitti-

mittimus; quemadmodùm iſta occaſio & cauſa inſtituti Sabbathi quarto Decalogi Præcepto etiàm repetitur. Interim quietem, beatitudinem, & gloriam ipſius Dei, meditari quoque debuerunt, & debent, homines iſto die; eique ſtudere per ſolennem ſanctificationem, cui, aliis operibus tantiſper ſepoſitis, tunc unicè incumbendum. Sic Sabbathiſmum cœleſtem utcunque adumbrari, ejuſque ſtudium inſigniter promoveri, omninò ſtatuimus: quemadmodùm Catecheſis; *Domino concedens, ut per Spiritum Sanctum in me ſuum opus faciat; atque ità ſempiternum illud Sabbathum in hâc vitâ exordiar.*

XVI. *Inſt.* 2. Sed quis credat Adamo mandatam fuiſſe *vacationem*, ut haberet occaſionem cultûs, & ut illa vacatio cultus ſingularis eſſet, & ut indè *diſcrimen dierum* eſſet: cui totum tempus ſanctum debuit eſſe? qui rectus erat, & rectè facturus omnia; ſi imaginem Dei in ſe poſitam ſequeretur?

Reſp. Imò quid abſurdi in his, ſi Adamus omni tempore vitam ſanctam agere debuit; atque adeò ſanctè operari in rebus

ad

ad hanc vitam pertinentibus per dies operarios; & in ſpecie hortum colere: ab hoc autem opere, & ſimilibus, ſanctè quieſcere Sabbatho; ipſumque actibus ſpecialiter religioſis tranſigere? Ità ut *vacatio* fuiſſet conditio cultûs ſingularis; atque ſic dies ſeptimus à reliquis diſtinguendus, ex inſtitutione Dei; & hoc *diſcrimen dierum* obſervandum. Ego quidem ingenuè profiteor, nihil abſoni me iſtic deprehendere; ſed probabilitatem, imò veritatem ſic ſatis claram, obſervare. Nobis etiàm nunc omne tempus ſanctum eſſe debet, & ſanctè tranſigi; ut per dies operarios ſanctè operemur in negotiis hujus vitæ; Dominico autem ab iis quieſcamus, ipſumque exercitiis ſpecialiter religioſis tranſigamus. Diſparitas manifeſta eſt, 1. quòd nunc ſtatutum ſit homini ſemel mori; atque iſto reſpectû cura hujus vitæ nunc aliter habeat; 2. quòd labor ſit difficilis & moleſtus; 3. quòd ſanctitas noſtra imperfecta. Verùm iſta omnia nihil impediunt, quò minùs etiàm tunc media ad certam vitæ continuationem fuerint neceſſaria; labor convenienter iſti ſtatui

fuerit adhibendus: & exercitia ſanctitatis ac obedientiæ ſic diſtinguenda; ut per aliquos dies, ex præſcripto ipſius Dei, Homines circa creaturas, & in rebus hujus vitæ occuparentur ſanctè; quôque autem ſeptimo actibus formaliter religioſis unicè vacarent, atque ità ſanctimoniæ ſpeciali quodam modo incumberent.

XVII. *Inſt.* 3. Quantò verò ſimplicius eſt, verba illa (quatenùs ea referri per analogiam fidei ad id tempus poſſunt, quo Deus quievit ab opere creationis) ſic interpretari: Quoniàm Deus deſtitit aliquid nòvi condere die ſeptimo, eo ipſo *benedixit illi diei*, & majus in eum beneficium contulit, & *eum* ſic benedicendo *ſanctificavit*, h. e. eo die ſe ſanctificavit in homine; dùm oſtendit, omnia quidem facta eſſe, ut homini ſervirent, hominem verò factum eſſe, ut ſoli Deo ſerviret. Nam, ſi quid ulteriùs ſeptimo die creatum eſſet homine perfectius, ei homo poſt Deum ſubjectus fuiſſet; & ſic homo non eſſet δόξα ſolius Dei: ut eſt 1 Cor. XI, 7. Ità verbo *ſanctificandi* ſatis fit. Nam id propriè ſignificat, vel eum, qui ſanctus eſt,

eſt, ſanctum dicere & teſtari; vel id, quod impurum eſt, purificare; vel ei, qui Sanctus eſt, h. e. Deo, dedicare, appropriare; vel à communi ſeparare. Deus angelos & homines condidit ſanctos, h. e. rectos, & ſibi eos ſanctificavit omnes, ſanctos creando: mundum & omne tempus ſanctificâſſet in perpetuum, ſi non paſſus eſſet peccatum in mundum intrare. Non neceſſariò *ſanctificatio* ſignificat *ſegregationem à communi*, quod חל appellatur. Sed tamen ſeptimam præ prioribus *ſanctificavit*; quia, ut oſtendimus, *ei benedixit*, dùm in eâ ceſſavit.

Reſp. 1. Verba iſta, *Benedixit Deus diei ſeptimo, & ſanctificavit ipſum; cùm in eo quieviſſet ab omni opere ſuo, quod creaverat Deus, faciendo.* per analogiam fidei omninò poſſunt, & per ipſum contextum debent, referri ad illud tempus, quo Deus quievit ab opere creationis.

2. Aliud eſt, *Deus deſtitit aliquid novi condere die ſeptimo*; ſive, non perrexit novas creaturas producere, negativè: aliud, *benedixit illi diei, & maius in eum beneficium contulit*; ſive aliquid boni conſtituit

ſuper

ſuper iſto die, *& eum ſic benedicendo ſanctificavit*, poſitivè.

3. Iterùm aliud eſt, *ſanctificavit eum* diem ſeptimum, cui benedixit; aliud, *eo die ſe ſanctificavit in homine.* Prior ſententia eſt ſacri Contextûs; poſterior Gloſſa à Contextû diverſa. Mens noſtra ad ſacrum Textum flectenda eſt; non ſacer Textus ad noſtram opinionem torquendus.

4. *Sanctificare* breviter eſt, vel *ſanctum facere*; vel *ſanctum declarare*: & *ſanctum*, vel *abſolutè*; vel *comparatè. Sancto* abſolutè, opponitur *profanum*; comparatè, *commune*. Enunciatio iſta, *Deus ſanctificavit ſe in homine*, non eſt quidem aliena ab uſû verbi *ſanctificandi*; ſed & nequaquàm eſt exegetica iſtorum verborum, *Deus ſanctificavit ipſum* diem ſeptimum. Hæc enim propriè & manifeſtè inferunt hunc ſenſum; Deus diem ſeptimum *ſeparavit ab* uſû *communi* reliquorum dierum, ſibique eum ſpeciali quodam modo *appropriavit*. Omnes dies Deo quidem debebantur communi quâdam ratione; & ſingula ſua opera per eos in gloriam Dei facere debe-

debebant homines, etiàm labores qui ad vitę hujus in Terrà, aut in terreſtri Paradiſo, conſervationem ſpectarent: ſed ſeptimum diem Deus ſibi ſpecialiter ſanctum voluit; adeò ut tunc homines ab aliis operibus debuerint quieſcere, & actibus propriè religioſis operam dare.

5. 1 *Cor.* XI, 7. *Vir* quidem dicitur *imago & gloria Dei*; at *Mulier gloria Viri*: quatenùs gloria Dei in excellentià & dominio Viri maximè elucebat; Mulier autem Viro quidem ſubjecta, adjutrix tamen כְּנֶגְדּוֹ, gloriam ejus repręſentabat. Verùm iſtud nihil ad hanc rem. Ad ſanctificationem diei ſeptimi Vir & Mulier æquè obligantur: etiàm filii & filiæ, ſervi & ancillæ; licet parentibus, & heris, ſubjecti; *Exod.* XX, 10. Dominus dominantium iſtum ſibi diem ſanctificavit.

XVIII. Rurſùs *objicitur*; Nihil verò *obſtat*, quò minùs verba *Gen.* II. reſpiciant ad factum illud *Exod.* XVI, 4, 5, 22, 23, 25, 26. Moſes enim ſcribens non tantùm pręſupponit tempus jàm tranſactum in deſerto, ſed & locum ſedis Iſraëlitarum ex parte occupatum: ideò

ſæpè

ſæpè ſic loquitur, ut Iſraëlitæ in terræ parte conſtituti loqui poterant. Vide ſaltem Gen. 11, 8. *Et plantavit Dominus hortum ad orientem*, nempè terræ ſanctę. Qui narrat pręterita longi temporis, poteſt cum primis poſteriora (quandò notum eſt, cujus temporis illa ſint) tutò conjungere.

Quid igitur facilius, quàm verba Moſis eod. cap. verſ. 3. ſecundùm rem geſtam, quæ inter Iſraëlitas nota erat, ſic intelligere: *Et benedixit Deus diem ſeptimum, & ſanctificavit eum*; nempè tùm, quandò hoc fecit (: conſtat autem feciſſe in datione Mannæ & in Decalogo:) propter eam rationem, *quia ea ceſſavit*. Et in Deuteronomio cap. v. dicit: *Propterea præcepit* TIBI. nempè in datione Mannæ, & hoc ipſo Præcepto. Hoc ſatis eſt ad *Prolepſin* (ſi ità libet loqui: quanquàm uterque ſermo eſt de re præteritâ, tametſi diſtincti temporis,) *probandam*; quia commodiſſima & vera eſt illa verborum ſententia.

Reſp. 1. Textus *Gen.* 11, 3. Benedictionem & ſanctificationem diei ſeptimi diſer-

diſertè refert ad quietem ipſius Dei ab operibus creationis; non ad dationem Mannæ, ejuſque ceſſationem die ſeptimo.

2. Ad *Gen.* 11, 8. Interpretes Belgici; **Dat is/in't Ooſt-eynde van Eden; ofte Ooſtwaert van de plaetſe daer** Moſes **was/ dit ſchrijvende.** Similiter in Scholiis Franc. Junii; *Sive habitâ ratione Moſchis dùm hæc ſcriberet, Jiſraëlitarumque verſantium in deſerto: ſive, (quod magis probo,) ratione Hedenis; quaſi dicat, in tractu Orientali regionis illius.* Accipiamus ſententiam, quam doctiſſimi Belgæ collocant priorem; Junius verò habet potiorem: ità nihil opus eſt iſtic præſupponi tempus jàm tranſactum in deſerto; aut locum ſedis Iſraëlitarum ex parte occupatum: Neque 1. quòd Moſes in mappâ demonſtraverit locum Paradiſi, in quâ orbis planus ſolet proponi. 2. quòd in illà mappâ Paradiſus extremum Orientem occupaverit; & nullam terram, vel ad Septentrionem, vel ad Meridiem, habuerit: quæ alibi objicit idem Opponens.

3. Si verò Moſes, juxta alteram ſententiam,

tentiam, reſpexerit locum ſcriptionis; Midian; vel deſertum; vel denique partem aliquam Terræ ſanctæ cis Jordanem, in quâ tùm Moſes ſubſtiterit; nulla tamen in iſtis verbis erit *Prolepſis*: Paradiſus enim, cùm primùm crearetur, aut plantaretur, jàm tùm fuit orientalis illi Terræ, de quâ Moſes id poſtmodùm ſcripſerit. Non commiſcentur, nec immediatè conjunguntur, hiſtoriæ diverſorum temporum: neque enim dicitur ex. gr. *Plantavit Dominus hortum*; *& dedit Iſraëlitis terram, cujus reſpectû hortus fuit orientalis*; abſque diſtinctione temporum.

4. Qui narrat præterita longi temporis, non poteſt tutò cum illis nupera, vel ſæculis aliquot poſteriora, immediatè conjungere, ſine notâ diſtinctionis: quaſi ex. gr. in enarratione tertii diei, quis diceret; *Deus ſeparavit aquas inferiores à terrâ*; *illas mari & fluminibus congregavit*: *& inſtituit Baptiſmum: quia iſto die aquas à terrâ ſeparavit*, &c. Si ad hunc modum locutus fuiſſet Spiritus ſanctus, ego quidem non dubitandum exiſtimarem, quin illo ipſo die tertio Baptiſmus aliquis fuiſſet inſtitutus.

5. Ite-

5. Iterùm Textum *Gen.* 11, 2, 3. repeto: *Cùm autem perfeciſſet Deus die ſeptimo opus ſuum quod fecerat, quievit ipſo die ſeptimo ab omni operè ſuo quod fecerat: Et benedixit Deus diei ſeptimo, & ſanctificavit eum; cùm in eo quieviſſet* (: vel, *quoniàm in eo quievit*; כִּי בוֹ שָׁבַת) *ab omni opere ſuo, quod creaverat Deus, faciendo.* Sic benedictio & ſanctificatio iſta illi tempori adſcribitur, & ratio ejuſdem omninò temporis expreſſè aſſignatur: nullum aliud tempus apponitur, nec ratio alius temporis; quòd ſcil. datio Mannæ in deſerto ceſſaverit die ſeptimo; vel Deus in Monte Sinaï Præceptum, de obſervando Sabbatho ad ſeptimum quemque diem, dederit Iſraëlitis. Sic minimè commoda eſt, aut facilis; ſed torta, & à veritate prorſùs aliena, illa Opponentis interpretatio.

CAPUT V.

Reſpondetur Exceptionibus & Objectionibus ad Argumenta noſtra ex Locis Exod. xx, 8-11. & Hebr. IV, 3, 4.

I. Adverſùs Argumentum noſtrum

 ſecun-

ſecundum, aliquis Sabbathum purè typicum reputans, *dicat*: Hęc etiàm cauſa eſſe videtur, quòd quartum Præceptum, non negativè, ut tria præcedentia; ſed affirmativè, & ſingulariter hâc formâ proponatur; *Memento ut diem Sabbathi ſanctifices:* cauſaque ejus ſubjiciatur, *Quia Deus cessavit die ſeptimo ab opere ſuo*: ſecùs quàm in cæteris, quæ menti inſita & per ſe cognita ſunt, fieri videmus.

Reſp. 1. Imò ratio illa ſubjecta, quietis Divinæ ab operibus creationis, talis non eſt; ut Præceptum Cerimoniale typicum, Adventum Meſſiæ & redemtionem per ipſum peragendam præfigurans, fundare apta nata ſit: ſed quidem Pręceptum Morale, Cerimonialia typica antevertens.

2. Neque id præſtat affirmativus modus exprimendi: nam & quintum Pręceptum affirmativè exprimitur. Neque ex ſingulari formulâ monitoriâ, *Memento*, exſculpi poteſt Cerimonialis iſta conditio. Cedo rationem talis conſequentię!

3. Imò quintum, ſi tali argumentatione evinci poſſet Præceptum aliquod Decalogi eſſe Cerimoniale, potiùs colligere-

tu

tur eſſe tale; quià ſubjungitur ratio iſtius naturę, *Ut diù vivas in terrâ, quam tibi Dominus Deus tuus daturus eſt.* Minùs ergò de quarto Præcepto id aſſerendum.

4. Et paulus negat, ſe cognoviſſe Concupiſcentiam eſſe peccatum; niſi id revelatum fuiſſet, ac Lex dixiſſet, Non concupiſces; *Rom.* VII, 7. Neque tamen eò minùs Præceptum decimum Morale eſt.

II. Aliter contrà idem Argumentum *objicitur*: Si ea eſt ratio, cur Sabbatum haberi debeat Morale, vel perpetuum; tùm profectò nullam ob cauſam mutari potuit, vel debuit, ille dies: ſicut ab Eccleſiâ Chriſtianâ factum; quæ abrogato Sabbato, elegit ſequentem, vocatum Dominicum, & deſtinavit cœtibus habendis.

Reſp. 1. Quod in Sabbathi inſtitutione, Deus communis & perpetuæ Normę moralis rationem habere voluit, id quâ tale, fateor, ab Eccleſiâ mutari non potuiſſe, non debuiſſe.

2. Nego Sabbathum hebdomadale, h. e. diem quietis poſt ſex operarios in cy-

clo hebdomadario obſervandum, ab Eccleſiâ Chriſtianâ abrogatum.

3. Sed ab ipſo *Domino Sabbathi* Chriſto, vel ab Apoſtolis ex ipſius voluntate & auctoritate, agnoſcimus mutationem factam in determinatâ quâdam, ſed ambulatoriâ, circumſtantiâ; tranſlationem de ſeptimo à creatione, qui vulgò Saturni appellatur, atque olim Sabbathicus fuit, in primum ſeptimanæ, qui *Dominicus* dicitur. In theſi interim manet antiqua inſtitutio, ut ſex operariis perpetuò reſpondeat unus ſanctæ quieti deſtinatus.

III. *Inſt.* At, inquam, dicit Moſes, Gen. II. *Benedixiſſe Deum diei ſeptimo & ſanctificâſſe illum.* Et Exod. xx. *Septimo die eſt Sabbatum Domini.* Vide Exod. xxiii, 12. & xxi, 15. & xvi. 26. Levit. xxiii, 3. Audis disertè nominatum ſeptimum diem, & quidem qui immediatè jungitur ſexto. Idque additâ ratione, ab exemplo Dei. At immane quantum differunt, dies ſeptimus, vel unus è ſeptem. 1. Quod Deus determinat, id indeterminatum relinquere homini non licet. At

Deu

Deus determinat expreſſè, ſeptimum diem. Sic argumentor; Cui diei Deus benedixit, & quem ſanctificavit, illum, non alium ab illo, cuſtodiendum præcepit. At non uni ex ſeptenario, ſed ipſi ſeptimo diei Deus benedixit. Deindè, illum diem Deus ſervandum præcepit, quo ipſe quievit ab operibus ſuis. At non uno ex ſeptem, ſed ipſo ſeptimo die, quievit Deus. Ergò. 2. Si illud eſt Morale in iſto Pręcepto, ut unus è ſeptenario dies Deo ſit ſacer, determinatio verò ſeptimi diei, vel cerimonialis, vel ritûs poſitivi; qui abrogari potuit, ſicut in Eccleſiâ N. T. abrogatus viſitur: ergò, modò unus è ſeptenario dies, ſive penultimus, ſive antepenultimus, ſive alius ſervetur, retinetur Morale iſtius Præcepti. Et ſi ſit ille verus ſenſus iſtius Præcepti, ut cùm dicitur *ſeptimo die eſt Sabbathum Domini*, intelligendum ſit, mentem Legiſlatoris fuiſſe, ut *unus è ſeptem* Deo ſacer ſit & Sabbatum Domini; tùm non dicendus erit peccâſſe in illud Præceptum, qui omiſſo ſeptimo die, alium quendam, modò ſit ex ſeptenario numero unus, quietum ageret; &c. 3. Sed

Digitized by Google

5. Nos verba non mutamus; ſed quod initio dictum eſt de iſto die ſeptimo, applicamus ad noſtrum diem ſeptimum: quemadmodùm quod de Evâ dictum, applicamus analogicè ad noſtras Uxores, &c. quodque de terrâ olim Iſraëlitis datâ dictum eſt, applicamus quodammodò ad terram nobis datam; &c.

IV. *Occurrit alius;* Si quis neget, *rationem* quæ in Decalogo Exod. xx, affertur, quód Deus quieverit die ſeptimo, *eſſe aptam natam fundare Præceptum cerimoniale typicum, adventum Meſſiæ & redemtionem per ipſum peragendam præfigurans;* is Deo aſſerenti, quod *Sabbatha dederit in ſignum notificans & obſignans ſanctificationem*, contradicit.

Reſp. 1. Non negavi, Sabbatha, quæ & quomodò obſervari debuerunt ſub V. T. data eſſe in ſignum notificans & obſignans ſanctificationem. Imò hoc ipſum doceo, explico, confirmo alibi.

2. Sed dixi, Rationem illam *Exod.* xx. à Quiete ipſius Dei, cùm opera creationis per ſex dies eſſent conſummata, ſuâ antiquitate antevertere Cerimonias typicas:

cas: & conſequenter iſtam Rationem non eſſe aptam natam fundare Præceptum cerimoniale typicum, adventum Meſſiæ & redemtionem per ipſum peragendam præfigurans; ità ſcil. ut per iſtam Rationem Præceptum illud foret Cerimoniale typicum. Sic volui, Sabbathum, cui ſub V. T. ratio ſigni convenienter iſti œconomiæ acceſſit, non eſſe tamen merè typicum, nec ad typicam iſtam præfigurationem ordinatum primævâ ſuâ inſtitutione, quæ etiàm indicatur Ratione illâ *Exod.* xx. expreſſâ.

3. Neque ſignum notificans & obſignans ſanctificationem, ſtatim eſt Cerimonia typica adventum Meſſiæ & redemtionem per ipſum præfigurans. Sed de hoc infrà pluribus ad locum *Exod.* xxx I, 13. Tu autem ſerva me, Sanctiſſime Pater! ne contradicam tibi; nominatim in iis quę ad ſanctificationem pertinent. Sic in veritate tuâ me ſanctifica, per eum qui nobis factus eſt ſapientia & ſanctificatio.

V. Deinde *rogat*, ut attendam ad analogiam fidei; quam in omnibus (inquit)

quo fundamento nixi, hęc verba ità mutant? an quia natura docet, è ſeptem diebus ſex debere eſſe operarios, unum quietum? &c.

Reſp. 1. Audimus diſertè nominatum *diem ſeptimum*; & *ſeptimum* intelligimus eum, qui immediatę ſequitur *ſextum.* Initium numerandi inſuper faciendum fuiſſe olim illud, quod ipſe Deus tunc indicaverat, ſuoque exemplo muniverat, agnoſcimus. Interim *dies ſeptimus* omninò eſt *unus è ſeptem*; ut Homo eſt Animal, Eva eſt Uxor.

2. Quod Deus determinat, id indeterminatum relinquere homini non licet. Rectè. At Deus determinat diem ſeptimum. Eſto. Imò determinavit diem ſeptimum ab initio creationis in ſtatû integritatis, ac porrò ſub V. T. obſervandum. Deindè pro N. T. primum ſeptimanæ, eundem aliâ numerandi ratione ſeptimum, determinavit. Nos nequaquàm indeterminatum relinquimus, vel dicimus.

3. Morale eſt, ut aliquis ſeptimus dies ſit Sabbathicus: ſed vi iſtius Præcepti obſervari debuit ſeptimus à creatione, dùm

ille

Digitized by Google

ille obſervandus fuit propoſitus; nunc alius obſervari debet, qui ſcil. nunc obſervandus eſt propoſitus. Quod de Evâ conſtitutum eſt, in ordine ad Adamum; ſimul in Evâ conſtitutum eſt, de aliis Uxoribus, in ordine ad ſuos Maritos, qui ipſis contigerunt: Uxorum ad ſuos Maritos officia communia, in primâ illâ ordinatione procul dubio cenſeri debent Moralia. Iterùm, vi ſecundi Præcepti olim obſervari debuit cultus inſtitutus, pro illo tempore præſcriptus; nunc verò, qui pro hoc tempore N. T. præſcriptus eſt. Et nos ad proximos qui nunc exiſtunt, obligamur per quintum, ſextum, & alia Præcepta; qui antè nos vixerunt per eadem obligati fuerunt ad proximos ſibi coætaneos, &c.

4. Conſequenter nec ſub V. T. potuit ſufficere, neque nunc ſub N. T. ſufficit, obſervare qualemcumque ſeptimum: ſed obſervari debuit tunc ſeptimus ille, qui tunc obſervandus præſcriptus fuit; nunc autem pro re natâ qui ſimiliter nobis præſcriptus eſt ſpeciali indicio. Sic ferè, ut ego obligor ad meos Magiſtratûs, ad meam Uxorem, ad pauperes mihi occurrentes; atque ità deinceps in reliquis.

Digitized by Google

quo fundamento nixi, hęc verba ità mutant? an quia natura docet, è ſeptem diebus ſex debere eſſe operarios,unum quietum? &c.

Reſp. 1. Audimus diſertè nominatum *diem ſeptimum*; & *ſeptimum* intelligimus eum,qui immediatè ſequitur *ſextum.* Initium numerandi inſuper faciendum fuiſſe olim illud,quod ipſe Deus tunc indicaverat, ſuoque exemplo muniverat, agnoſcimus. Interim *dies ſeptimus* omninò eſt *unus è ſeptem*; ut Homo eſt Animal, Eva eſt Uxor.

2. Quod Deus determinat, id indeterminatum relinquere homini non licet. Rectè. At Deus determinat diem ſeptimum. Eſto. Imò determinavit diem ſeptimum ab initio creationis in ſtatû integritatis, ac porrò ſub V.T. obſervandum. Deindè pro N.T. primum ſeptimanæ, eundem aliâ numerandi ratione ſeptimum, determinavit. Nos nequaquàm indeterminatum relinquimus, vel dicimus.

3. Morale eſt, ut aliquis ſeptimus dies ſit Sabbathicus: ſed vi iſtius Præcepti obſervari debuit ſeptimus à creatione, dùm ille

ille obſervandus fuit propoſitus; nunc alius obſervari debet, qui ſcil. nunc obſervandus eſt propoſitus. Quod de Evâ conſtitutum eſt, in ordine ad Adamum; ſimul in Evâ conſtitutum eſt, de aliis Uxoribus, in ordine ad ſuos Maritos, qui ipſis contigerunt: Uxorum ad ſuos Maritos officia communia, in primâ illâ ordinatione procul dubio cenſeri debent Moralia. Iterùm, vi ſecundi Præcepti olim obſervari debuit cultus inſtitutus, pro illo tempore præſcriptus; nunc verò, qui pro hoc tempore N. T. præſcriptus eſt. Et nos ad proximos qui nunc exiſtunt, obligamur per quintum, ſextum, & alia Præcepta; qui antè nos vixerunt per eadem obligati fuerunt ad proximos ſibi coætaneos, &c.

4. Conſequenter nec ſub V. T. potuit ſufficere, neque nunc ſub N. T. ſufficit, obſervare qualemcumque ſeptimum: ſed obſervari debuit tunc ſeptimus ille, qui tunc obſervandus præſcriptus fuit; nunc autem pro re natâ qui ſimiliter nobis præſcriptus eſt ſpeciali indicio. Sic ferè, ut ego obligor ad meos Magiſtratûs, ad meam Uxorem, ad pauperes mihi occurrentes; atque ità deinceps in reliquis.

 5. Nos

5. Nos verba non mutamus; ſed quod initio dictum eſt de iſto die ſeptimo, applicamus ad noſtrum diem ſeptimum: quemadmodùm quod de Evâ dictum, applicamus analogicè ad noſtras Uxores, &c. quodque de terrâ olim Iſraëlitis datâ dictum eſt, applicamus quodammodò ad terram nobis datam; &c.

IV. *Occurrit alius;* Si quis neget, *rationem* quæ in Decalogo Exod. xx, affertur, quód Deus quieverit die ſeptimo, *eſſe aptam natam fundare Præceptum cerimoniale typicum, adventum Meſſiæ & redemtionem per ipſum peragendam præfigurans;* is Deo aſſerenti, quod *Sabbatha dederit in ſignum notificans & obſignans ſanctificationem*, contradicit.

Reſp. 1. Non negavi, Sabbatha, quæ & quomodò obſervari debuerunt ſub V. T. data eſſe in ſignum notificans & obſignans ſanctificationem. Imò hoc ipſum doceo, explico, confirmo alibi.

2. Sed dixi, Rationem illam *Exod.* xx. à Quiete ipſius Dei, cùm opera creationis per ſex dies eſſent conſummata, ſuâ antiquitate antevertere Cerimonias typicas:

cas: & conſequenter iſtam Rationem non eſſe aptam natam fundare Præceptum cerimoniale typicum, adventum Meſſiæ & redemtionem per ipſum peragendam præfigurans; ità ſcil. ut per iſtam Rationem Præceptum illud foret Cerimoniale typicum. Sic volui, Sabbathum, cui ſub V. T. ratio ſigni convenienter iſti œconomiæ acceſſit, non eſſe tamen merè typicum, nec ad typicam iſtam præfigurationem ordinatum primævâ ſuâ inſtitutione, quæ etiàm indicatur Ratione illà *Exod.* xx. expreſſà.

3. Neque ſignum notificans & obſignans ſanctificationem, ſtatim eſt Cerimonia typica adventum Meſſiæ & redemtionem per ipſum præfigurans. Sed de hoc infrà pluribus ad locum *Exod.* xxxi, 13. Tu autem ſerva me, Sanctiſſime Pater! ne contradicam tibi; nominatim in iis quę ad ſanctificationem pertinent. Sic in veritate tuà me ſanctifica, per eum qui nobis factus eſt ſapientia & ſanctificatio.

V. Deinde *rogat*, ut attendam ad analogiam fidei; quam in omnibus (inquit)

ænigmatis V. T. (ad quę pertinet Sabbatum) oportet ad veros ſenſûs ducem eſſe. Quid enim? Qui peccatorem jubet ceſſare eo die, qui in cyclo dierum reſpondet illi, quo Deus hominem demonſtraverat propter ſolum Deum eſſe factum & ut ei ſoli ſerviat; nonnè clarè dicit, peccatoris opera diſcrepare ab illâ puritate & rectitudine hominis, in quâ dies illa ipſum invenerat; & factum eſſe ſervum creaturæ, cui non debebat ſervire? Deindè eum indigere *ſanctificatione* Dei, & ut juſtus ſit, & ut creaturæ non ſerviat ampliùs? Tùm, eum hanc conſecuturum eſſe Dei beneficio? Denique quùm cauſa illius ſanctificationis extiterit, tùm eum quieturum & ab accuſatione illâ, & à deſiderio? & ſic ceſſationem hanc, quæ eſt accuſatio peccati, converti in typum illius quietis? Imprimis, ſi ipſe Deus eam ceſſationem ſignum ſanctificationis (quæ tùm non fiebat, quia peccatum adhùc accuſabatur) appellet?

Reſp. 1. Analogiam fidei obſervo, per Dei gratiam: atque adeò diſtinguo Sabbathi uſum in ſtatû integritatis, ab uſû e-

juſdem poſt lapſum: atque iterùm ſub œconomiâ V. T. & ſub œconomiâ N. T.

2. Sabbathum omninò pertinere ad ænigmata V. T. hactenùs probatum non eſt; nos verò oppoſitum demonſtramus.

3. Omnes homines ſoli Deo ſervire debent religioſè; non autem omnes ſoli Deo quocunque modo: ſervi heris etiàm ſerviunt; *Exod.* XXI, 2, 6. *Col.* III, 22. Quin & liberi parentibus, ſubditi magiſtratibus aliquo modo. Quartum Præceptum liberos & ſervos appellat interim pariter. Nec additur ratio, quòd Deus ſuà quiete demonſtraverit omnes homines ſoli Deo ſervire debere: ſed hæc, quòd Deus ſeptimo die quieverit ab operibus ſuis; atque idcircò diem illum hominibus communiter ſanctum & quietum eſſe voluerit.

4. Dùm peccatores ab operibus ad hujus vitæ ſuſtentationem propriè pertinentibus Sabbatho ceſſant, meditari procul dubio debent opera ſua diſcrepare à puritate & rectitudine debitâ: ſed idem meditari quoque debent aliis diebus.

Digitized by Google

Quin & exercitia religioſa diſcrepant à puritate & rectitudine debitâ, non minùs quàm alia opera noſtra pro ratâ; nec tamen ab iis Sabbatho quieſcendum. Non ergò propriè, nec adæquatè, quies Sabbathi referenda eſt ad talem illam impuritatis noſtræ agnitionem.

5. Quòd olim dies ſeptima inveniſſet hominem in puritate & rectitudine primævâ, non nego quidem: ſed neque admitto, tanquàm certum fundamentum ejus, quòd poſtmodùm Sabbathum fuiſſet ordinatum propriè & adæquatè ad agnitionem diſcrepantiæ ab illâ puritate & rectitudine, in quâ illa dies hominem inveniſſet.

6. Hominem peccatorem indigere *ſanctificatione* Dei, atque hanc ſuam indigentiam meditari debere, tùm aliis diebus, tùm etiàm Sabbathis, concedimus: verùm indè nequaquàm id ſequitur, quod vult Opponens.

7. Concedimus ſimiliter, hominem non conſequi ſanctificationem, quemadmodùm nec juſtificationem, niſi gratuito Dei beneficio per Jeſum Chriſtum. Sed quæ

quæ indè conſequentia nobis contraria?

8. Jàm cauſa illius ſanctificationis exiſtit Chriſtus, Deus manifeſtatus in carne; qui etiàm omnia ad ejus impetrationem requiſita conſummavit: ceſſat propterea hactenùs accuſatio chirographi rituum, quod adverſùm nos erat; *Col.* II, 14. & deſiderium Meſſiæ tanquàm venturi, atque iſta impleturi. Interim applicatio iſtius ſanctificationis nondùm plenè peracta eſt; eam adhùc deſideramus, ejus promotioni ſtudemus quotidiè; 1 *Cor.* XIII, 9, 10, 12. 2, III, 18. IV, 16. *Gal.* V, 16. *Phil.* III, 12, 13, 14. Atque ità probatum non eſt hactenùs, quietem Sabbathi primò, propriè, & in univerſum, ordinatam fuiſſe in typum quietis ab illà accuſatione & à deſiderio V. T.

9. Sanctificatio ſecundùm applicationem etiàm ſuo modo facta eſt ſub V. T. juxtà exhortationem, Levit. XIX, 2. *Sancti eſtote, quia ſanctus ſum ego Jehova Deus veſter*; & notificationem, Exod. XXXI, 13. *ad cognoſcendum, me Jehovam eſſe, qui ſanctifico vos.* Atque adeò quo-

 rum-

rundam ſub V. T. juſtitia, pietas, ac fidei fertilitas in bonis operibus laudatur paſſim. Confer theſ. præced. §. 3.

VI. Quoniàm verò dixi, Rationem illam Exod. xx. deſumtam à *Quiete ipſius Dei ab operibus creationis in ſeptimo die, quidem eſſe aptam natam fundare Præceptum Morale, Cerimonialia typica antevertens*; *Rogat* Opponens, Ne confundam *Moralia* Præcepta, *quæ qui faciet, vivit in eis*, cum *Placitis*. *Deindè petit* ſibi demonſtrari, Quomodò ex eo, quòd Deus quievit die ſeptimo, ſecundùm analogiam fidei illius veritatis, ſequatur, Deum in cyclo dierum uno die debere potiùs ſanctificari, quàm omni tempore? & quidem cum ceſſatione omnimodâ? An igitur Deus ſanctificari non poteſt eo die, quo non omittuntur omnia opera? Imò, *inquit*, ut clarum eſt, potiùs hoc indè conſequitur; Siquidem Deus quievit die ſeptimo, & hominem propter ſolum Deum eſſe creatum, oſtendit; non debere hominem ullo tempore aut die magis curare aut tractare ullam creaturam, quàm neceſſe eſt ad

ad Dei ſanctificationem, aut quàm magis utile eſt id per creaturam fieri, quàm ſine illâ.

Reſp. 1. Rogo viciſſim, ne abſque probatione talis diſtinctio introducatur; quaſi nec *Præcepta Moralia* forent citra conſiderationem Fœderis Legalis, cujus eſt iſta promiſſio, Qui mandata fecerit, vivet in eis: vel quaſi darentur *Placita* quędam Dei, directiva actionum noſtrarum in genere moris, quorum tamen omiſſio, vel nęglectus, non induceret reatum mortis per Dei juſtitiam.

2. In Præcepto dies Sabbathicus diſertè contradiſtinguitur ſex operariis in cyclo hebdomadario. Hinc evidentiſſima eſt conſequentia ad unum diem in iſto cyclo ſpecialiter obſervandum. Ad omne tempus nulla talis conſequentia datur.

3. Deus quidem ſanctificari quoque poteſt illis diebus, quibus non omittuntur omnia opera ad hujus vitæ curam & ſuſtentationem ordinata. Imò verò ſanctificari debet etiàm quibuſcunque actionibus noſtris; omnia enim in ipſius gloriam

riam facienda ſunt perpetuò; 1 *Cor.* x, 31. *Col.* 111, 17. Sed ſpecialis ſanctificatio, quâ per unum diem hebdomadatim ſpecialiter vacemus exercitiis, quæ non communi iſtâ ratione, ſed ſpecialiter & propriè ad cultum Dei pertinent, requirit omiſſionem aliorum operum. Pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus. Dùm rebus hujus vitę intenti ſumus, non occupamur propriè, directè, & immediatè cultû Dei. Qui agriculturæ, mercaturæ, actioni alicui forenſi, intentus eſt; licet cum hoc animi propoſito, ut actio ſua gloriæ Divinæ ſerviat, ut fini ultimo; is interim hoc ipſo non eſt formaliter intentus rebus propriè, ſpecialiter, & directè, ad cultum Dei pertinentibus. Propterea his rebus unum diem in cyclo ſeptenario Deus ſeparatum voluit.

4. Ex hominis obligatione ad gloriam Dei rectè deducitur, non debere eum ullo tempore aut die magis curare aut tractare ullam creaturam, quàm faciat ad Dei ſanctificationem: non autem ſequitur hominem non etiàm debere omiſsâ aliquandò curâ & tractatione illâ creaturarum,

rum, ex. gr. agrorum colendorum, arborum plantandarum, ineundorum contractuum civilium, ſubducendarum rationum œconomicarum, proſequendarum actionum forenſium, &c. immediatè & directè occupari actibus ad cultum Dei ſpecialiter inſtitutis, ex. gr. formali lectione, auditione, meditatione Verbi Divini, uſû Sacramentorum, precibus, gratiarum actionibus, &c. Itâ ſcil. Deo Opt Max. placuit varia agenda, varios actûs obedientiæ, varios modos ipſum colendi, hominibus præſcribere.

VII. *Objicitur* etiàm adverſùs idem Argumentum noſtrum ex loco *Exod.* xx, 11. quòd τὸ על כן poſſit intelligi non ut ratio facti, ſeù ut argumentum & evictio facti. Nam, quòd Deus ceſſavit, eſt teſtimonium & evictio benedictionis & ſanctificationis. Ceſſando enim reverâ benedixit & ſanctificavit. Non igitur neceſſariò inferri poteſt, Deum propter ceſſationem etiàm aliam benedictionem & ſanctificationem ei diei impertiviſſe.

Reſp. 1. Textus ſatis evidenter cauſam facti aſſignat: *Nam ſex diebus perfecit*, &c.

quie-

quievit verò die illo ſeptimo: idcircò, עַל־כֵּן, *benedixit Jehova diei Sabbathi, & ſanctificavit illum.* Quievit; idcircò benedixit. Quis non videt Deum hominibus exemplum ſuum, ad imitationem ordinatum, proponere?

2. Accipiamus explicationem Opponentis; intelligamus argumentum & evictionem facti; eſto ceſſatio ipſius Dei in quarto Præcepto memorata, teſtimonium & evictio benedictionis & ſanctificationis diei ſeptimi: argumentum, teſtimonium, & evictio facti, præſupponit ipſum factum. Sic jàm nihil decedit antiquæ Moralitati, & primævæ inſtitutioni Sabbathi; ſed potiùs accedit majus aliquod pondus. Pontificii ex Luc. VII, 47. *Dico tibi, remiſſa eſſe multa illa ipſius peccata: Nam dilexit multùm.* colligunt, dilectionem præcedere remiſſionem peccatorum, tanquàm cauſam hujus. Reſpondent noſtri, in verbis Servatoris eſſe demonſtrationem τοῦ ὅτι, cauſæ per effectum: atque adeò particulam rationalem *Nam*, denotare iſtîc non cauſam eſſendi; ſed rationem, vel cauſam cognoſcendi: ut remiſſio peccatorum cognoſceretur ex dilectione,

Digitized by Google

ctione, tanquàm fructû conſequente; haud ſecùs ac ex die probatur Solem ortum eſſe. Vera enim cauſa eſſendi remiſſionis indicatur ſeq. verſ. 50. *Fides tua te ſervavit.* Atque ità poſtulat analogia fidei. Præceſſerat igitur remiſſio peccatorum ex fide; ſubſecuta autem fuerat dilectio. Similiter ſi ceſſatio Dei foret argumentum, teſtimonium, & evictio benedictionis & ſanctificationis diei ſeptimi; oporteret benedictionem & ſanctificationem illam diei ſeptimi præceſſiſſe; ceſſationem verò ipſius Dei ab operibus creationis ſubſecutam eſſe. Ea eſt natura argumenti, teſtimonii, & evictionis.

3. Textus etiàm manifeſtè diſtinguit inter Quietem ipſius Dei, & benedictionem ac ſanctificationem diei ſeptimi; tanquàm inter cauſam & effectum. *Deus quievit*, &c. *idcircò benedixit*, &c. Proptereà etiàm nos ſimiliter diſtinguere oportet.

VII. Ille *inſtat*, ſibique probari cupit, Deum in illis ſaltem verbis Decalogi non reſpexiſſe ad hiſtoriam, quæ narratur Exod. XVI, 4, 5, 22, 23, 25, 26. *Et dixit Jeho-*

Jehovah ad Moſen; Eccè, ego pluo vobis panem de cœlo; & exibit populus, & colligent demenſum cujusque diei ſuo die; ut tentem illum, an ambulaturus ſit in lege meâ. Et erit ſexto die, & parabunt quod attulerint, & erit duplum .... Et factum eſt die ſexto, collegerunt alterum tantum; & venerunt principes, & indicârunt Moſi: Et dixit ad ipſos; Hoc eſt, quod locutus eſt Jehovah; Ceſſatio, ceſſatio ſancta Domino eſt *cras. Et fecerunt id ſupereſſe ad matutinum, & non fœtuit. & dixit Moſes, Edite id hodiè, quia Ceſſatio eſt hodiè Domino .... ſeptimo die ceſſatio. Et factum eſt die ſeptimo,* quidam *de populo exierunt. Et dixit Jehovah ad Moſen; Quouſque renuitis obſervare Præcepta mea & Leges meas. Videte, quòd Jehova dederit VOBIS Sabbathum* ceſſationem.... *& ceſſârunt populus die ſeptimo.* Si quis neget, Deum Exod. xx, 11. loqui de *benedictione* illius diei, quòd panem cœleſtem dedit Iſraëlitis ſine labore illius diei; & *ſanctificatione*, quòd Deus *dederit Iſraëlitis* eum diem *Ceſſationem ſanctam Domino*: eum neceſſe eſt dicere; aut, quòd illa benedictio illius diei non facta ſit ante Decalogum pronunciatum,

nec

nec mandatum Iſraëlitis de ceſſatione ſanctâ datum ſit; aut, quòd Iſraëlitis illa non potuerint jure venire in mentem, quùm illa verba audirent. Sed quod Hebræos attinet, vulgò in id conſentiunt.

Reſp. 1. Præceptum diſertè; *Memento diei Sabbathi*, &c. *Nam ſex diebus*, &c. *quievit verò die illo ſeptimo: idcircò benedixit Jehova diei Sabbathi*, *& ſanctificavit illum*; Sic cauſa cur Deus illi diei benedixerit, eumque ſanctificaverit, palàm aſſignatur; quoniàm ipſe ab operibus creationis quieverit die ſeptimo. Hanc cauſam antiquiſſimam demonſtrâſſe & viciſſe nobis ſufficit. Mannæ datæ, & ceſſationis ab eâ, nulla in iſto Pręcepto fit mentio: propterea cùm ex verbis Præcepti, ut ea exſtant Exod. xx. argumentamur, ceſſationem mannæ non commemoramus. Quidlibet ex quolibet extorquere non poſſumus, non debemus.

2. *Exod.* xvi. Sabbathum etiàm fuiſſe mandatum, agnoſcimus: ſed iſtam ejus primam vel antiquiſſimam inſtitutionem eſſe, hactenùs probatum non eſt.

3. Tunc dictum agnoſcimus, *Jehova*

dedit

dedit vobis Sabbathum; ſed *primam* ejus inſtitutionem referri ad iſtud tempus, & iſtud factum, non agnoſcimus. De præceptis repetitis etiàm uſurpatur iſta phraſis. Sic Joh. VII, 22. expreſſe; *Moſes dedit vobis Circumciſionem*; *non quòd ex Moſe ſit*; *ſed* quia *ex Patribus*. Imò quod magis; cùm Servator Diſcipulis ſuis dixit, non ſolùm, *Præceptum do vobis*; ſed etiàm, *Præceptum novum do vobis*, *Ut alii alios diligatis*: *ſicut dilexi vos*, *ut vos etiàm diligatis alii alios*. iſta tamen prima charitatis inſtitutio non eſt; ſed à principio mandatæ repetitio & nova confirmatio. Sic idem *vetus* & *novum Præceptum* appellatur, 1 Joh. II, 7, 8.

4. Deum in deſerto, juxta *Exod.* XVI, Iſraëlitis pridiè Sabbathi dediſſe duplam portionem Mannæ, etiàm ante Decalogi promulgationem in monte, agnoſcimus quoque; atque indè Iſraëlitas Sabbatho habuiſſe panem cœleſtem ſine labore iſtius diei: ſed illam appellari *benedictionem Sabbathi*, & quidem *primam ac antiquiſſimam*, atque ſic ſpectatam in verbis quarti Præcepti, Exod. XX. nuſquàm apparet.

5. Deum

Digitized by Google

5. Deum *Iſraëlitis* tunc etiàm *dediſſe Sabbathum*, *ceſſationem ſanctam Domino*; ſic ipſum *ſanctificâſſe*, agnoſcimus ſimiliter: ſed illam fuiſſe primam ejus ſanctificationem, nec priorem ſpectari, imò diſertè non aſſignari, Exod. xx. negamus.

6. Iſraëlitis iſtam Sabbathi repetitionem & novam confirmationem, quæ facta eſt in datione mannę, Exod. xvi. etiàm in mentem venire potuiſſe, cùm in quarto Decalogi Præcepto ejuſdem repetitionem, & aliam antiquiorem inſtitutionem ac rationem audirent, facilè admittimus: ſic tamen ut antiquiorem illam inſtitutionem ac rationem agnoſcere illi debuerint, atque etiàm nos eam agnoſcere debeamus.

7. Hebræos vulgò in id conſentire, quòd Deus Exod. xx. propriè loquatur de *benedictione* Sabbathi, ejusque *ſanctificatione*, tunc primùm factâ, cùm Iſraëlitis manna daretur ſine labore iſtius diei, mihi hactenùs non conſtat. Sed neque eorum Gloſſis Textui repugnantibus fides habenda eſt.

8. Pau-

8. Pauca interim libet excerpere ex Conciliatore Menaſſeh ben Iſraël. Is ad Quęſt. xxxvii. in Exodum, ſic loquitur §. 11. Iidem quoq; *veteres Sapientes* nota-
„ verunt, *Sabbathum ſignificare creationem*
„ *mundi*; quietem autem ejus, parvam qui-
„ etem quæ Iſraëlitis in Ægypto conceſſa
„ fuerat. Ideóque in Decalogo dici, *Me-*
„ *mentote diei Sabbathi*, ut memores eſ-
„ ſent rei antiquiſſimę, ſcilicet creationis
„ mundi: quamobrem ſubjici, *Quia ſex*
„ *diebus creavit Dominus cœlum & terram.*
„ At quietem, quę illo die capitur, reſpi-
„ cere verba, *Servate diem Sabbathi*: dein
„ rationem reddi, ut gauderent, his ver-
„ bis, *Recordaberis ſervum te fuiſſe in Æ-*
„ *gypto*: ac ſi diceret, *cogita in Ægypto*,
„ *ubi ſerviebas, etiàm ipſo Sabbatho per*
„ *vim te coactum ad labores.* Secundùm
„ hanc obſervationem, cùm ajunt Sapien-
„ tes recordari & cuſtodire ſimul dicta eſ-
„ ſe, ſignificant, *Sabbathi duas cauſas* eſſe,
„ *creationem mundi, & ſervitutem in Æ-*
gypto. Atque iterùm §. 1x. Ego ad expe-
„ diendam hanc difficultatem dixerim,
„ (quemadmodùm rectè Tornoropho re-
„ ſpon-

„ſpondit R. Aquiba) *duo teſtimonia eſſe*
„ *Sabbathi à Deo ſanctificati. Prius* eſt flu-
„ men Sabbathicum, ----. *Alterum ſan-*
„ *ctificati Sabbathi teſtimonium* idem R. A-
„ quiba eſſe ajebat, quòd eo die magi &
„ præſtigiatores (idque ipſi confitentur)
„ nullo modo pravas & nefarias artes ſuas
„ exercere poſſunt. In Semot Raba cap.
„ xxv. quoque *tertium* memoratur, vide-
„ licet *manna*, quod Sabbatho non deſcen-
„ debat, ne quis laboraret in eo colligen-
„ do. Igitur Deus benedictus cupiens *Sab-*
„ *bathum, cujus ſanctimoniam tantis docu-*
„ *mentis approbaverat, æternùm ab omni-*
„ *bus coli, decem Præceptis illud inſeruit:*
„ quò ſcientes *Præcepta æterna eſſe*, etiàm
„ *hoc inter ea habendum* intelligerent. Quia
„ autem non ſufficiebat recordari, addit,
„ cuſtodite, nimirùm ut coleretur. Sic il-
le Præceptum de Sabbatho æternum eſ-
ſe concludit, quemadmodùm & reliqua
Decalogi; atque illius teſtimonium ali-
quod etiàm in datione mannæ.

Idem porrò Quæſt. xxxvII. concilia-
tionem molitur inter Exod. xx, 10. &
Deut. v, 15. Quòd ſcil. Sabbathum illic

ad creationem mundi, hîc ad ſervitutem Ægyptiacam, referatur. Sic autem inter alia loquitur; Quarè Deus benedictus, *ut*
„ *omnes memores eſſent creationis mundi*,
„ rei tàm notabilis, *juſſit ſeptimo die eos*
„ *quieſcere*; ut de causâ quietis interroga-
„ ti, reſponderent, *Dominum feciſſe ſex die-*
„ *bus cœlum & terram*; quomodò futurum
„ erat ut caput hoc, quod principium &
„ fundamentum reliquorum eſt, firmiter
„ mente tenerent. Jàm verò in illo pręce-
„ pto duo ſunt *effectûs diverſi à diverſis cau-*
„ *ſis procedentes*. Unus *à creatione mundi*,
„ alter à ſervitute Ægyptiacâ. Prior effe-
„ ctus eſt, quarè Dominus *magis Sabbatho*,
„ *quàm alio quovis die*, *quietem imperave-*
„ *rit*; nimirùm, quia *ipſe, creato ſex diebus*
„ *mundo, ſeptimo quievit*. Alter eſt, cùm
„ *Iſraëlitæ longo demùm tempore poſt Sabba-*
„ *thum eſſe cœperint*, quare illis peculiari-
„ ter præceptus ſit illius diei cultus; vide-
„ licet propter ſervitutem in Ægypto:
„ nam pro laboribus, quos illîc ſubire co-
„ acti erant, quies poſteà illis data eſt, &c.
Ità ab illis Hebręis Sabbathum non ad ceſ-
ſationem mannæ, & ſanctificationem i-
ſtiu

ſtius diei tunc primùm factam, refertur; ſed ad aliud principium, creationem mundi: ſic quidem ut ipſi Iſraëlitæ longo demùm tempore poſt Sabbathum eſſe cœperint.

VIII. Adverſùs tertium Argumentum noſtrum, deſumtum ex *Hebr.* IV, 3, 4. *excipit Opponens*; Paulus loquitur de ipſâ ſeptimâ, in quâ Deus quievit. Et ideò removet hoc Sabbatum à promiſſione, quę innuitur Pſal. xcv. quia hoc Sabbathum fuit in mundi exordio, & eſt inter præterita.

Reſp. 1. Paulum loqui de ipſâ ſeptimâ, in quâ Deus quievit, fatemur. Sed de eâ ſic ſolùm loqui, negamus. Agit enim de Sabbatho ad homines relato; quatenùs homines eo fruuntur, vel etiàm non fruuntur. Sic conſiderat Sabbathum ſeptimi diei, Sabbatiſmum terræ Canaan, & Sabbatiſmum ſpiritualem ac cœleſtem. Cùm igitur Apoſtolus allegatis primùm ex Pſal. xcv. verbis, *Itaque juravi in irâ meâ, ſi ingreſſuri ſint in requiem meam*; ſubjicit hanc ſententiam: *quamvis operibus à jacto mundi fundamento factis*; ejusque confirmationem

onem: *Itâ enim dixit quodam in loco de Septimo die; Et requievit Deus die Septimo ab omnibus operibus ſuis*; omninò indicat, homines aliquam quietem à Deo accepiſſe, indè à jacto mundi fundamento, ſcil. die Septimo, quo ipſe Deus requievit ab operibus ſuis, & homines ſuo exemplo quieſcere deinceps voluit: quod hoc loco erat probandum.

2. Illud Sabbathum refertur ad mundi exordium & præterita; quatenùs tàm antiqua eſt ejus inſtitutio, & obſervatio tàm diù obtinere ſaltem debuit.

3. Contradiſtinguitur autem Sabbatiſmo promiſſo, qui innuitur Pſal. xcv. quia promiſſio eſt rei non præteritæ, aut præſentis ut ſic; ſed futurę. *Introibunt in requiem meam.* Iſta promiſſio, docente Apoſtolo, non poteſt intelligi de Sabbatho hebdomadali, quaſi homines in illo futuri eſſent participes quietis Dei: cùm requies iſta hebdomadalis, & participatio iſta vel imitatio quietis ipſius Dei, tàm dudùm fuerit data vel inſtituta; à *jacto mundi fundamento.*

IX. Ille *pergit;* Errat igitur, qui putat

tat, Sabbatiſmum, qui eſt præceptus Iſraëlitis in Decalogo, non comprehendi in requie, in quam Iſraëlitas introduxit Joſuas, ſed ei *contradiſtingui*. Non enim *contradiſtingui* Sabbati quietem quieti terræ Canaan, vel hinc clarum eſt, quòd Moſes in ipſius Decalogi repetitione Deut. v, 16. quietem Sabbati docet agendam ad memoriam liberationis ex ſervitute Ægyptiacâ.

Reſp. 1. Non dixi, *non comprehendi*; ſed dixi *contradiſtingui*. Pars in toto *comprehenditur*, aliquâ tamen conſideratione poteſt ei *contradiſtingui*.

2. Sabbathi autem hebdomadalis quies, *contradiſtinguitur* quieti terræ Canaan, à moleſtâ peregrinatione per deſertum, vel etiàm à bellorum turbis; *tùm* antiquitate; *tùm* rebus, à quibus quieſcendum eſt. Interim in toto complexû quietis terræ Canaan involvi tranquillam iſtîc Sabbathi hebdomadalis, ac porrò totius cultûs Divini, obſervationem, libens agnoſco. De requie terræ Canaan dicitur Deut. XII, 9. Non enim adhùc ingreſſi e-
„ ſtis in illam *requiem*, *&* *poſſeſſionem* il-

„ lam; quam *Jehova Deus tuus dat tibi*. Sed „ ubi trajecto Jardene, *habitabitis terram*, „quam Jehova Deus veſter *poſſidendam* dat „ vobis, & *quietem dederit vobis ab omni-* „ *bus inimicis veſtris* circumquâque; ità ut *habitetis ſecurè*: Erit, &c. Iterùm cap. xxv, 19. Futurum eſt, cùm *quietem* „ *dederit Iehova Deus tuus tibi ab omnibus* „ *inimicis tuis circumquâque, in terrâ*, quam „ Jehova Deus tuus dat tibi in poſſeſſio- „ nem, ad poſſidendum eam jure hæredi- „ tario, ut deleas memoriam Hamaleki ſub cœlis. Similiter Joſ. 1, 13. Jehova De- „ us veſter *quietem* largitur vobis, quòd dedit vobis *terram hanc*. Et verſ. 15. Uſ- „ que dùm *quietem* largitus ſit Jehova fra- „ tribus veſtris, ut vobis; & *jure hæredi-* „ *tario poſſideant etiàm ipſi terram*, quam „ Jehova Deus veſter dat eis: tunc rever- temini, &c. Sic 1 Reg. iv, 24, 25. de Salomone: Et *pax erat* ei ab omnibus „ lateribus ſuis circumquâque: Adeò ut „ *conſideret Iehuda & Iſraël ſecurè quiſque* „ *ſub vite ſuâ, & ſub ficû ſuâ*, &c. Ne nunc dicam, Sabbathum ſaltem in deſerto inſtitutũ fuiſſe; & ab Iſraëlitis hebdomadatim actum,

actum, antequàm in terram Canaan veniſſent. Aliud ergò eſt loqui de Sabbatho hebdomadali, aliud de requie terræ Canaan.

3. Deut. v, 14, 15. mandavit Deus, ut Iſraëlitę ſervis & ancillis ſuis Sabbatho quietē concederent, quemadmodùm ipſi quieſcere deberent; addito argumento, à recordatione ſervitutis ſuę in Ægypto. Qui enim ipſi à Deo liberati erant ex ſervitute, eos etiàm ſervis ſuis quietem Sabbathicam concedere ęquiſſimum fuit, ad Deum liberatorem ſuum colendum pariter ſecùm. Imò, cur non & hoc modo? Vos in ſervitute Ægyptiacâ experti eſtis, quàm durum ſit etiàm Sabbatho ad opera ſervilia cogi; ejus rei memores, ne idem facite ſervis & ancillis veſtris, ſed quietem iſtis dieiis concedite, ut ipſi vobiſcùm cultui Divino & gratiarum actioni vacent. Confer quæ ſup. th. VII. ex Hebræis allegata ſunt.

X. Opponens propoſitum *urget*: Si ea quies ſemper agi ab Iſraëlitis debuit, quomodò comminatio Dei in Pſal. xcv. de excludendis inobedientibus à requie Dei, probari poteſt eſſe alius generis quies, eâ

ratione; quia futura *quies Dei* non pertinet ad Sabbatum primum, aut quietem terrę Canaan? Nam tùm Pſalmi comminatio intelligi poſſet de excluſione ab ocio hebdomadali & quiete terrę Canaan; neque neceſſariò intelligeretur quies alîus generis. Sic enim argumentatur Apoſtolus; A quâ quiete excludentur introducti in terram à Joſuá, ea eſt alîus generis ab illâ, quam à Duce Joſuâ obtinent. Ratio autem hujus conſequentię illa eſt ſola, quia tempus futurum erat, quo Iſraël & quietem erat acturus, & nec terram erat curaturus, nec Sabbati ἀργίαν celebraturus. Alioqui enim talis excluſio à quiete Iſraëlitarum intelligi poſſet, qualis contigit decem tribubus & tribui Judæ abductis extrà terram. Sed hujus quietis participes ſunt etiàm, qui extrà terram ſunt. Certè eſt quies à quâ excluduntur etiàm Judæi σαββατίζοντες in terrâ. Quia autem *alia* eſt hæc *quies*, indè ſequitur Joſuam illos non omninò feciſſe quieſcere, & totum ſtatum Iſraëlitarum *quietem* reverâ non eſſe, ſed tantùm umbram quietis. Vide Hebr. IV, 8.

Reſp. 1.

Reſp. 1. In comminatione Pſalmi xcv. non poteſt intelligi excluſio ab ingreſſu in quietem Sabbaţhi hebdomadalis: quià reverâ tempore Joſuæ, & ante ipſum, illud Sabbathum ipſi contumaces etiàm acceperunt ſuomodo; non autem ab eo prorſùs excluſi fuerunt.

2. Neque intelligi poteſt excluſio ab ingreſſû in quietem terræ Canaan; quia Pſalmus ille conſcriptus eſt tàm diù poſt introductionem Iſraëlitarum in iſtam terram, & quidem ipſis iſtîc habitantibus: David verò admonitionem pro præſenti illo tempore proponit, *Hodiè ſi vocem ejus audieritis, ne obduràte corda veſtra*: eique comminationem ſubjicit, fore aliàs ut *non introirent in requiem Dei*: conſequenter intelligi debet quies, quę tunc data nondùm erat, ſed danda auſcultantibus, non danda contumacibus. Venerabilem Bezam audiamus ad locum: is ſic habet; Ne quis „ objiceret illa intelligi de terrâ Chanaan „ & Moſis doctrinâ, ac proïnde ad Chri„ ſtum & vitam æternam non rectè trahi, „ oſtendit Apoſtolus *duplicem requiem in* „ *Scripturis* commemorari, *unam diei ſe-*

 ptimi

„*ptimi*, quâ Deus dicitur ab omnibus o-
„peribus ſuis quieviſſe; *alteram* verò com-
„memorari, *in quam Joſua populum intro-*
„*duxit*: ſed quæ *requies non* ſit *ultima*, ad
„quam vocamur; quod probat *duabus ra-*
„*tionibus*. Cùm enim *tanto poſt tempore*
„*David populum alloquens in terrâ Chana-*
„*an collocatum*, utatur adverbio *Hodiè*,
„& minetur *non ingreſſuros in requiem Dei*
„qui *vocem Dei tunc ſonantem* repudiârint;
„neceſſe eſt dicamus, *aliud tempus quàm*
„*tempus Moſis*, & *aliam requiem quàm ter-*
„*ram Chanaan*, ab eo ſignificari. Ea verò
„eſt *æterna illa*, in quâ ceſſante hujus vitę
„curſû, incipimus Deo vivere; *ſicut De-*
„*us die ſeptimo ab illis ſuis operibus* (id eſt,
„ab hoc condendo mundo) deſtitit. Si-
„gnificat autem ſimul Apoſtolus, in uno
„demùm Euangelio aperiri hujus requie-
„tis iter, quam Moſes & terra Chanaan,
„& tota illa legalis œconomia adumbra-
vit. Confer, ſi placet, Doctiſſimos In-
terpretes Belgicos.

3. Intelligi etiàm non poteſt ademtio quietis in illâ terrâ, per expulſionem: quia in comminatione non dicitur, fore ut

ex-

Digitized by Google

expellerentur ex ſuâ requie; ſed dicitur, fore ut *non introëant in requiem Dei*, ſi hodiè vocem Dei audientes corda ſua obduraſrent. Atque ità verſû 8. dicitur: *Nam ſi Jeſus* (Joſua filius Nun) *eos in requie collocâſſet*, *nequaquàm David de alio poſthàc die locutus* fuiſſet.

XI. Superiori argumentationi idem *ſubjicit*: Refertur ſanè ceſſatio Iſraëlitis mandata in Decalogo ad *quietem Dei*, non tamen ut originem, ſeu initium; ſed ut ad objectum commemorandum ceſſatione ab operibus ſuis.

Reſp. 1. Quies Dei ab operibus creationis, verè eſt origo, ſeu initium Sabbathi in Decalogo præſcripti: non autem ſolummodò objectum tunc commemorandum. Exceptio iſta probari debuiſſet.

2. Atque illa antiquitas Sabbathi pertinet ad robur argumenti Apoſtolici. Quęritur enim, quæ quies Dei intelligenda ſit, cùm contumaces dicuntur in eam non introituri? & ſpecialiùs, an ibi agatur de quiete Septimi diei? Quia verò appellatur introïtus in requiem Dei, neceſſariò ſpectari debet communicatio ejus ad

homines. At Dei requies, quę ſeptimo die à creatione fuit, communicatur propriè Sabbatho, quo quieſcimus ab operibus noſtris per ſex dies factis, ad exemplum ipſius Dei: *nam qui ingreſſus eſt in requiem ipſius, requievit & ipſe ab operibus ſuis, quemadmodùm à ſuis Deus:* Hebr. IV, 10. Apoſtolus verò probat, non agi de introitû in illam quietem Dei; quia opera, à quibus Deus ſic quievit, à jacto mundi fundamento, ſeptimo ſtatim die, fuerunt conſummata; *verſ.* 3, 4. Iſtâ propoſitione expreſſit Apoſtolus antiquitatem illius quietis Dei ad homines relatæ, ſive introïtûs in eam. aliam ejus antiquitatem, aliud initium, prorſùs non aſſignat; ſed illam aſſignat, atque ex eâ argumentatur. Sic colligit, quòd David præſentem ſuo tempore diem appellans, Sabbathicum iſtum introitum in quietem Dei non intelligat; utpotè antiquiorem. Quomodò autem antiquiorem? *Operibus* ſcil. *à jacto mundi fundamento ſactis.*

XII. Porrò *inquit*, Sabbatiſmum Pſalmi non ſolùm eſſe ſabbatiſmum gloriæ; ſed etiàm gratiæ Novi Teſtamenti, qui eſt in

inquiete à ſiti & ſervitute. Hunc per *contumaciam* perdi; per *fidem* ſtatim accipi. Heb. IV, 3, 10.

Reſp. 1. Omninò aſſentior ab introitû illo in requiem Dei, quem David in Pſalmo reſpicit, ſtatum gratiæ, qui in hoc ſeculo per fidem accipitur, non eſſe excludendum; licet conſummatio poſt hoc ſeculum ſpectanda ſit potiſſimùm, tanquàm ultimum & perfectiſſimum Promiſſionis complementum.

2. Gratia illa per fidem accipienda ad Novum Fœdus pertinet procul dubio; ſed ad Novum Teſtamentum non eſt omninò reſtringenda, excluſo tempore V.T. Certè ſub V. T. adventus Meſſiæ futurus expectabatur, qui ſub N. T. exhibitus, conſummavit quæcunque ad ſalutis impetrationem pertinent; & majorem gratiæ menſuram fidelibus ſuis præbet. Attamen ſub V. T. nec mera ſervitus obtinuit, nec ſitis omninò relicta eſt; cùm ſalutis applicatio etiàm tunc facta fuerit, tùm in temporali vitâ, tùm poſt eam. *Imò per gratiam Domini Jeſû Chriſti credimus nos ſervatum iri, quemadmodum*

& illos; Act. xv, 11. Fideles tunc quidem fuerunt hæredes infantes; ac proindè ſub ſpeciali Legis œconomiâ & cerimoniarum onere, tanquàm ſub pædagogo, tutoribusque & curatoribus, conſtituti: reſpectû iſtius ſubjectionis non differebant à ſervis; attamen reverâ erant *hæredes* & *domini omnium*; Gal. iv, 1, 2, 3. Confer Rom. iv, 10--13. Et David cecinit Pſal. xxxvi, 8, 9. *Quàm pretioſa* eſt *benignitas tua Deus*; *cùm filii hominum ad umbram alarum tuarum ſeſe recipiunt. Uberrimè explentur pinguedine domûs tuæ; & de torrente deliciarum tuarum bibendum das eis*. Similiter Pſal xxiii, 1, 3, 5, 6. *Jehova paſtor meus* eſt; *non poſſum egere.----Animam meam quietam efficit.----Inſtruis coram me menſam è regione hoſtium meorum: delibutum reddis unguento caput meum; poculum meum exuberans. Nihil niſi bonum & benignitas proſequentur me omnibus diebus vitæ meæ: & quietus ero in domo Jehovæ, in longitudinem dierum*. Paulus etiàm docet 1 Cor. x, 3, 4. Patres *omnes eandem eſcam ſpiritualem ediſſe*; *& omnes eundem potum ſpiritualem bibiſſe. Bibebant enim ex*

ſequen-

Digitized by Google

ſequente ſpirituali petrâ; *Petra verò illa erat Chriſtus.* Illi ergò biberunt ex petrâ ſequente; nos ex eâdem præcedente bibimus: Nam *Ieſus Chriſtus heri & hodiè idem eſt, & in ſæcula*; Hebr. XIII, 8. Sed hęc nihil contrà Sabbathi hebdomadalis antiquitatem, quę nobis erat probanda & defendenda.

CAPUT VI.

Præceptum Sabbathi Decalogo inſertum; atque ità Moralibus accenſitum. An Decalogus dicendus Compendium quoddam & Syſtema totius Legis Moſaïcæ, ſeu Fœderis integri à Deo per Moſen cum populo Iſraëlitico initi, cujus partes etiàm ſint Lex Cerimonialis & Politica? An nihil niſi Fœdus gratiæ continuerit; ſive Fidem promiſſionis, quæ operoſa eſſet per charitatem. Diſcrimen Legis & Euangelii.

I. SAbbathum Decalogo etiàm præcipi; imò antiquiſſimam ejus inſtitutionem iſtîc repeti, oſtenſum ac defenſum eſt cap. ſuperiori. Decalogum autem digito ipſius Dei Tabulis lapideis inſculptum, ſic Iſraëlitis traditum, in Arcâ Fœderis conditum ſub Propitiatorio, &

& ab inſtitutis Cerimonialibus ac Politicis ſatis manifeſtè diſtinctum, Legis Moralis compendium jure merito arbitramur. Ubi aliàs, & quomodò, ſolidè pedem figemus; acturi de Lege Morali, quæ fuit ſub V. T. quamque nos defendimus contrà Socinianos, Anabaptiſtas, & eorum ſimiles, à Chriſto non eſſe mutatam pro N. T.? Cùm autem *decem verba* Deus ipſe diſertè appellaverit, *Deut.* x, 4. quę etiàm diſtinctè comparent; non ſolùm novem, ſed omninò decem iſta Præcepta, habenda ſunt Moralia; δεκάλογον, non ἐννεάλογον. Neque excipiendum ab iſto ordine quartum Præceptum, & ad Cerimonialia V. T. relegandum magis, quàm ullum aliud: cùm nec in ipſo Præcepto, nec in ratione additâ, neque alibi, ullum iſtius exceptionis & relegationis ſolidum fundamentum occurrat, ſed quidem ratio Cerimonias V. T. ſuâ antiquitate ſuperans.

II. Si quis *excipiat*, quòd nimis ſecurè videamur aſſerere, Decalogum eſſe tantùm Epitomen & Compendium Legis Moralis: cùm ſit totius Legis Moſaïcæ, ſeu

Digitized by Google

ſeu Fœderis integri à Deo per Moſen cum populo Iſraëlitico initi, Compendium quoddam & Syſtema; cujus partes etiàm ſunt Lex Cerimonialis & Politica: quæ nihil aliud ſunt, quàm ſpeciales Legis Moralis appendices, & rivuli ex fonte illo ęquitatis deducti. Ità ut Leges Cerimoniales ſint quędam externa primæ Tabulæ Exercitia, quæ Cultum Dei in primâ Tabulâ præſcriptum per externas circumſtantias determinent: Leges verò Forenſes ſint Exercitia ſecundæ Tabulę, quæ Juſtitiam erga homines exercendam, in ſecundâ Tabulâ præſcriptam, ſimiliter per externas circumſtantias limitent.

Reſp. Ut Præcepta Cerimonialia, tanquàm ſpecies analogicę, reducantur ad priorem Decalogi Tabulam: & nominatim ad ſecundum & quartum Præceptum, faciles admittimus; quemadmodùm etiàm Præcepta Forenſia Moſaïca, ad poſteriorem Tabulam: convenienter iis quæ ſuperiùs in iſtam ſententiam dixi, cap. 1. th. 11, & 111. Verùm indè non magis ſequitur, ipſum quartum Pręceptum eſſe Cerimoniale, quàm ſecundum eſſe tale; itémque

Præ-

Præcepta poſterioris Tabulæ, ad quæ r
ducuntur illa Forenſia, eſſe etiàm iſtiu
modi, non autem verè Moralia. Ipſu
principale, ad quod alia utcunque r
ducuntur, diſtingui debet ab iis, quę a
illud reducuntur. Quid aliàs fieret de L
ge Morali; quid remaneret tandem? H
ſecurè negligendum non eſt; ne parù
feliciter contrà Socinianos, & alios, a
ſtruamus, Eadem Præcepta Moralia, q
fuerunt ſub V. T. etiàm nunc obtinere ſ
N. T. ut ſecundùm iſtam normam mor
vivendi, noſtramque gratitudinem, ac n
vam obedientiam, inſtituamus; neque a
rogatis veteribus Præceptis Moralibu
nova illis à Chriſto eſſe ſurrogata, vel o
rogata.

III. Eſt qui *dicit*; In Decalogo co
tinetur, ut repetitio *Teſtamenti*, ità & ſ
pulatio Fœderis gratiæ. Undè & ברי
(quod valet cùm *Teſtamentum*, tùm F
dus) ſæpiùs appellatur. Vide ſaltem Ex
XXIV, 7, 8. *Teſtamenti* repetitio eſt in
lis verbis: *Ego ſum Jehovah Deus tu*
Quæ verba ſunt ſecundùm condition
illius temporis, non annunciativa ſalu
pro

procuratæ, ſed promittentia ejus procurationem. Præterea Teſtamentum proprium Iſraëli continetur illis verbis; *Ut diù vivas in terrâ, quam Dominus Deus tuus dat tibi*; h. e. jàm jàm dabit. Quarè aſtipulatio Fœderis gratiæ hîc exacta eſt fides promiſſionis, ſive expectatio futuri; & interim pignoris dandi amplexatio.

Reſp. 1. *Decalogus* Decem Verba aut Sententias notat; tot Legis Pręcepta. Hæc in ſyſtemate illo *Exod.* xx, & *Deut.* v. non ſimpliciter proponuntur, ſed rationibus aliquot confirmantur inſuper, convenienter ſtatui hominum, quibus iſtud ſyſtema ſic primùm fuit traditum. Præcepta illa *Moralia* ſunt; morum vivendi communis norma: hinc *Legem Moralem* dicimus. Si autem conſiderentur ſub ſanctione, Qui fecerit ea, vivet in iis; ſed maledictus, qui non manſerit in omnibus, *Fœdus Legale*, ſive *operum*, conſtituunt; eorumque perfecta obſervantia ſub illo Fœdere conſummata, fuiſſet *Juſtitia operum.* Vide *Rom.* x, 5. *Gal.* III, 12, 10. Eadem verò Præcepta ad ſtatum Gratiæ relata, ſunt etiàm iſtîc norma vitæ, & no-

væ

væ obedientiæ ac gratitudinis; atque e
fine in ſanctificatione cordibus hominu
inſcribuntur obſervanda; *Hebr.* VIII, 1
x, 16. Rationes Præceptis additæ ab
pſis Præceptis diſtingui debent. In ill
comminatoriæ ad Fœdus Legale propri
pertinent; utpotè *Ego Jehova Deus tuu*
Deus *fortis zelotes* ſum, *viſitans iniquit*
tem patrum in filios, in nepotes, in abnep
tes, in eos qui odio proſequuntur me; Exo
xx, 5. Itémque, *Non relinquet impunem J*
hova eum, qui aſſumſerit nomen ſuum in v
num; verſ. 7. Promiſſoriæ ad Fœdus E
angelicum referri poſſunt; quatenùs b
na illa ex Chriſto in nos derivantur, Chr
ſtus tale jus nobis acquiſivit, atque ſic e
ejus plenitudine accipimus gratiam p
gratiâ, initialiter quidem in hoc ſæculo
potiſſimùm verò in altero. Hùc pertine
verba verſ. 6. *Exercens benignitatem*
milleſimos, à patribus, *qui diligunt me*
qui obſervant mandata mea. Et verſ. 1
Ut prolongent dies tuos ſuper terram illa
quam Jehova Deus tuus dat tibi. Quin
propoſitio illa verſ. 2. *Ego* ſum *Jehova D*
us tuus; qui eduxi te è terrâ Ægypti, è do
ſerv

ſervorum. Et Deut.v,21. *Meminerìs te ſervum fuiſſe in terrâ Ægypti*, *Jehovam verò Deum tuum eduxiſſe te indè manû forti & brachio extento.* ſi nimirùm beneficia iſta ſpecialia conſiderentur ut typica, ſigna beneficiorum ſalutarium ac cœleſtium, & quidem in Chriſto Fœderis Euangelici Mediatore, ſalutis fonte, promiſſionum iſtarum fundamento. *Hebr.* VIII, 6. 1 *Tim.* II, 5. *Joh.* 1, 14, 16, 17. XIV, 6. 1 *Cor.* III, 11. 2, 1, 20. *Eph.* 1, 3. *Hebr.* XII, 24, &c.

2. Fides in ſe ſpectata, ut virtus eſt, procul dubio præſcribitur etiàm primo Decalogi Præcepto; ſic quidem ut credi oporteat fide Divinâ, quæcunque aſſeruntur teſtimonio Divino: ac proindè etiàm veritates Euangelicas, ubi eæ ſic fuerint propoſitæ: non autem exigitur quinto Præcepto, quod poſterioris Tabulæ eſt; & officia proximo, ratione dignitatis vel eminentiæ alicujus, debita mandat.

3. Lex Moralis, ſive Pręcepta Decalogi, per ſe non ſunt formaliter ipſum Fœdus operum; ſed ſunt ejus materiale. Sanctionem fœderalem accedere oportet, tan-

tanquàm formale. Interim ſynecdochi
dicit Apoſtolus; *Lex iram efficit*; Rom.
15. *Non ſumus ſub Lege, ſed ſub Gratiâ*; v
14, 15. *Lex juſto non eſt poſita, ſed ſceler*
tis, &c. 1 Tim. 1, 9. ubi manifeſtè Le
ſpectatur ſub Sanctione fœderali operun
& pœnarum comminatione ſecundùm r
gorem juſtitiæ; à quâ fideles per Chriſtu
liberati ſunt. *Nulla* enim eſt *condemnat*
iis qui ſunt *in Chriſto Jeſû*; Rom. VII
1. Atque adeò, *Quis intentabit crimin*
adverſùs electos Dei? Deus is eſt *qui juſt*
ficat. Quis eſt qui condemnet? Chriſtus
eſt *qui mortuus eſt*; *imò verò qui etiàm ſ*
ſcitatus eſt, &c. verſ. 33, 34. Ea verò Le
ſive Præcepta, ingrediuntur quoq; Fœd
Euangelicum, tanquàm materia remot
quatenùs Chriſtus illa ſervavit ac præſ
tit perfectiſſimè, & juſtitiam conſumm
vit, quâ per fidem acceptâ, ſic nobis imp
tatâ, nos juſti conſtituimur coram De
quemadmodùm idem Sponſor noſter m
ledictioni Legis etiàm ſatiſfecit, nol
ſque remiſſionem & liberationem ab
acquiſivit. Vide *Pſal.* XL, 9. *Hebr.* x,
10. *Matth.* III, 15. *Rom.* v, 18, 19.
Co

Cor. I, 30. *Gal.* III, 10, 13. Hęc ſalus Euangelio annunciatur; per illam juſtitiam beatitudo obtinenda promittitur Fœdere gratiæ. Atque inſuper ad novam obedientiam & gratitudinem Lex eadem cordibus noſtris inſcribitur per Spiritum ſanctificantem, ut Præcepta illa obſervemus, tanquàm normam actionum & morum vivendi; *Jerem.* XXXI, 33. *Ezech.* XXXVI, 26, 27. *Hebr.* VIII, 10. X, 16.

4. Ad uſum & reſpectum illum Euangelicum pertinet, quòd liber ille Fœderis convenienter œconomiæ V. T. typico ſanguine Fœderis vel Teſtamenti fuerit conſperſus; *Exod.* XXXIV, 7, 8. *Hebr.* IX, 18. Sic enim neceſſe fuit ſanguinem Chriſti intercedere ad Fœdus gratiæ confirmandum, Teſtamentum conſummandum, maledictionem auferendam, Juſtitiam impetrandam; atque ut nos fieremus amici Legis, hęc autem nobis Lex libertatis, non gravis, ſed ſuavis. *Heb.* IX. 16, 17, 22. 23. *Pſ.* CXIX, 40, 47, 97. *Rom.* VII, 22. *Jac.* I, 25. II, 12. I *Ioh* V, 3. *Matth.* XI, 28, 30.

IV. Ille *pergit*: In pronunciatione Decalogi fuit adjunctus ingens terror; qui

non

non eſt comitatus promulgationem. No
vi Teſtamenti. Vide Hebr. xii, 18 -- 24
Pſal. lxviii, 8 -- 12, 19, 20, 21. Et ver
ba quæ Deus extra decem verba deincep
pronunciavit de Pręceptis in Decalog
contentis, Levit. xix, 5. quæ & repetun
tur Ezech. xx, 11. nempe quòd ſint *præ
cepta & ſtatuta, quæ qui facit, vivit in eis*
ea effecerunt in auditoribus Decalogi, u
cogerentur ea verba etiàm conſiderar
tanquàm *Legem operum.* non quòd hâ
mente & intentione Deus ea Præcepta i
Decalogo proponat populo, ut ex facti
vitam ſperarent (ſic enim fuiſſet & De
calogus & tota Lex contraria Promiſſio
ni, Gal. iii, 21.) ſed quòd ad naturam
& indolem reſipiſcentiæ pertineat agno
ſcere juſtitiam Legis operum, & eam ſib
minimè arrogare; & agnoſcere juſtitiam
veram in eo, qui factus Iſraëli in Deum
& rursùs omnem veritatem & ſanctita
tem, quæ eſt ſecundùm Legem operum
amare, & in eâ ſe exercere. Quarè, ſi qui
putet, Decalogum primò Iſraëli propoſi
tum fuiſſe ut formulam *Fœderis legalis* ſi
ve *operum*, errabit toto cœlo. Et in e
error

errore ſunt Judęi, quærentes in Decalogo *legem juſtitiæ* propriæ. Rom. IX, 31. Aliud eſt Decalogum in ſe conſiderare; aliud Legem operum conficere ex Decalogo, addendo ad quædam præcepta illius, *Qui fecerit ea, vivet in eis.*

Ergò Decalogus nihil niſi Fœdus gratiæ continuit, ſive fidem promiſſionis, quæ operoſa eſſet per charitatem. Et hùc uſque ſtatus Iſraëlis non multò deterior fuit factus ſtatù Abrahami, Iſaaci & Jacobi; qui in fide promiſſionis ità vixerunt, ut Deus *peccata non imputaret.*

Reſp. 1. In Decalogo igitur continentur Pręcepta, quę ſi quis faceret, ille in eis viveret; atque adeò materia Fœderis Legalis, ſive operum: ſic ea conſiderari debuerunt. Hùc rectè refertur terror promulgationi adjunctus; & ſanctio illa poſtmodùm expreſſa, Maledictus qui non impleverit iſta omnia; *Deut.* XXVII, 26. Sic diſtinguenda Lex ab Euangelio.

2. Nemo autem ex factis ſuis vitam ſperare debuit, vel debet; quia nemo ψιλάνθρωπος conditionem illius Fœderis perfectè præſtitit: Atque unica ſalutis ratio

tio

tio poſt lapſum comprehenſa eſt promiſſione Euangelicâ. Quod ut contrà Judęos tenendum; ſic item contrà omnes illos, qui juſtificationem coràm Deo in juſtitiâ propriâ ſtatuunt.

3. Fides prærequirit, ut intelligamus, quæ ſit juſtitia Legis operum, eamque nobis minimè arrogemus: requirit, ut agnoſcamus veram juſtitiam in eo, qui vocatur Jehova juſtitia noſtra: quippè factus nobis à Patre juſtificatio, cujus obedientiâ nos juſti conſtituimur; *Phil.* III, 9. *Jerem.* XXIII, 6. I *Cor.* I, 30. *Rom.* V, 19.

4. Reſipiſcentia prærequirit, ut intelligamus ſaltem materiale illius juſtitię, *officia* nobis mandata; requirit, ut hæc ſeriò diligamus, atque in iis nos exerceamus per modum gratitudinis, & novæ obedientię; poſtquàm juri legis pro nobis ſatisfactum eſt per Sponſorem, & jus vitæ æternæ acquiſitum.

5. Decalogum, decem illa verba, nihil continuiſſe niſi Fœdus gratiæ, ſive Fidem promiſſionis, quæ operoſa eſſet per charitatem, non rectè aſſeritur. Verè enim continuit *materiam* Fœderis operum; cujus

cujus etiàm *forma* in promulgando, & poſt promulgationem ſatis indicata & expreſſa fuit. Hinc 2 Cor. III, 7, 8, 9. *mortis miniſterium* appellatur, *in literis* poſitum, *ac informatum in lapidibus*; & *miniſterium condemnationis*; oppoſitè ad miniſterium ſpiritûs, & juſtitiæ. Decalogus certè lapidibus fuit inſculptus. Eandem interim eſſe materiam gratitudinis ac novæ obedientiæ præſtandæ ſub Fœdere gratiæ; atque adeò normam charitatis, in quâ fides promiſſionis operoſa eſt, omninò admittimus: cùm videl. per Spiritum vivificantem eadem Præcepta inſcribuntur in carneis tabulis cordis; 2 *Cor.* III, 3, 6. *Hebr.* VIII, 10, &c.

6. Ex dictis ſequitur, Præceptum quartum, quod eſt de Sabbatho hebdomadali, reliquis in Decalogo eſſe homogeneum, non heterogeneum; unum de illis, quæ ſi quis faceret, ille in iis victurus eſſet, juxtà Fœdus operum; & pro ſuâ parte adhùc normam gratitudinis ſub Fœdere gratiæ. Reſtrictio ejus ad V. T. hactenùs probata non eſt.

V. Alibi idem Opponens ſententiam

ſuam hoc pacto *probare ſtudet:* Qui locutus eſt, eſt *Angelus Domini*, qui apparuit in rubo: qui dixerat ad Moſen, *Ego ſum Deus Abrahami, Iſaaci & Jacobi.* Ideò etjàm Stephanus Act. VII, 38. de Moſe dicit: *quòd in deſerto in Concione cum Angelo fuerit*, &c. Qui *Angelus* potuit dicere, *Ego ſum Jehovah Deus tuus*, &c. Jàm verò Chriſtus docuit Sadducæos, per ea verba, *Ego ſum Deus Abrahami*, ſignificari, quòd Patres Deo vivant: quódque ii nec mortui ſint, nec in morte manſuri. Nam Deum *non eſſe Deum mortuorum, ſed viventium.* &c. Vide Matth. XXII. & Luc. XX. Jàm verò, nonne eadem ſunt hęc verba, quibus Deus fecit fœdus cum Abrahamo, *Ego fiam tibi in Deum, & ſemini tuo poſt te?* Gen. XVII. Nonne igitur iis verbis ſpondet, ſe vivificaturum eſſe Abrahamum? Quid, nonne Moſes, omnes Prophetæ, Jeremias, ſub hâc formulâ, *Fiam vobis in Deum*, maxima bona Novi Teſtamenti intelligunt? Ideò Gen. XVII, 8. eſt promiſſio in poſterius tempus collata; *Dabo tibi & ſemini tuo poſt te terram peregrinationis tuæ, totam terram Canaan, in poſ-*

poſſeſſionem perpetuam ; & fiam ipſis in Deum. Et Levit. xxvi, 12. *Et ambulabo in medio veſtri, & fiam vobis in Deum, & vos mihi fietis in populum.* Item Jerem. xi, 4. xxxi, 33. & multis aliis in locis. &c.

Reſp. 1. Filium Dei, Mediatorem ac Sponſorem Fœderis gratiæ, ut Regem & Prophetam ſummum, in Eccleſiâ promulgâſſe Decalogum; & ſeſe dixiſſe Jehovam Deum Iſraëlis, concedo libens.

2. Ex eo, quòd Chriſtus ſeſe talem Iſraëli propoſuerit, ac potiſſimùm collato cum aliis clarioribus promiſſis Euangelii, colligi poſſe gratiam Euangelicam ergà fideles, concedo quoque.

3. Verùm indè nequaquàm ſequitur, ipſa decem Pręcepta eſſe compendium Fœderis gratię; minùs autem, ea nihil aliud continere, quàm Fœdus gratiæ; minimè verò, propterea Pręceptum de Sabbatho hebdomadali non eſſe Morale, nec ejuſdem perpetuæ obligationis cum reliquis novem.

VI. Ille *inſtat*: Quid? ubi Deus ipſe decem verba vocat *Fœdus, quod pepigit cum Iſraële*? Poteſtne eſſe Fœdus inter Deum

ſuam hoc pacto *probare ſtudet*: Qui locutus eſt, eſt *Angelus Domini*, qui apparuit in rubo: qui dixerat ad Moſen, *Ego ſum Deus Abrahami, Iſaaci & Jacobi.* Ideò etjàm Stephanus Act. VII, 38. de Moſe dicit: *quòd in deſerto in Concione cum Angelo fuerit*, &c. Qui *Angelus* potuit dicere, *Ego ſum Jehovah Deus tuus*, &c. Jàm verò Chriſtus docuit Sadducæos, per ea verba, *Ego ſum Deus Abrahami*, ſignificari, quòd Patres Deo vivant: quódque ii nec mortui ſint, nec in morte manſuri. Nam De ùm *non eſſe Deum mortuorum*, *ſed viventium.* &c. Vide Matth. XXII. & Luc. XX Jàm verò, nonne eadem ſunt hęc verba quibus Deus fecit fœdus cum Abrahamo *Ego fiam tibi in Deum*, *& ſemini tuo poſ te?* Gen. XVII. Nonne igitur iis verbis ſpondet, ſe vivificaturum eſſe Abrahamum? Quid, nonne Moſes, omnes Prophetæ, Jeremias, ſub hâc formulâ, *Fiam vobis in Deum*, maxima bona Novi Teſtamenti intelligunt? Ideò Gen. XVII, 8. e promiſſio in poſterius tempus collata *Dabo tibi & ſemini tuo poſt te terram peregrinationis tuæ, totam terram Canaan*, i

po

poſſeſſionem perpetuam; & ſiam ipſis in Deum. Et Levit. XXVI, 12. *Et ambulabo in medio veſtri, & ſiam vobis in Deum, & vos mihi ſietis in populum.* Item Jerem. XI, 4. XXXI, 33. & multis aliis in locis. &c.

Reſp. 1. Filium Dei, Mediatorem ac Sponſorem Fœderis gratiæ, ut Regem & Prophetam ſummum, in Eccleſiâ promulgâſſe Decalogum; & ſeſe dixiſſe Jehovam Deum Iſraëlis, concedo libens.

2. Ex eo, quòd Chriſtus ſeſe talem Iſraëli propoſuerit, ac potiſſimùm collato cum aliis clarioribus promiſſis Euangelii, colligi poſſe gratiam Euangelicam ergà fideles, concedo quoque.

3. Verùm indè nequaquàm ſequitur, ipſa decem Pręcepta eſſe compendium Fœderis gratię; minùs autem, ea nihil aliud continere, quàm Fœdus gratiæ; minimè verò, propterea Pręceptum de Sabbatho hebdomadali non eſſe Morale, nec ejuſdem perpetuæ obligationis cum reliquis novem.

VI. Ille *inſtat*: Quid? ubi Deus ipſe decem verba vocat *Fœdus, quod pepigit cum Iſraële*? Poteſtne eſſe Fœdus inter Deum

& peccatorem ſine promiſſione pacis? pax ſine juſtitiâ ? juſtitia ſine redemtione? Redemtio ſine Chriſto? Dicemus ne, Deum pepigiſſe cum Iſraële Fœdus operum, & juſſiſſe ipſos ſperare ex factis vitam?

Nonne in Decalogo extat mentio expreſſa חֶסֶד *gratiæ*, Exod. xx, 6. Et quæ eſt *gratia*, quę pertinet ad Iſraëlem, niſi τὰ ὅσια Δαυὶδ τὰ πιϛὰ ? Jeſ. LV, 5.

Nonne in quinto Præcepto eſt mentio terræ dandę? Nonne ejus datio pertinet ad vetus Teſtamentum? Nonne ejus datio eſt repręſentatio promiſſionis Patribus factæ? atque ità pignus reliquarum promiſſionum?

Quid eſt, quòd accuſat Deus Iſraëlem apud Jeremiam, XXXI, 32. quòd irritum fecerint Patres fœdus, quod Deus cum ipſis pepigerat, quùm ipſos eduxiſſet ex Ægypto. Profectò; ſi fœdus gratię in Decalogo non eſt, utique Fœdus operum in eo eſt; id tranſgreſſi ſunt; & peccatores facti ſunt. Ergò non fuerunt peccatores, antequàm Decalogum audirent? Ergò non transgreſſi ſunt Fœdus gratiæ? Non ἠπίϛησαν ? ut dicit Apoſtolus, Hebr. III, 19.

Reſp.

Reſp. 1. Imò inter Deum & homines peccatores intercedit Fœdus Legale; per quod horum ora obſtruuntur, totusque mundus condemnationi obnoxius eſt; *Rom.* III, 19. Hoc reſpectû fideles dicuntur non eſſe ſub Lege, ſed ſub Gratià; *Rom.* VI, 14, 15. Et Lex poſita non juſto, ſed ſceleratis, &c. 1 *Tim.* 1, 9.

2. Deus cum Iſraëlitis per miniſterium Moſis pepigit Fœdus gratiæ; ſic tamen ut eâdem operâ repetiverit ipſum Fœdus Legale: Legem, ſive Prꝗcepta operum; imò & ſanctionem pœnalem, *Deut.* XXVII, 26. & Promiſſionem vitæ ex operibus conſequendę, caſû quo perfecta obedientia prꝗſtaretur à quoquam; *Levit.* XVIII, 5: quod tamen à nemine, qui ſolùm homo eſſet, fieri potuit poſt lapſum.

3. Non juſſit ergò Deus illos ex factis ſuis ſperare vitam; imò culpæ ſuæ ſic eos convincere voluit, & ad Chriſtum compellere, qui iſto Fœdere gratię promittebatur; ut in eo quærerent, & quærendo invenirent juſtitiam, & vitam, de quâ in ſeſe deſperabant.

4. Gratia Dei commemoratur, *Exod.*

xx, 6. ſed & zelotypia in puniendis peccatis eorum, qui odio habent ipſum; *verſ.* 5. quæ rationes ab ipſis Præceptis diſtinguendæ ſunt: Promiſſio interim ſenſu Euangelico rectë accipitur; comminatio legaliter intelligi debet.

5. Similiter mentio Terræ dandæ, quinto Præcepto ſubjecta, ad vetus Teſtamentum quidem pertinet: verùm ipſum illud Præceptum non conſtituit; ſed confirmat ſolùm moraliter, tanquàm promiſſio adjecta. Promiſſionem hanc credere debuerunt Iſraëlitæ, fateor; ſed vi prioris Tabulæ, & quidem primi in eâ Præcepti.

6. Iſraëlitæ accuſantur *Jerem.* xxxi, 32. irritum feciſſe Fœdus operum, quatenùs ipſum fuerat repetitum ac denuò inculcatum cum V. T. convenienter iſti œconomiæ: propterea iſti Fœderi irritato opponitur inſcriptio Legum in cordibus, quæ propriè competit Fœderi gratiæ; ſed minùs efficaciter & minùs copioſè obtinuit ſub V. T. quàm deindè ſub N.

7. Antequàm Decalogum audiviſſent iſti patres, tranſgreſſores etiàm fuerunt; ejuſdem ſcil. Legis, quæ poſtmodùm Decalo-

calogo ſummatim comprehenſa fuit; non autem Fœderis gratię propriè & formaliter: hoc enim ſic pręſtat, ut ne quis ſit reus, ſed juſtus; imò non peccator, ſed ſanctus.

8. Infidelitatem in multis eorum agnoſcimus; ità quidem ut non crediderint in ſpecie promiſſionem Euangelicam ſibi propoſitam, peccaverint contrà Dei revelantis ἀξιοπιστίαν, & ſic primum Decalogi Pręceptum tranſgreſſi ſint.

9. Præceptis igitur ipſius Legis, ut Eccleſiæ Dei propoſita ſunt in Decalogo, adjiciuntur quidem Promiſſiones ad Euangelium pertinentes: ſed cùm quis peccat, is Legem tranſgreditur, licet fortè in materiâ ad Euangelium pertinente: peccatum enim eſt ἀνομία; 1 *Joh.* 111, 4. Neque Lex cum Euangelio confundi debet.

VII. *Pergit* ampliùs: Pſalmus LXXXI. narrat, quid Deus egerit cum Iſraële, quam ſtipulationem ipſis propoſuerit, nempè ut agnoſcerent, *Jehovam eſſe Deum ſuum, ad alium Deum non reſpicerent, & auſcultarent ad ſe* (hoc verbo utitur & Jeremias VII, 22, 23.) *& os ſuum panderent, non dubi-*

tantes, quin Deus id impleturus eſſet. Quid, illane ſapiunt Fœdus operum, an Fœdus gratię?

Imò annon Pſalmus LXXXI. reos agit Judæos, qui non crediderunt in Chriſtum, ut tranſgreſſores præcepti dati in deſerto; quùm oſtendit, ipſos propter tranſgreſſionem illius pręcepti eſſe factos exſortes bonorum Novi Teſtamenti. Vide verſ. 15, 16, 17.

Quùm verò eductionis ex Ægypto meminit, nonne eâdem operâ facit ipſos recordari ſanguinis Agni? nonne commemorat eductionem ex medio populi, ut fieret ipſi populus peculiaris. Deut. IV, 20. Quod certè non niſi Chriſti ſanguine effectum eſt. Tit. II, 14. 1 Petr. II, 9, 10.

Reſp. 1. Aſſertio illa Pſal. LXXXI. quòd eſſet ſpecialiter *Deus Iſraëlitarum*, & promiſſio de *implendo eorum ore*, omninò ſapiunt Fœdus gratiæ. Præcepta interim, ut *ne reſpicerent ad alium Deum, auſcultarent ad ſe, panderent os ſuum*, Legis ſunt, prout hæc etiàm ſub Fœdere gratiæ eſt norma officiorum.

2. Ibidem accuſantur Iſraëlitæ, quòd Deo

Deo non auſcultaverint; atque hoc rectè etiàm extenditur ad promiſſiones de Chriſto fide non receptas. Peccàrunt ergò, ſed tranſgrediendo Præceptum, tranſgrediendo Legem, quamvis in materiâ Euangelicâ: conſequenter bona Euangelio promiſſa non perceperunt; ob defectum conditionis neceſſariæ.

3. Eductio ex Ægypto non eſt aliquod Præceptum, neque unum iſtorum *decem Verborum*; ſed pertinet ad deſcriptionem Legiſlatoris, qui iſtâ ratione tùm ſuam potentiam, tùm beneficentiam ergà Iſraëlitas, exprimere voluit; atque hos ad officia ſua excitare. Atqui de ipſis *decem Verbis* probandum erat, ea nihil continere niſi Fœdus gratiæ.

VIII. Sed ad Theologos ſe confert. Calvinus, *inquit*, ad Exod. xx, 1, 2. *Porrò non modò ſe Jehovam & unicum Deum eſſe pronunciat, qui jure creationis homines ſibi teneat obſtrictos, quibus eſſe dedit, & quorum vitam tuetur, imò qui omnium eſt vita; ſed addit ſe peculiarem eſſe Deum Iſraëlitis: quia operæ pretium fuit, non tantùm terreri populum Dei majeſtate, ſed ſuaviter*

etiàm allici, ut Lex precioſa eſſet ſuper aurum & argentum, & ſimul melle dulcior. Neq; enim ſufficeret, metû ſervili cogi homines ad ſubeundum jugum, niſi dulcedine quoque adducti libenter quoque illud ſubirent. Poſteà commemorat ſingulare illud beneficium, quo populum dignatus fuerat, & quo teſtatus fuerat, non fruſtrà fuiſſe à ſe electum. Redemtio enim certum erat adoptionis pignus. Et ad Pſal. LXXXI, 11. *Virtus enim, quæ tunc ſpectata fuit, non ſeorſim debuit æſtimari: quia pendebat à* Fœdere*, quod olim cum Abrahamo pepigerat idem Deus*, &c. Et in Inſt. lib. 2 c. 8. ſ. 13. ad Præceptum primum. *Poteſtatem ac jus imperii ſibi vendicat, quo electum populum conſtringat parendi neceſſitate.* PROMISSIONEM GRATIÆ *proponit, cujus ſuavitate eum alliciat ad ſanctitatis ſtudium.* Legatur etiàm ſect. 14.

Item Wolfg. Muſculus pag. 71. ad idem Præceptum; ubi inter cætera: *Deum alicujus eſſe eſt illius eſſe creatorem, redemptorem, liberatorem ac ſervatorem; ut in virtute & beneficio redemtionis agnoſcendus ſit Deus. Sic* Eſ. XLIII. *legimus: Et nunc ſic dicit Dominus, creans te, Jacob, & for*

mans te, Iſraël; Ne timeas, quia redemi te. Vocavi nomen tuum, meus es tu. Cùm tranſi- eris per aquam, tecùm ero; & flumina non operient te: quia ego ſum Dominus Deus tuus, ſanctus Iſraël, ſervator tuus; &c. Vide, ubi ſe prædicat eſſe Deum Iſraelis, conſeſtim ſubjicit, Servator tuus. Item, Redemi te. Et, tecùm ero in aquis, tecùm in igne; ſic, ut nec aquis operiare, nec ab igne conſumare. Rurſùs Calvinus ad Pſal. XXXIII, 12. *Beata gens, cui Jehovah eſt Deus; populus, quem elegit in hæreditatem ſibi;* annotat: *Beatitudinem noſtram in eo locat, ſi Jehovah ſit Deus noſter*, &c.

Deindè *pergit* Opponens: Sed ipſa verba Davidis ſunt longè clariſſima. Nam gentem, cujus *Jehovah Deus eſt*, vocat *populum, electum in hæreditatem, beatum.* Porrò quid majus eſt in Euangelio, quàm illud, Eccè Deus veſter? Eſ. XL. Et, Nonne & *gentium Deus eſt? qui juſtificat?* Rom. III, 29, 30. Ne miremur igitur ampliùs, *Chriſtum nos reperire in Decalogo*, cujus ſermo, ut Angeli Domini, eſt Decalogus; qui de gratiâ, de hæreditate, de ſanctificatione, in eo loquitur.

Reſp. 1. Nihil ſic dixerunt Calvinus & Muſculus, quod non etiàm nos parati ſimus dicere, & dicamus. Sed minimè dixerunt, *Decalogum nihil niſi Fœdus gratiæ continuiſſe; ſive Fidem promiſſionis, quæ operoſa eſſet per charitatem.*

2. Bona promiſſa tùm in generali Prȩfatione, tùm in motivis quæ Præceptis quibuſdam ſubjecta ſunt, veritatem & certitudinem ſuam omninò habent in Chriſto; neque ullus homo verè & ſpiritualiter eorum fit particeps, niſi per Chriſtum: imò nec ſynceram Præceptis illis obedientiam poſt lapſum præſtare poteſt quiſquam, niſi per ipſius gratiam & *Spiritûs* ſancti efficaciam regenitus ac ſanctificatus. Atque adeò qui ſub Fœdere gratiæ vivit, ipſumque intelligit, & Decem Prȩcepta cum confirmationibus adjectis convenienter ſtatui iſti ſuo expendit, is Chriſtum ſic invenit certè.

3. Sed nequaquàm ſic conficitur, Decalogum nihil continere niſi Fœdus gratiȩ; ſive non omnia ejus Præcepta eſſe Moralia, & nominatim non quartum: quæ noſtra eſt controverſia.

IX.

Digitized by Google

IX. Decem igitur Præcepta manent Moralia; continentque materiam Fœderis operum, cui Chriſtus pro nobis ſatisfecit; atque etiam conſequenter normam gratitudinis & novæ obedientiæ, quam per Chriſtum liberati præſtamus. Ne quidem ſub N.T. alia Præcepta, aliam Legem, aliam vivendi Regulam moralem, dedit Chriſtus, quàm obtinuerunt olim. Hoc contrà Socinianos & Anabaptiſtas tuentur Reformati. Qui verò dicit, Decalogum nihil niſi Fœdus gratiæ continuiſſe; hoc eſt, Decem illa Præcepta Legis continuiſſe ipſum Euangelium, & quidem hoc ſolum; is ità Legem cum Euangelio confundere videtur.

Neque ſatis tuetur ſeſe Opponens, cùm *dicit*: Nos quidem cautiſſimè locuti ſumus, & accuſamur: quid fiet Calvino annotanti ad Jerem. XXXI, 32. *Jàm antè percuſſerat fœdus ſuum cum Abraham; & lex fuit confirmatio illius.* Vide ibi plura. Non confunditur Lex cum Euangelio, ſi id diſtinguitur, *quod habebat figuram futurorum bonorum*, atque ità promiſſionem, à promiſſionis repræſentatę nuncio. Vide Hebr. X, 1.

Reſp.

Reſp. 1. Eccleſię notiſſima & receptiſſima eſt diſtinctio Legis Divinę in Moralem, Cerimonialem, & Forenſem ſive Politicam Moſaïcam. Sic *Legis* appellatione aliquandò ſpeciatim *Lex Cerimonialis* intelligitur, quæ figuram futurorum bonorum continens, œconomiæ V. T. fuit propria; juxtà locum *Hebr.* x, 1. & quædam alia. Vide ſup. cap. 1. th. 11. Ei contradiſtinguitur *Euangelium impletionis*, quod etiàm καθ' ἐξοχὴν *Euangelium* dicitur. Hoc reſpectû magnus Calvinus rectè dicit, Legem eſſe confirmationem Fœderis cum Abrahamo jàm antè percuſſi: & ſtatim ſubjicit, ſyncedochicè totam N. T. œconomiam conſiderans; Cùm ergo *Lex* pen„deat à *Fœdere*, quod Deus *cum Abraham*
„ſervo ſuo pepigit, ſequitur fieri non poſ„ſe, ut Deus unquàm potuerit paciſci *Fœ„dus Novum*; hoc eſt *aliud, vel diverſum.*
„Undè enim ſalutem ſperamus, niſi à *Se„mine illo benedicto*, quod *promiſſum fuit A„brahæ*? deindè, cur *Filii Abrahæ* vocamur,
„niſi propter *commune fidei vinculum*; cur
„dicuntur fideles *colligi in ſinum Abrahæ*?
„cur dicit Chriſtus, venturos eſſe ab orien-

„ riente & occaſu, qui *recumbant in regno* „ *cœlorum cum Abraham*, *Iſaac & Jacob*? „ Hæc certè omnia ſatis demonſtrant, „ Deum *nunquàm pepigiſſe aliud Fœdus*, „ quàm quod initio percuſſerat *cum Abra-* „ *ham*, & tandem *conſignavit per manum* „ *Moſis*. Poſſet hoc argumentum longè „ fuſiùs tractari, ſed ſatis eſt breviter tene- „ re, *Fœdus Dei* quod initio percuſſit, eſſe „ perpetuum. Nunc videndum eſt, cur „ promittat *Fœdus Novum* populo. Non „ dubium eſt, quin hoc referatur ad *for-* „ *mam*, ſicuti loquuntur. Forma autem „ hæc non tantùm poſita eſt in verbis, ſed „ primùm in Chriſto, deindè in gratiâ Spi- „ ritûs Sancti, & totâ docendi ratione *ex-* „ *ternâ*: *ſubſtantia* autem *eadem* manet. „ Subſtantiam intelligo *doctrinam*, quia „ Deus in *Euangelio* nihil profert, quod „ *Lex* non contineat. Videmus ergò De- „ um ab initio ſic locutùm eſſe, *ne ſyllabam* „ *quidem poſteà mutaverit*, quantum atti- „ net ad *doctrinæ ſummam*. Complexus eſt „ enim in *Lege regulam perfectè vivendi*: „ deindè oſtendit, quęnam eſſet *ſalutis via*; „ & ſub figuris populum adducit ad *Chri-*

„ *ſtum*

„*ſtum*, ut *remiſſio peccatorum* illîc clarè „ monſtretur, & *quicquid cognitû neceſſari*„*um eſt*. Cùm igitur *Euangelium nihil ad*„*diderit ad Legem*, quantum attinet ad *ſub*„*ſtantiam doctrinæ*, veniendum eſt, ſicu„ti jàm dixi, ad formam ipſam, quoniàm „*nondùm pateſactus erat Chriſtus*, percuſſit „ Deus Fœdus Novum, ubi *ſancivit per* „ *Filium ſuum* quicquid ſub Lege adum„bratum fuerat, &c. Sic ille de convenientiâ ac diſcrimine œconomiæ V. & N. T. Ad hoc diſcrimen ergò pertinet, quod dicit Opponens, *Promiſſio ac figura ſuturorum bonorum*, & *Promiſſionis repræſentatæ nuncium*.

2. Sed cùm Reformati conqueruntur Legem cum Euangelio confundi à Pontificiis, Socinianis, aliis; dùm illi juſtificationem hominis coràm Deo ex operibus ſtatuunt; iſti obſervantiam Legum Divinarum & Præceptorum Chriſti, fidei nomine comprehendunt; ſic Legem & Euangelium explicant, &c. facilè apparet propriè & ſtrictè ſumi iſta vocabula: ità ut Lex ſit Syſtema Preceptorum de moribus vivendi; atque adeò doctrina Operum ſeu

ſeu faciendorum ex ſanctiſſimâ Dei voluntate, ſub quorum conditione in Fœdere Legali promittitur vita; quemadmodùm Præceptorum tranſgreſſioni maledictionis & mortis comminatio poſita eſt: eadem interim norma vivendi ſub Fœdere Euangelico alium accepit reſpectum & finem. Vide *Rom.* II, 13, 14, 15. III, 19, 20, 28, 31. IV, 15. VIII, 4, 7. X, 5. *Gal.* III, 12, 13. Euangelium contrà, eſt Syſtema veritatum de Chriſto Mediatore ac Servatore; atque adeò doctrina credendorum, juxtà gratioſam Dei ordinationem, ad juſtitiam & vitam conſequendam, ex ſatiſfactione & merito Jeſû Chriſti. Vide *Rom.* I, 1, 9, 16. *Gal.* I, 7, 8, 11, 16. II, 2. *Hebr.* IV, 2. Hæc autem diſtinctio non ſatis obſervatur, cùm Decalogus, qui utique Legis Moralis compendium eſt, vel Præceptorum Legalium breve ſyſtema, nihil aliud dicitur continere, niſi Fœdus gratię, ſive Fidem promiſſionis, quæ operoſa eſſet per charitatem.

X. Ille *inſtat*; atque oſtenſurus per ſententiam ſuam minimè confundi *opera*

&

Digitized by Google

& *fidem*, dicit; Si in Decalogo reperirem hæc verba: *Si feceritis illa, vivetis in eis*: dicerem in Decalogo eſſe Legem operum. nec tantùm hoc dicerem, ſed etiàm Decalogum non eſſe Fœdus, quod Deus pepigit cum Iſraëlitis: quia Fœdus hoc directè eſſet contrarium Fœderi, quod Deus fecit cum Patribus. Atqui hæc verba in Decalogo non extant; &, dùm Decalogus appellatur *fœdus*, oſtenditur illum ſermonem, qui hanc propriè dictam Legem operum intonat, non eſſe fœdus Iſraëlis; Decalogum autem eſſe *Legem fidei*: quaſi Deus diceret; *Audite me, & fiam vobis in Deum, & vos mihi fictis in populum.* Jer. VII, 23. h. e. Attendite læti ad id quod vobis dicendùm habeo, qui eſtis miſeri & damnati. Hoc autem dico vobis, Me velle vobis fieri in Deum, & vos mihi futuros in populum. Hoc audite cum fide, & gratias mihi agite, & poteritis in me, ut Deo veſtro, & ut populus meus, gloriari.

Reſp. 1. In Decalogo quidem formaliter non comparent iſta verba, *Si feceritis illa, vivetis in eis*; neque etiàm illa, *Maledictus, qui non manſerit in his omnibus, faciendo*

ciendo ea: ac proindè Decalogus non continet ea quæ formalem rationem Fœderis legalis conſtituunt.

2. Sed eo non obſtante, imò eò magis, Præcepta illa conſtituunt perpetuam & communem Normam Morum vivendi, tùm ſub Fœdere Legali, ubi obtinuit & acceſſit formalis illa ratio modò indicata; tum etiàm ſub Fœdere gratiæ, tàm N. quàm V.T. ubi ratio illa Fœderalis non obtinet in fœderatis verè atque internè, manente tamen ratione Normali, pro gratitudine & novâ obedientiâ præſtandâ.

3. Sed neque magis decem illę Sententiæ continent promiſſionem capitalem Fœderis gratiæ, *Qui credit in Filium habet juſtitiam & vitam æternam*; vel ullam formalem expreſſionem Fidei in Chriſtum.

4. *Fœdus operum* non eſt *Fœdus Iſraëlis*: Fateor. Iſraëli tamen materia Fœderis operum, ſive ejus poſtulata, propoſita fuerunt in ipsâ Lege Morali, aut in Decalogo; quin & forma propoſita fuit, *Levit.* XVIII, 5. *Deut.* XXVII, 26. non quòd Iſraëlitę tali juſtitiâ forent juſtificandi, atque ità ſalvandi; aut quòd fideles maledicto illi eſſent

ſent ſubjiciendi, vel manerent ſubjecti; cùm per Teſtamentum juſtitia fidei, hæreditas cœleſtis, & ſalus æterna illis verè competerent; ſed quò magis electi & vocati ad communionem Teſtamenti, compellerentur ad abnegandam juſtitiam propriam, quęrendam juſtitiam fidei, amplectenda promiſſa, æſtimandum redemtionis ac ſalvationis gratioſæ beneficium.

5. Nec ſequitur; Forma fœderis operum non exprimitur in Decalogo, Ergò Decalogus eſt Lex fidei. Exprimi priùs in eo deberet forma Legis fidei.

6. Deus dixit, juxtà Ierem. VII, 23. *Auſcultate voci meæ; & ero vobis Deus, & vos eritis mihi populus; & ambulate in totâ viâ illâ, quam præcepi vobis; ut benè ſit vobis.* Promiſſionem illam juxtà Fœdus gratiæ intelligere debuerunt Iſraëlitæ; quin & per Præceptum, auſcultare etiàm Promiſſis Euangelicis; & pro iſtâ gratiâ debuerunt gratitudinem præſtare ambulando in viâ Præceptorum Dei. Hinc tamen non ſequitur, ipſa Pręcepta eſſe propria Fœderi gratiæ; aut Decalogum nihil continere niſi Fœdus gratiæ.

XI.

XI. *Inſtat* ampliùs; Fingamus, *Angelum Teſtamenti vindicem Iſraëlis*, cum iſtâ prȩfatione ſui nominis & publicâ teſtatione de officio ſuo venire ad Iſraëlem, eique dicere. Hoc eſt debitum hominis; hoc à te poſtulo; ſi hæc feceris, vives: hæc erit juſtitia tua; hoc eſt fœdus meum. Numquid benè illa congruent cum ipſius nomine & officio? Et hoc non erit confundere fœdus gratiæ cum fœdere operum? Si hoc *fœdus* eſt, quod affert *Angelus Domini*, quomodò poteſt Iſraël ſperare juſtitiam & vitam non ex ſuis factis? Quò prolabimur per noſtras conjecturas & hypotheſes? Ubi igitur eſt fœdus gratiȩ propoſitum Iſraëlitis, ſi in Decalogo non eſt? An putabimus in eâ parte verborum, per quæ *legem*, *quæ iram operatur*, exacuit, potiùs contineri fœdus gratiæ, *benedictionem*, *bonum*, *vitam*, quàm in iis quȩ locutus eſt Angelus Teſtamenti ut Angelus Teſtamenti? Ubi fundabitur *remiſſio*, quam Deus ſæpè commemorat, dùm ſacrificia injungit? Ubi fundabitur remiſſio typica propter ſacrificia, niſi in remiſſione propter verum ſacrificium?

Reſp.

Reſp. 1. Nequaquàm dicimus Angelum Teſtamenti nihil aliud propoſuiſſe, niſi Fœdus operum: ſcimus, quàm hoc alienum foret ab ejus officio; imò, quàm huic contrarium. Sed neque admittimus, eum nihil unquâm omninò propoſuiſſe, atque adeò nec Decalogo nihil aliud contineri, niſi Fœdus gratiæ. Chriſtus certè promiſſionem Fœderis Legalis propoſuit juveni Phariſaïco, ſic juſtitiam & vitam quęrenti; ut ipſi, atque aliis, cordis ejus deceptionem oſtenderet: Quęrenti enim; *Quid boni faciam, ut habeam vitam æternam?* Reſpondit; *Si vis ad vitam ingredi, ſerva mandata.* Scil. *Non occides, Non furaberis, Non dices falſum teſtimonium, Honora patrem & matrem. Et, Diliges proximum tuum ut te ipſum.* Ac porrò; *Si vis perfectus eſſe, abi, vende quæ tibi ſuppetunt, & da pauperibus; Et habebis theſaurum in cœlo: & adeſdum, ſequere me;* Matth. XIX, 16, -- 19, 21. Ubi Interpretes Belgici; **Chriſtus antwoordt hier na de vrage en de meyninge deſes Jongelincks/die door ſyne eygene goede wercken meynde de ſaligheydt te kon-**

konnen verkrijgen. Ende daerom wijſt hy hem op de Wet / om hem daer door tot erkenteniſſe van ſyne onvolmaecktheyt / ende daer na tot den geloove in hem / te brengen: *Gal.* III, 22, 24. Similiter Legiſperito ipſum tentanti, atque interroganti, *Magiſter, quid faciendo, vitam æternam poſſidebo?* reſpondit; *In Lege quid ſcriptum eſt? quomodò legis?* Illo autem dicente; *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex totâ animâ tuâ, & ex totis viribus tuis, & ex totâ cogitatione tuâ: & proximum tuum, ut te ipſum.* iterùm Servator; *Rectè reſpondiſti: hoc fac & vives;* Luc. X, 25--28. Ubi iidem Interpretes; Dit ſeght Chriſtus / niet dat yemant de Wet volkomelick kan onderhouden / ende alſoo het eeuwige leven be-erven; maer om hem door de Wet te brengen tot kenniſſe van ſyne onvolmaecktheyt: *Gal.* III, 18, 24. Neque comminationes omninò prætermiſit, ad abſterrendos peccatores, eoſque ad gratiam Euangelicam compellendos. Sic Matth. V, 22. *Ego dico vobis; Quicunque iraſcitur fratri ſuo temerè, tenebitur judicio: quicunque verò dixerit fratri ſuo, ra-*

ca, tenebitur conſeſſû: quiſquis autem dixerit, fatue, tenebitur gehennâ ignis. Verſ. 25, 26. *Eſto amicus adverſario tuo citò, dùm es in viâ cum eo: ne quandò te tradat adverſarius judici, & judex te tradat miniſtro, & in cuſtodiam conjiciaris: Amen dico tibi, nequaquàm exibis illinc, uſquedùm reddideris ultimum quadrantem.* Et verſ. 29, 30. *Quódſi oculus tuus dexter facit ut tu offendas, erue eum, & abiice abs te: expedit enim tibi, ut pereat unum ex membris tuis, ac non totum corpus tuum conjiciatur in gehennam. Et, ſi dextera tua manus facit ut tu offendas, exſcinde eam,* &c. Matth. XXII, 13. *Tunc dicit* Rex *miniſtris; Ligatis pedibus & manibus ejus, tollite eum, & eiicite in tenebras extimas: illîc erit fletus & ſtridor dentium.* Cap. XXIII, 13, 14, 15, 16, 23, 25, 27, 29. toties Servator Phariſęis & Scribis intonat horrendum *Væ.* Atque ampliùs verſ. 15. *facitis cum filium gehennæ duplo magis quàm vos ſitis.* Verſ. 33. *Serpentes, progenies viperarum, quomodò effugere poſſitis condemnationem gehennæ?* XXIV, 50, 51. *Veniet Dominus ſervi illius die quo non expectat, & quâ horâ non novit. Et ſeparabit*

bit eum, ac partem ei aſſignabit cum hypocritis: illîc erit fletus & ſtridor dentium. xxv, 41, & ſeqq. *Tunc dicet etiàm iis qui ad ſiniſtram* erunt, *Exſecrati, abite à me in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo & Angelis ejus. Eſurivi enim, & non dediſtis*, &c. Luc. xii, 5. *Metuite eum, qui poſtquàm interemit, auctoritatem habet conjiciendi in gehennam: utique dico vobis, hunc metuite.* xiii, 3. *Imò niſi reſipiſcatis, omnes itidem peribitis.* Mitto alia ſatis multa. Similiter Apoſtoli; Rom. i, 18. Patet enim „ ira Dei è cœlo adverſus omnem impie- „ tatem & injuſtitiam hominum, &c. ii, 5, &c. „ Pro duritiâ tuâ, & corde re- „ ſipiſcere neſcio, ipſe tibi theſaurum re- „ condis, iram in diem iræ & revelationis „ juſti judicii Dei: Qui reddet unicuique „ ſecundùm opera ipſius. iii, 19. Sci- „ mus autem, quæcunque Lex dicit, iis qui „ in Lege ſunt dicere, ut omne os obſtru- „ atur, & obnoxius fiat totus mundus „ condemnationi Dei. 1 *Cor.* vi, 8, 9, 10. „ At vos injuriâ afficitis, & fraudatis, id- „ que fratres. An ignoratis injuſtos non „ eſſe Dei hæreditatem poſſeſſuros? Ne

„ errate: Neque ſcortatores, neque ido-
„ lolatræ, &c. 2, v, 11. Scientes igitur
„ terrorem illum Domini, homines ad fi-
„ dem adducimus. 2 *Theſſal.* 1, 8, 9. Cum
„ igne flammante, infligens ultionem iis
„ qui Deum neſciunt, &c. *Hebr.* x, 30, 31.
„ Novimus eum qui dixit, Mea eſt vindi-
„ catio, ego rependam, dicit Dominus. Et
„ rurſum, Dominus judicabit populum
„ ſuum. Horrendum eſt incidere in manûs
„ Dei vivi. Hæc utique dici non poſſunt, nil niſi Fœdus gratiæ continere. Repetuntur ex Fœdere operum, & Sanctiones ejus proponuntur illis, qui à Fœdere gratiæ extranei ſunt, vel ipſum rejiciunt aut negligunt. Si verò ad illud, quod Servator Legisperito dixit, *excipiat*: Formula hæc, *Fac hoc & vives*, communis eſt utrique fœderi. Poteſt enim adjungi ſtipulationi fidei, ut valeat, crede & vives. *dicam*, verbum *faciendi*, propter latiſſimam notationem ſuam, de actû credendi etiàm intelligi poſſe; ſcil. ubi de fide ſermo eſt. Sed ubi operum ac propriȩ obedientiȩ mentio præceſſit, tanquàm conditionis ad vitam acquirendam; non autem Chriſti, qui jus ſalu-

ſalutis & vitæ nobis impetraverit, aut fidei quâ liberationem illam accipiamus; formula illa ſenſû Legali intelligenda eſt: ſic tamen, ut intentio Servatoris non ſit in exponendo aut repetendo illo Fœdere ſubſiſtere; ſed eo ſic uti, ut ad fidem & veram reſipiſcentiam adducantur illi, quorum ipſe eſt Servator, & quorum gratiâ venit; *Matth.* 1, 21. xx, 28. *Joh.* III, 16, 17, 18.

2. Non confunditur *Fœdus gratiæ* cum *Fœdere operum*, ſi *hoc* proponatur hominibus extrà *illius* communionem adhùc conſtitutis, atque adeò ſub hoc ipſo hærentibus; potiſſimùm verò, ſi mox ſubjungatur Fœdus gratiæ, ut ſic homines compellantur ad agnoſcendam miſeriam propriam, & juſtitiam ac vitam in Chriſto quærendam.

3. Sic igitur Iſraël juſtitiam & vitam ex ſuis factis ſperare non debuit; imò de eâ ſic deſperare debuit; atque iſto modo, iſto fine, ad Fœdus gratię confugere.

4 Fœdus gratiæ Iſraëlitis in Pentateucho propoſitum eſt frequentiſſimè; ubi promittitur fore ut Semen Mulieris con-

terat caput Serpentis; ut in Semine Abrahami ſit benedictio, eaque ad gentes etjàm perveniat;ubi Abraham tanquàm pater fidelium commemoratur credidiſſe, & hoc ei imputatum eſſe ad juſtitiam; ubi Deus reſpectû Seminis iſtius benedicti promittit ſe illi fore Deum, & poſteris ejus; ubi Schilo venturus promittitur, atque ità ſalus Jehovæ expectatur; ubi Deus peccata remittenda promiſit iis,qui Sacrificia ritè forent oblaturi;ubi terram Cananæam promiſit hæreditariam; ubi totum cultum cerimonialem inſtituit, typos & figuras futurorum bonorum in Chriſto; ubi promiſit ſe corda circumciſurum; quæ omnia,aliaque ſimilia,ſuis locis obvia ſunt.

5. Remiſſio, quam Deus ſæpè commemorat, dùm Sacrificia injungit, fundari debet in horum antitypo, ſatis frequenter & clarè promiſſo; etiàm ſatis indicato rationibus quibuſdam, quę Pręceptis non nullis ſubjiciuntur in Decalogo; non autem ipſis illis Præceptis,decem Dictis Moralibus, iiſque diſtinctis.

XII. Sed *largitur* Opponens, in Decalogo

calogo eſſe Præcepta, *quæ ſi ſaciat homo vivet in eis.* Ezech. xx, 11. in comparatione verſ. 25. Separa enim illa, (*inquit*) quæ Deus dixit ad Iſraëlem, ut *fœdus* cum eo volens habere, & Promiſſionem annexam quinto Præcepto, & Præceptum, quod dedit in ſignum ſanctificationis futuræ; & omni *homini* propone ea præcepta, ut, *Non aſſumes nomen Dei temerè*, *Non mœchaberis*, *Non ſuraberis*, & adde illa verba; *Hæc ſi faciet homo*, *vivet in his*: tunc erit formula *fœderis operum.*

At hæc verba non fuerunt addita, niſi poſt ſecundum deſcenſum Moſis de monte, Levit. XVIII, 5. Ex quo tempore ſermo Moſis dictus eſt *lex*, non tantùm in eâ notione, quâ venit in Pſal. 1, & XIX. & Jer. XXXI, 33. ut eſt *doctrina monſtrans peccatori viam juſtitiæ*; ſed in contradiſtinctione promiſſionis & legis fidei. Itaque & Paulus 2 Cor. III, 7, 9. Moſen notat *miniſtrum condemnationis* factum, quandò radiavit cutis faciei ipſius.

Undè clariſſimè patet, Decalogum non fuiſſe datum ad terrorem, ad accuſationem peccati; nedùm ut *fœdus operum*: ſed

ut præceptum fidci promiſſionis & converſionis ad Deum; ut ſciret Iſraël, quæ ſigna ſanctificationis gratioſæ eſſent, ſi ſcil. ſeriò *condelectarentur legi Dei.*

Reſp 1. Accipimus, in Decalogo eſſe Præcepta, *quæ ſi faciat homo vivet in eis.* Sed ab illis eximendum eſſe Præceptum de Sabbatho, hactenùs non eſt probatum.

2. Ezech. xx, 11. dicit Deus, *Dedi ipſis ſtatuta mea, & jura mea nota feci ipſis; quæ qui faceret homo, viveret per ea.* Talia ſcil. in ſe ſunt Præcepta Decalogo ſummatim comprehenſa. Deindè autem verſ. 25. *Etiàm ego dederam ipſis ſtatuta non bona, & jura per quæ non viverent.* Sic Iſraëlitis improbis & contumacibus eadem Lex adverſabatur, & juxtà eam ſevera judicia Deus exercuit, ut minimè ſubſiſterent tales homines. Junius ad vocem *non bona*, ſic notat; *id eſt, ipſis incommoda noxiaque, ut fuerunt hiatus terræ & ignis*, *Num.* xvi. *plaga peſtilens*, *Num.* xvii. *ſerpentes*, *Num.* xxi, 6. *ſententiaque juridica*, *Num.* xxv. Deindè ad verba, *per quæ non viverent*, notat: *id eſt, quæ ſententias mortis continerent.* Similiter etiàm Interpretes Belgici:

gici: niſi quòd addant: **Andere verſtaen door deſe** quade inſettingen, **de Afgodiſche Wetten der Heydenen / dewelcke Godt geſeydt wordt den Iſraëliten gegeben te hebben / om dat hy door een rechtveerdigh oordeel de ſelve daer in heeft laten wandelen tot haren verderve / overmidts sy ſyne heylige Wetten verlieten. Vergelijckt** *Pſal.* LXXXI, 12, 13. 2 *Theſſ.* II, 11. *Rom.* I, 25, 28. Cauſa verò, cur Deus illis immiſerit talia judicia, præcedit verſ. 24. *Eo quòd jura mea non facerent, & ſtatuta mea ſpernerent, ac Sabbatha mea profanarent, denique ſtercoreos Deos patrum ipſorum ſequerentur oculi ipſorum.* Sabbatha igitur debuiſſent non profanare, ut Deos ſtercoreos non ſequi: obſervantia utraque ad vitam pertinuiſſet, ſi rectè fuiſſet præſtita, juxtà normam Legis Moralis; transgreſſio verò talibus judiciis eos ſubjecit.

3. Quæ Deus dixit, ut ſpeciale Fœdus volens habere cum iſto populo; promiſſio quinto Præcepto annexa, aliaque ſimilia, diſtingui debent ab ipſis decem Præceptis. Ad quartum verò minùs, quàm ad reliqua, referri poſſe clauſulam, *Qui fece-*

rit ea, *vivet per illa*, hactenùs minimè probatum eſt.

4. Licet clauſula illa formaliter iſtis verbis non legatur fuiſſe expreſſa, & ſic Iſraëlitis propoſita, antè ſecundum Moſis deſcenſum è monte; notiſſima tamen fuit iſta veritas, ut & comminationis oppoſitæ: quippè naturæ hominum inſcripta indè à primo Fœderis Legalis initio; *Rom.* 1, 32. 11, 6 -- 10, 14, 15: coll. cum *Gen.* 11, 17. atque iis, quæ Pręcepto ſecundo & tertio ſubjecta ſunt.

5. Neque mirum foret, ſi appellatio *Legis* non uſurparetur in ſpecie de iſto Syſtemate Præceptorum, priuſquàm ſic ipſum Syſtema traditū eſſet. At citra illam clauſulam, eſt tamen *doctrina faciendorum*, vel *norma rationalis obedientiæ*. Quin Exod. XXIV, 12. *edixit Jehova Moſi*; *Aſcende ad me in hunc montem*, *&* *eſto ibi*; *&* *dabo tibi Tabulas lapideas*, *id eſt*, *Legem & Præcepta*, *quæ ſcripſi ad docendum eos*. Sic ipſis Tabulis nomen *Legis* tribuitur, etiàm antequàm Moſi priore vice eſſent traditæ.

6. 2 Cor. III, 7, 9. *Miniſterium mortis* & *condemnationis* vocatur, quatenùs

nùs *in literis* conſiſtebat, *tabuliſque lapideis* erat *inſculptum*; & opponitur *Miniſterio Spiritûs* ac *juſtitiæ*, quod nunc ſub N.T. obtinet. Illi interim tribuitur quædam gloria, radiatio faciei Moſis. Vide *Exod.* XXXIV, 30. Doceturque, majorem eſſe gloriam hujus miniſterii ſub N. T. At minimè docetur, Decalogum nihil continuiſſe niſi Fœdus gratiæ, ſaltem uſquedùm adjiceretur illa formula, *Levit.* XVIII, 5. vel ſaltem uſquedùm obſervaretur iſta radiatio faciei Moſis.

7. Clariſſimè igitur patet, Decalogum in ſtatû illo peccaminoſo omninò datum fuiſſe ad terrorem peccantium quâ talium, detectionem & accuſationem peccatorum; ut electi ad veram & ſpiritualem Fœderis gratiæ communionem & praxin compellerentur; atque ità fide juſtificati, gratitudini & novæ obedientiæ ſeriò incumberent, juxtà illam normam; ac per Chriſtum omninò ſalvarentur: reliqui verò inexcuſabiles redderentur.

8. Hunc unicum & proprium eſſe uſum Sabbathi quarto Decalogo præſcripti, ut ſit ſignum ſanctificationis per Chri-

ſtum, nequaquàm hactenùs probatum eſt.

XIII. *Pergit* deindè: Neque magis ea præcepta ſic propoſita faciunt *fœdus operum*, quàm in ipſâ Euangelicâ παραγγελίᾳ. Nam quis eſt ignarus vocum Apoſtolicarum, *Fugite idololatriam*, *Honorate parentes*, *Fugite ſcortationem*, *Qui furatus eſt ne furetur ampliùs*, *Concupiſcentia ne regnet in mortali corpore veſtro*, & ſimilium?

Reſp. Monita illa Apoſtolica, ut non exprimunt formaliter *Fœdus operum*, ſic neque dici debent *nihil niſi Fœdus gratiæ* continere: ſunt enim *Præcepta moralia*; communis norma agendorum, tùm ſub Fœdere operum, tùm etiàm ſub Fœdere gratię. Aliud eſt Chriſtum proponere, factum nobis juſtitiam, cauſam ſalutis, undè omnia accipimus quæ ad pietatem & vitam pertinent; ſic fidem docere, quæ per charitatem ſit efficax, aut operoſa: aliud communem morum vivendi normam præſcribere, ſive integram ſummatim, ſive partes ejus aliquas.

XIV. Sic juxtà Catecheſin, Decalogus

logus non eſt compendium credendorum, ſed faciendorum; norma bonorum operum, & peccatorum ſimul index. De Terrore autem, cum quo traditus fuit Decalogus, iterùm *Opponens*: Nam Deus eſt terribilis & timendus, qui Fœdus pangere cum Iſraële voluit; & voluit *tentare Iſraëlem*, & voluit *timorem ſui ſemper eſſe ſuper facie Iſraëlitarum, ne peccarent*, Exod. xx, 20. & enimverò ille terror prænuncius erat iræ, quam irrogaturus erat Iſraëlitis, ſi *peccarent*, h. e. *fœdus ſuum irritum facerent*: Jerem. xxxi, 32 quam iram poterat adhùc etiàm in juſtitiæ ex fide hæredibus exercere, quia peccatum necdùm abolitum erat.

Nos autem acceſſimus ad montem Sion: ſed nec ibi ſine terrore apparuit, ut præcinit Pſalm. L, 2, 3. *Ex Sione conſummatione pulchritudinis Deus exſplenduit. Veniet Deus noſter, & neutiquàm ſilebit. Ignis coràm ipſo vorat; & circà ipſum horret valdè.* Id experientia judiciorum in Judæis & gentibus, & tentationum Eccleſiæ oſtendit. Et proteſtatur publicè, ſe venturum eſſe aliquandò, ut judicet

vivos & mortuos, & omnes igne baptizet.

Reſp. 1. *Timor* reverentialis, humilis & ſyncera *obedientia*, Fœderi gratiæ omninò convenit: ſed *terror*, *ignis vorans*, *horror*, ei propriè non conveniunt; ut quæ *Iram* referant.

2. Deus, Decalogum cum ſignis quibuſdam terrificis proponens, Iſraëlitas *tentare* voluit; atque hoc efficere, ut *timor ejus eſſet ante faciem ipſorum, ne peccarent*: Exod. xx, 20. Scil. jàm priùs Moſes illis omnia Præcepta Dei ore tenùs propoſuerat: ipſi verò reſponderant; *Quicquid dixerit Jehova, faciemus*; cap. xix, 8. Poſteà Deus, audiente toto populo, additis ejuſmodi ſignis, Decalogum ipſe pronunciavit, ut tentaret Iſraëlem; h. e. normâ illâ propoſitâ manifeſtum faceret, tùm ipſis, tùm aliis, quid foret de eorum obſervantiâ & integritate; atque ut ſecundùm illam normam Deo præſtarent reverentiam & obedientiam humilem, coràm ſanctiſſimâ ipſius facie; ſic à peccatis ſibi caverent. Hoc pacto igitur qui inter eos nondùm verè fideles erant, convinci

vinci debuerunt de peccatis, injuſtitià, & reatû ſuo coràm Deo; ſi fortè ad pœnitentiam, fidem, & veram vitæ emendationem, converterentur: fideles verò de ſuis infirmitatibus & lapſibus inſtrui debuerunt, & ad praxin atque incrementum fidei ac reſipiſcentię erigi. Hactenùs autem Decalogus eſt compendioſum Syſtema faciendorum.

3. *Ira*, quam Deus irrogaturus erat Iſraëlitis, ſi *fœdus ſuum facerent irritum*, non ad Gratiam, aut Fœdus Gratię, pertinet propriè; ſed ad Juſtitiam, & Fœdus Legale: ut ſatis manifeſtum; *Rom.* IV, 15. 1 *Cor.* XV, 56. 1 *Tim.* I, 9. Imò qui Fœdus Dei omninò faciunt irritum, & à Gratiâ excidunt, ad veram atque internam Gratię & Fœderis Gratiæ communionem nunquàm pertinuernnt; ſic hactenùs verè ſub Fœdere Legali fuerunt; undè etiàm *Ira Dei manet ſuper eos.* Vide *Jerem.* XXXI, 32. *Gal.* V, 3, 4. 1 *Joh.* II, 19.

4. Sub œconomiâ N. T. non ceſſat etjàm omninò prædicatio Fœderis Legalis, ad eos qui Gratiæ nondùm ſunt partici-

pes

pes. Chriſtus autem contrà hoſtes ſuos judicia exequitur, non propriè ſecundùm Fœdus Gratiæ, ſed ſecundùm Fœdus Legale. Chriſtus, quâ Sponſor hujus pacti, non accuſat eos; ſed Moſes, aut Lex: per Legem eorum ora obſtruuntur, ut ſint condemnationi obnoxii. Atque hoc judicium Chriſto, ut Regi, & Eccleſiæ ſuę tùm defenſori, tùm vindici, demandatum eſt à Patre; *Joh.* III, 17, 18. V, 45, 22. *Rom.* III, 19, 20.

XV. *Subjicit* adhùc: Sed quid illa verba, quę extant Exod. xx, 24. *In omni loco, ubi commemorabo nomen meum, veniam ad te & benedicam tibi*: ſuntne *fœderis operum*, an *fœderis gratiæ*?

Item illa, quibus per Moſen populo petenti, ne Deus cum ipſis ampliùs loqueretur, reſpondit, Rectè ipſos hoc petiviſſe; & ſe deinceps per Prophetam Moſi parem (non enim Moſen intelligit) locuturum eſſe verba ſua, quæ ſibi ſupererant dicenda ut Deo Iſraëlis; ſunt ne *gratiæ*, an *legis operum*?

Reſp. Iterùm ab iſtis *promiſſionibus*, ad decem *Præcepta* Legis, non valet conſe-

quen-

Digitized by Google

quentia: nec benè colligitur, ea nil niſi Fœdus gratiæ continuiſſe.

XVI. *Concludit* autem: Sed eſto, Decalogus contineat fœdus operum; etjàm illud, *Qui faciet ea homo, vivet in eis*; & hoc, *Maledictus omnis*, &c. in Decalogo legatur: an ex eo ſequitur, Sabbatum & ceſſationem ab operibus eſſe fœderis operum, atque adeò naturalem cultum & virtutem: idque quùm Ezechiel tàm perſpicuis verbis, non ſemel, Præcepta, in quibus, qui facit ea homo, vivit, à Sabbato diſtinguat? &c.

Reſp. 1. Sufficit Decalogum eſſe compendioſum Syſtema, continens ea quæ Fœdere operum hominibus præſcripta fuerunt ut fierent; & ſimul communem normam morum vivendi, tùm ſub V. tùm ſub N. T. Formaliter in eo contineri, *Qui faciet ea*, &c. & *Maledictus omnis*, &c. non dico, non dixi.

2. Ex ratione illâ communis iſtiuſmodi normæ, optimè inter alia colligimus, Sabbathi obſervationem, ſive ſeptimi diei, poſt ſex operarios, quietam ſanctamque tranſactionem, ad nos ſub N.T. etiàm

etiàm pertinere neceſſitate Præcepti Divini.

3. Nego iterùm, Ezechielem Præceptum de Sabbatho excipere ab illis, quæ qui faceret homo, victurus eſſet in eis. Vide ſup. th.XII. Sed pluribus id ſuo loco erit pertractandum.

XVII. Alibi idem *Opponens*, eandem rurſùs cauſam agens, provocat ad Guilielmi Apollonii tractatum de Lege.p.165. ubi hic *aſſerit*, *Fœdus*, *quod Deus iniit cum Populo Iſraëlitico in legiſlatione Moſaïcâ, non fuiſſe fœdus naturæ, ſeu fœdus operum repetitum.* &p.171. ubi negat, *eſſe medium, ex fœdere legali naturæ & fœdere gratiæ junctim mixtum & temperatum.* & p. 173. ubi *non admittit fœdus ſubſerviens Cameronis.* &p. 177. ubi ſtatuit, *Foedus illud in legiſlatione Moſis in monte Sinaï confirmatum, fuiſſe foedus gratiæ legaliter, ſuo peculiari modo antiquando, iatum.* quod perſequitur pag. 180. & 184.

Reſp. Omninò aſſentior Guil. Apollonio, aliiſque Theologis, ſtatuentibus, idem reipsâ Fœdus Gratiæ, ſive Euangelicum obtinuiſſe ſub V. & obtinere ſub N. T.

Iſtud

Digitized by Google

Iſtud ſic Iſraëlitis miniſterio Moſis fuiſſe propoſitum & confirmatum. Diſcrimen ſolummodò conſiſtere in differentiâ temporis, aliiſque adjunctis quibuſdam. Confer, ſi placet, in Diſputationibus meis, Titulum de Fœdere Euangelico, th. XIX,--XXIV, CIII,--CVII. Sed indè nequaquàm ſequitur, per Moſen ſub V.T. diſtinctè propoſitam non fuiſſe Legem Moralem; & quidem in Decalogo, Syſtema eorum quæ fœdus operum ab hominibus exigebat; quæque etiamnùm communis normæ moralis rationem habent. Audiamus eundem Apollonium cap. VI. th. I. ubi de Lege Divinâ Moſaïcâ ſic loquitur:
,, Partes ejus ſunt tres; Moralis, Cere-
,, monialis, & Forenſis ſive Judicialis. Sic
,, expreſſè iſta partitio Legis innuitur,
,, Deut. IV, 13, 14. *Locutus eſt*, inquit
,, Moſes, *Jehova ad vos*, *& renunciavit vo-*
,, *bis pactum ſuum*, *quod præcepit vobis*, *ut*
,, *faceretis decem verba*, *& ſcripſit illa in du-*
,, *abus tabulis lapideis*; *mihi quoque præcepit*
,, *Jehova eodem tempore*, *ut docerem vos ſta-*
,, *tuta & judicia*, *& faceretis ea in terrâ pro-*
,, *miſſâ*. Ubi manifeſta diſtinctio reperi-

,, tur

,, tur inter *decem verba* ſive decalogum,
,, qui continet (N.B.) ſummam Legis
,, moralis, & inter *Leges Ceremoniales &*
,, *Forenſes*. Moralem legem Deus dedit
,, toti populo immediatè, ejuſque decem
,, verba in tabulis lapideis inſcripſit: aliæ
,, verò leges per manum Moſis populo
,, ſunt traditæ ac conſcriptæ.

Et th. 11. Præeminentiam hanc ſingu-
,, larem habuit Lex moralis, præ ceremo-
,, niali & judiciali Legis Moſaïcæ parte 1.
,, Quòd fundamentum ſit aliarum legum,
,, quæ etiàm ad hanc moralem ſunt redu-
,, cendæ. 2. Quòd Lex moralis in æter-
,, num maneat; aliæ ſuo tempore ſint ab-
,, rogatæ 3. Quòd Lex moralis imme-
,, diatè à Deo tabulis lapideis ſit inſcripta,
,, & in Arcâ fœderis conſervata; quod a-
,, liis Legis partibus non fuit datum. Undè
,, & ejus gloria & præſtantia manifeſtò te-
,, ſtata & obſignata fuit.

Porrò th. 111. *Lex Moſis moralis com-*
,, *prehendit repetitionem Legis naturalis pri-*
,, *migeniæ*, hominis animo in ſtatû inno-
,, centię primævo inſcriptæ. ---- *Addit et-*
,, *iàm Lex moralis ad Legem naturæ quadam*
,, *con-*

„ *conſtitutiva, quorum materia ex Lege na-*
„ *turali non erat neceſſaria, ſed ex volunta-*
„ *te tantùm Legiſlatoris acceſſerunt:* Hinc
„ præcepta illa poſitiva, quæ in ſtatû pri-
„ mævo integritatis, ſupernaturali reve-
„ latione à Deo Legi naturali ſuperaddita
„ fuerant, nempè de Sabbatho obſervan-
„ do, & matrimonio ritè colendo, Lege
„ Moſis morali comprehenduntur: pecu-
„ liaris etiàm ſanctio ſpecialibus quibuſ-
„ dam promiſſionibus & comminationi-
„ bus munita; uti & præceptum de cultû
„ inſtituto; Lege Moſis morali homini-
„ bus propoſita & impoſita fuerunt, quæ
„ in Lege naturali non continentur.

Iterùm th. IV. Quatenùs *Lex Moſis mo-*
„ *ralis omnes ſub cœlo gentes obliget ad ob-*
„ *ſervantiam ejus, diſtinctè concipiendum.*
„ ----- Alii verò ſic exiſtimant, quamvis
„ Lex moralis per Moſen lata, primò &
„ immediatè, ad obedientiam obſtrinxe-
„ rit populum Iſraëliticum, cui præſenti
„ fuit promulgata; attamen per Legem
„ illam Deum intendiſſe, obligationem
„ inducere obedientiæ Legi Moſaïcę Mo-
„ rali præſtandæ, omnibus gentibus, ad re-
ligio-

Digitized by Google

„ ligionem veram converſis, & conver-
„ tendis. Sicut Chriſtus Salvator noſter,
„ per gratię Legem, obligationem fidei
„ & obedientiæ induxit omnibus genti-
„ bus, quibus Euangelium annunciatur,
„ quandocunque fuerit: quam ſententi-
„ am nos, ut veriſſimam, & tutiſſimam,
„ amplectimur. Sicut enim poſteri po-
„ puli illius Iſraëlitici, tempore Moſis,
„ & legiſlationis viventis, quamvis ſeris
„ demùm temporibus nati, Lege tamen
„ per Moſem latâ, ad ejus obedientiam
„ obligabantur, etſi promulgationi ejus
„ prȩſentes non interfuerant; quia Moſis
„ Lex ipſis annunciata fuit, cùm in vivis
„ exiſterent; & Deus in illâ legiſlatione
„ per Moſem non tantùm præſentes, ſed
„ & eorum poſteros, per Legem illam ob-
„ ligare intenderit: ſic etiàm omnes gen-
„ tes totius terræ, quibuſcunque, & quan-
„ docunque, Lex illa per Moſem lata in-
„ noteſcit, obligare ad obedientiam vo-
„ luit Deus Lege illâ Morali præſcriptam:
„ quicunque enim ſub promulgationem
„ iſtius Legis veniunt, ſive ſint Judæi, ſive
„ gentes, (quod fit cùm Divinâ provi-
den-

,, dentiâ ad Legis illius cognitionem ad-
,, ducuntur) eos omnes, Lege illâ Morali
,, per Moſem latâ, obligari, & obſtringi
,, ad obedientiam pręceptorum ejus, ma-
,, nifeſtò apparet ex Scripturis, quæ obe-
,, dientiam Legis Moſaïcæ Moralis, ab
,, omnibus gentibus ad veram religio-
,, nem converſis, exigunt, eaſque ad eam
,, obligant obedientiam, argumentis, ra-
,, tionibus, & fundamentis Legis Moſaï-
,, cæ. Paulus enim *Rom.* XIII. ut genti-
,, bus oſtendat uno præcepto Charitatis
,, impleri totam Legem, adducit præce-
,, pta Decalogi hiſce verbis, *Non adultera-*
,, *beris,* ---- &c. --- Et ad *Eph.* VI. *Ho-*
,, *nora patrem tuum,* --- *Jac.* II. *Si tamen*
,, *Legem perficitis regiam, ſecundùm Scri-*
,, *pturam, Diliges proximum tuum ſicut te*
,, *ipſum, benè facitis.* Si autem Leges illæ
,, earumqne ſanctiones, populum Iſraëli-
,, ticum ſolum ſpectarent, nulla eſſet cau-
,, ſa cur teſtimoniis non obligantibus u-
,, terentur Apoſtoli: nec Jacobus addi-
,, diſſet *ſecundùm Scripturas*, ut oſtende-
,, ret eos benè facere, qui ſe in Lege exer-
,, cerent, quatenùs in Script. tradita eſt.

Acce-

„ Accedit, quòd eodem capite idem Ja-
„ cobus, poſtquàm dixiſſet, *Eum quicun-*
„ *que totam Legem ſervaret, in uno autem*
„ *offenderet, eſſe omnium reum*; prædictam
„ ſententiam ex eo confirmat, *Quia qui*
„ *dixit Non mœchaberis, dixit Non occides:*
„ *quódſi non mœchaberis, occidas autem, fa-*
„ *ctus es transgreſſor Legis.* Ubi aſſerit A-
„ poſtolus illum etiàm puniendum, qui
„ deliquerit in unum Præceptum, quia re-
„ verâ transgreſſor eſt Legis, quam to-
„ tam implere debebat. Quæ certè argu-
„ mentatio planè inutilis eſſet, niſi omnes
„ teneremur ad obedientiam Legis de quâ
„ loquitur. Concedimus igitur in hâc
„ Diſquiſitione, gentes, quibus nunquàm
„ Lex Moſis innotuit, materiâ Legis Mo-
„ ſaïcæ jure naturali cognitâ, teneri, &
„ obligari; adeóque ſecundùm eandem
„ judicandas, juxtà Apoſtolum *Rom.* 11,
„ 12, 13, 14. Et obligatione per legis-
„ lationem Moſaïcam ſuperinductâ non
„ teneri, quamdiù promulgationem iſti-
„ us Legis non ſubeunt: at verò ubi Deus
„ Legem illam Moſaïcam iis promulgat,
„ vel per Scripturas, vel oraculum, vel
præ-

„ prædicationem vivæ vocis , eas omnes
„ Lege illâ obligari, quâ à Moſe latâ, aſſe-
„ rimus. Et proindè exiſtimamus, Legem
„ illam, ſub illâ œconomiâ à Moſe latam,
„ non fuiſſe ſoli populo Judaïco propri-
„ am, quatenùs fuit populus carnalis; ſed
„ fuiſſe Legem communem omnibus
„ Gentibus Deum timentibus; & ſi qui in
„ terrarum orbe erant, qui verum Deum
„ colerent, illos ſecundùm Legem hanc,
„ & ex ejus obligatione, Deum colu-
„ iſſe.

Th. v. Huic difficultati affinis eſt illa
„ quæſtio, *An Lex Moralis, quatenùs per*
„ *Moſem lata, ad nos Chriſtianos pertineat*
„ *ſub Novo Teſtamento*? De Antinomis
„ hîc nondùm agimus, qui totalem Legis
„ abrogationem urgent. ----- David Pa-
„ ræus autem ad Bellarm. lib. 4. de Juſtif.
„ cap. 6. exiſtimat, *illam potiorem eſſe ſen-*
„ *tentiam; Legem Moralem, etiàm ut da-*
„ *ta eſt per Moſem & Prophetas, & ut*
„ *eſt in libris V. T. ſcripta, Chriſtianos verè*
„ *obligare.* Hanc ſententiam ut veriſſi-
„ mam etiàm recipimus; obligationem
„ Legis Moralis, quatenùs à Moſe latæ,

I homi-

„ hominibus impoſitam, nunquàm abro-
„ gatam, aut ablatam, ejuſque abrogatę
„ ſanctionem, de novo, à Chriſto Media-
„ tore ſuis Diſcipulis nunquàm impoſitam
„ fuiſſe. Chriſtus enim à nobis non a-
„ gnoſcitur ut novus Legiſlator, qui Mo-
„ ſaïcam Legem antiquatam ſuſtulit; ſed
„ ut Legis antiquæ vindex, aſſertor, in-
„ terpres, & auctor: qui proteſtatus eſt,
„ ſe non veniſſe Legis antiquæ per novam
„ antiquandæ cauſâ; ſed tantùm ut Le-
„ gem impleret, præſtitâ per obedienti-
„ am omni juſtitiâ à Lege præſcriptâ,
„ *Matth.* v, 17. ubi toto capite interpreta-
„ tur Præcepta Legis Moralis Moſaïcæ,
„ eaque ſuis Diſcipulis commendat.
„ Quemadmodùm etiàm illa Moſis Lex
„ ab Apoſtolis omnibus Gentibus eſt tra-
„ dita, & commendata: nuſquàm Deus
„ Legem Moralem Moſis revocavit, nuſ-
„ quàm Chriſtus illam expreſſè antiqua-
„ vit. Ex naturâ, cauſis, fine Legis Cere-
„ monialis & Forenſis, ſive ex expreſſis
„ Divinis teſtimoniis, oſtendi poteſt Le-
„ ges illas ut abrogatas ceſſâſſe; de Lege
„ verò Moſis Morali illud oſtendi non
poteſt,

„ poteſt; cujus nulla in Scripturis occur-
„ rit revocatio, cujus perpetua eſt materia
„ & ſubſtantia, cujus authoritas & obli-
„ gatio eſt Dei Patris, Filii, & Spiritûs
„ Sancti, obligantis homines ad Præcepta
„ illius Legis perpetuò ſervanda. Et ſi
„ Lex Moralis ut à Moſe lata non obliget
„ Chriſtianos, nec etiàm Legis Moralis
„ explicationes à Prophetis, Davide, Sa-
„ lomone, aliiſque viris Θεοπνεύστοις traditæ,
„ obligabunt Chriſtianos; nec ex iis mo-
„ nita conſcientias hominum obligantia
„ educi poſſunt; & ſic maximâ ex parte
„ omnium ſcriptorum V.T. authoritas ob-
„ ligans, & conſtringens, evertitur. Nec
„ video, quomodò defendi poſſit, (N.B.)
„ Diem unicum ex numero ſeptem die-
„ rum cultui Divino eſſe conſecrandum
„ ex vi quarti Præcepti (quæ recepta jàm
„ eſt Theologorum Orthodoxorum opi-
„ nio) ex jure perpetuo Legis Moralis,
„ ſi Pręcepta Legis Moralis ut à Moſe da-
„ ta non obligent. Concedimus quidem,
„ *circumſtantialia, & peculiaria quædam*
„ *adiuncta, in Lege Morali per Moſem datâ*
„ *contineri, quæ nos Chriſtianos non concer*

„*nunt*,ſed ſolum populum Judaïcum tan-
„gnnt; utpotè quòd dies à creatione præ-
„ciſè ſeptimus cultû ſacro celebrandus
„conſtituitur quarto Præcepto ; quòd
„Præcepta Legis quibuſdam argumen-
„tis , & promiſſionibus ſingularibus,
„Deus commendavit, ab eductione eo-
„rum ex Ægypto, & habitatione in terrâ
„Canaan deſumtis: indè tamen (N. B.)
„ipſa Præcepta nos non obligare nullâ
„conſequentiâ inferri poteſt : alia enim
„perpetuæ obligationis & obſervationis
„Præcepta in ſcriptis V. & N. T. occur-
„runt, quæ particularibus & ſingularibus
„quibuſdam rationibus motivis, & in
„peculiaribus quibuſdam circumſtantiis
„proponuntur obſervanda hiſce, vel illis
„hominibus; quæ motiva & circumſtan-
„tialia alios homines non concernunt,
„qui tamen Præceptis illis obligantur.

Iterùm th. VI. Non exiſtimandum
„eſt, Legem Moralem initium cum ſo-
„lenni illa Moſaïcâ promulgatione ce-
„piſſe; ſed *Lex Moralis*, *à primâ ſtatim*
„*mundi origine tradita ac patefacta eſt*. Par-
„tim enim in cordibus ipſorum in creati-
one

,,one inſita, & quaſi inſculpta fuit; creati ,, ſiquidem fuerunt ad Imaginem Dei, in ,, juſtitiâ & ſanctitate verâ; cujus ſancti- ,,tatis & juſtitiæ norma, atque ſpeculum, ,, in Lege Morali proponitur & deſcribi- ,, tur: Partim revelatione & inſtitutione ,, Divinâ ſupernaturali, in ſtatû primævo ,, præſcripta fuit, uti (N. B.) Præceptum ,, de ſanctificando Sabbatho manifeſtè ,, Divinâ voce ſancitur, *Gen.* 11, 3. Ubi ,, diem illum Divino cultû & pietatis ex- ,, ercitiis ſanctificandum ordinavit; ſic & ,,in illo ſtatû Conjugii Lex lata, quâ Deus ,, non ſolùm vagas lubidines & adulteria, ,, ſed etiàm Polygamiam & temeraria di- ,, vortia prohibuit, Chriſto interprete, ,, *Matth.* XIX, 6. Et contrà ſyncerum & ,, ſerium amorem conjugalem pręcepit, ,, teſte Apoſtolo, *Eph.* V, 30, 31. Partim ,, etiàm ſub ſtatû peccati poſt lapſum, Pręcepta Moralia, adjunctis Præceptis de ,, cultû inſtituto, Dei voce vel immedia- ,, tè ſanctis Patriarchis, vel per Patriar- ,, chas populo Dei expoſita fuerunt & re- ,, petita. Facilè enim per ſingula Præce- ,, pta Decalogi demonſtrari poteſt, ex

„concionibus Dei, & Patriarcharum in-
„ſtitutionibus, & piorum obedientiâ &
„exercitiis piis, veſtigia Legis Moralis
„manifeſta & multiplicia tunc temporis
„reperiri.

Sic iſte non dixit, Decalogo nihil aliud contineri, niſi Fœdus gratiæ: imò dixit & probavit, eo contineri Legem Moralem, à primâ ſtatim mundi origine, & in ſtatû innocentiæ primævo, traditam & patefactam; eam obligare, non ſolùm Judęos, ſed etiàm Gentes; nominatim quoque ad Chriſtianos pertinere; nec minùs quartum Pręceptum, quàm reliqua; atque ejus vi, è numero ſeptem dierum unicum adhùc eſſe cultui Divino conſecrandum. Quæ quidem omnia Opponentem nihil juvant; ſed ſententiam noſtram inſigniter confirmant.

XVIII. Ille *concludit* tandem: Fœdus gratiæ, ſive ſtipulatio *fidei per charitatem operoſæ*, ut dicit Bucerus, eſt in Decalogo.

Charitas amat Præceptorum, in quibus, qui ea facit, vivit, veritatem, ſanctitatem; & judicii Dei juſtitiam. Hinc illorum

lorum Præceptorum ſumma in Decalogo.

Fides ſpectat 1. Sanctificationem futuram, & cogitur interim confiteri impuritatem præſentem. Hinc Veteris Teſtamenti occaſio. 2. Sanctificationem ſive purificationem peccatorum factam in Sanguine Mediatoris. Hinc origo bonorum Novi Teſtamenti. quibus duobus Teſtamentis ſtatus hujus vitę Iſraëlis variatur.

Reſp. 1. An nil niſi Fœdus gratiæ Decalogo contineatur, erat quæſtio: atque ipſa decem Præcepta ſunt ſpectanda.

2. Locum, ubi Bucerus hoc diceret, Opponens iſtic non indicavit. Alibi ab eo producitur Buceri ſententia, ex Commentario ad Matth. x, 10. quam ipſum hîc ſpectâſſe opinor. Sic autem habet: *Et hic Canon certiſſimus eſt intelligendi quæcunque Dominus privatis præcepit: ut quæ externis circumſtantiis addicta ſunt, relinquamus iis quibus fuere præcepta: nos verò amplectamur quicquid in eis de univerſali pietatis ratione, fide ſcil. & dilectione, præcipitur. Sic Circumciſio, &c. Sic de Sabba-*

tho. Quòd ſeptimo die, illâ quæ à Judæis obſervatur numeratione, ab omni opere ſervili vacandum erat, præceptum Legis externum fuit, ſolis Judæis, quibus datum extitit, obſervandum. At beneficia Dei memorare & gratias pro eis agere, quod ſimul religio Sabbathi continebat, Fidei erat; & remittere opera familiæ, quâlibet ſeptimanâ die uno, Charitatis. Hæc ergò & ad nos pertinent; illa Judæis rectè relinquuntur. Ad hunc modum ex omnibus Dei præceptis nucleus veræ pietatis erui debet, relictâ teſtâ rerum externarum: Quæ ut temporariæ ſunt, ità certis ſemper hominibus, & certo tempore ac loco, præcepta ſunt, non in univerſum omnibus. Verùm quoniàm Dei nihilominùs præcepta ſunt, nunquàm vacant doctrinâ fidei & charitatis, ſi quis animadvertat. Hoc ergò vult Bucerus; ex Præceptis illis Dei, quæ privatis data ſunt, vel certis hominibus præſcripta, ut ſic certo tempore ac loco obſervarentur, eruendum eſſe moralem nucleum veræ pietatis, ſive doctrinam fidei & charitatis, quæ illis ſubeſt pro re natâ; hunc enim, nunquàm abeſſe. De Sabbatho monuit, ad nos & noſtrum tempus non pertinere

tinere vacationem ſeptimi diei ab omni opere ſervili; ſed ſeptimum explicuit, illâ numeratione quæ à Judęis obſervabatur: interim ad nos omninò pertinere, quod in illo Præcepto erat morale, fidemque & charitatem ſpectabat; utpotè beneficia Dei memorare & gratias pro eis agere, & remittere opera familiæ (N. B.) quâlibet ſeptimanâ die uno. Confer, ſi placet, locum ejuſdem Buceri ab Hoornbekio nuper allegatum, initio tractatûs ſui de *Die Solis, die Quietis* (**Son-dag/ Ruſt-dag**).

3. *Charitas* amat Deum ſuprà omnia alia, & antè ea; amat etiàm normam juſtitiæ & ſanctitatis morumque vivendi ab ipſo præſcriptam: quæ Decalogo ſummatim comprehenſa. *Fides* Euangelica veritates Divinas de Chriſto, & ſalute per eum æternâ, ſpectat; atque ità ſanctificationem ſeu purificationem peccatorum noſtrorum: imò ſecundùm œconomiæ diverſitatem, nunc hujus impetrandæ conditiones à Chriſto præſtitas eſſe; ſub V. T. eas fuiſſe prędictas, præfiguratas, expectandas. Verùm indè non ſequitur, vel Pręcepta Decalogi omnia, vel unum eorum,

 nihil

nihil aliud continuiſſe, niſi ſtipulationem fidei accommodatam ſolummodò œconomiæ V. T. ſic quidem, ut non foret ſimul norma Moralis pro œconomiâ N. T. imò nec fuerit olim in ſtatû primævæ integritatis.

CAPUT VII.

An Patriarchæ ante Moſen Sabbathum hebdomadale obſervaverint? An ipſum naturaliter notum; & quomodò ex revelatione? Officia quædam ad alia Decalogi Præcepta pertinentia, etiàm eſſe Juris Divini poſitivi. De Conjugio.

I. MOralitatem & Antiquitatem Sabbathi hebdomadalis hactenùs probavimus atque defendimus; undè omninò conſtat ad ejus obſervationem Patriarchas & fideles antè Moſen etiàm obligatos fuiſſe; nec temerè dicendum, eos ipſum non obſervâſſe.

Si quis *Objiciat*, nuſquàm iſtud factum expreſſè commemorari in Libro Geneſios; *Sciendum*, Hiſtorias Patriarcharum ſuccinctè admodùm contextas eſſe; deque iis

iis expreſſum, quantum poſteris foret neceſſarium, ac Deo commemorare placuit pro liberrimo ac ſapientiſſimo ſuo conſilio; non autem quicquid utcunque utilitatem præſtare poſſet. Neque dubium videtur, quin illi pro exercitiis Religionis ſecundùm cultum inſtitutum, diem aliquem certum hebdomadarium habuerint obſervandum; licet is fortè aliquandò & alicubi in neglectum abierit. Eô autem minùs dubitandum; qùòd apud Gentiles etjàm varios Septimus dies ſàcer fuerit habitus.

II. Opponens *urget*: *Enoſh* potuit invocare *nomen Domini*, & *Abraham* ſacrificare: non ſtato *Sabbati* recurſû; ſed rariùs, vel frequentiùs, pro datâ opportunitatis anſâ. Quódſi in *Sabbato* neglexiſſet *Jacob* gregis *Labanici* cuſtodiam, aut minuiſſent *Iſraëlitæ* ſub *Pharaone* lateris aut *ſtipulæ* penſum; nec ille rixas, aut illi *fuſtidineas ferri-crepinas Inſulas* impendio evaſiſſent. Ex præſcripto autem *ſabbatizantium*, quo ſe verterent? *Sabbathum obſervas?* Certa *crux*. negligis? Juſtiſſima impendet *Dei* ob Legem violatam *indigna-*

tio. Ad has rediguntur anguſtias, qui *Sabbatum* ut *naturæ dictamen* miſeris conſcientiis obtrudunt. Quarè ut antè *Moſen* verbum *auditum* habuerunt *Patres*; *ſcriptum* poſteà accepit ex multis familiis *conflata*, & manumiſſa *nationalis Eccleſia*:Ità *Sabbati* forſan quis dicat invaluiſſe, in ipſorum *familiis*, ex primâ *Benedictione* & *ſanctificatione liberam obſervantiam*; quam poſteà *liberatæ Eccleſiæ* & *adultiori*, pro tempore injunxit *mandatum*.

Reſp. 1. *Nomen Domini* non niſi Sabbathis ab Enoſcho, aliiſque iſtius temporis piis, *invocatum* fuiſſe, non dico; nec *Sacrificia* iſtis ſolùm diebus ab Abrahamo, & fidelibus ei coævis, *oblata*. Lex per Moſen lata tantam non induxit reſtrictionem. Sufficit Sabbathis modo magis ſolenni actûs iſtos religioſos fuiſſe exercitos. Hoc autem fieri debuiſſe, ex primævâ inſtitutione ſatis patet.

2. Labanis duritia, aut Pharaonis & Ægyptiorum ſævitia & profanitas, Jacobum & Iſraëlitas à Præcepto Dei liberare non potuerunt. Æternæ veritatis eſt iſta Regula; Deo magis obediendum, quàm Hominibus.

3. Quidſi

3. Quidſi ſub Lege Moſaïcâ, Babylonii, aliive, Iſraëlitas ad ordinaria opera coëgiſſent Sabbathis; an Lex idcircò deſiiſſet eos obligare?

4. Chriſtiani olim martyrium ſubire maluerunt, quàm Dominicam non ſervare. Periculum malorum triſtium ab hominibus perferendorum, non tollit obligationem à Deo factam. Eâdem methodo, quâ hi ab anguſtiis expediendi, nos expedimus facilè, quod movetur de iis, qui antè Legem Moſaïcam vixerunt.

5. *Verbum auditum* antè Moſen non minùs obligavit auditores ſuos ad fidem & obedientiam, quàm poſteà *Verbum ſcriptum*: neque tunc magis liberi, vel immunes, fuerunt homines ab obligatione ad ea, quæ ſic Divinitùs, aut nomine Dei, accipiebant; quàm qui poſtmodùm alio modo iſta acceperunt. Auctoritas Dei obligationem infert, non ſpecialis modus proponendi.

6. Atque adeò primæva Sabbathi benedictio & ſanctificatio eandem hominibus impoſuit obligationem, ut poſteà Præceptum Decalogo comprehenſum.

Digitized by Google

III. Alius *excipit:* An minùs neceſſarium erat ſciri, quid Deus imperaverit de Sabbato, ſi quid poſt promiſſionem imperavit, quàm quid Noacho imperaverit, Gen. IX, 5, 7. ?

Reſp. 1. Non dixi, ſcitû minùs neceſſarium fuiſſe, quod Deus Patriarchis imperâſſet de Sabbatho: de factis, aut praxi eorum locutus ſum; Legibus autem vivendum.

2. Promiſſionem Abrahamo factam, Opponens ni fallor reſpicit; ſed poſt eam, Præceptum olim Noacho datum de ſanguine non comedendo, obſervatum quoq; fuit à Patriarchis procul dubio, quamvis repetitum non legatur, niſi diù poſt per Moſen. Quid mirum igitur, ſi Præceptum de Sabbatho jàm olim Adamo datum, repetitum etiàm non legatur, niſi per Moſen & ejus ætate.

3. Et Noachus plura ſine dubio præſtare debuit ex voluntate Dei, quàm quę ipſi expreſſè leguntur propoſita, Gen. IX. Non mirum igitur, ſi Sabbathi inſtitutio non commemoretur ei repetita.

IV. *Objicit* porrò; Quòd autem Abrahamus

hamus non ſabbatizaverit, clarum eſt etjàm hinc; quia Iſraëlitis Sabbatum ut nova res accidit; qui tamen Circumciſionem obſervabant.

Reſp. 1. Novitatem agnoſcimus in modo proponendi, & confirmandi obſervationem Sabbathi, circa dationem Mannæ.

2. Illam verò fuiſſe primam Sabbathi inſtitutionem, nequaquàm probârunt qui oppoſitam ſententiam tenent: nos verò noſtram aſſeruimus, & defendimus.

V. *Excipiat* aliquis; Quòd nec ipſe Adam in primævâ integritate à Deo conſtitutus potuerit, neque jàm ullus homo ex naturali rectæ rationis luce ſcire poſſit, ſeptimo potiùs, quàm quolibet alio die, ſibi ceſſandum eſſe ab opere: Neque enim Adamum, niſi Deo revelante, ſcire potuiſſe, Mundum ab eo ſex diebus fuiſſe conditum; & ſeptimo die quieviſſe; ſibique ſeptimo quôque die ceſſandum eſſe, niſi Deo jubente.

Reſp. Fateor Adamum, non niſi ex Divinâ revelatione cognoviſſe, quòd ſex diebus conſummata fuerit mundi creatio; &

ſepti

ſeptimo quôque ſancta ſibi quies agenda: ſed indè nequaquàm ſequitur, inſtitutionem iſtius diei propterea fuiſſe Cerimonialem typicam, appropriatam omninò V.T. Certè Evam ex ipſo dormiente deſumtam fuiſſe, os ex oſſibus, carnem de carne ipſius; quódque idcircò deberent eſſe iſti duo in carnem unam; *Gen.* 11, 23, 24. non potuit Adamus ſic factum, ſic Divinitùs ordinatum, cognoſcere; niſi per Divinam revelationem. Neque tamen minùs Conjugii inſtitutio ſuperſtruitur tali Mulieris creationi; quàm ſeptimi diei ſanctificatio, univerſi hujus per ſex dies conſummationi. Similiter etiàm uſum Arboris Vitæ, & Scientiæ boni ac mali, aliaque, non aliter quàm per Divinam revelationem cognoſcere potuit Adamus; quæ tamen nemo dixerit, vel Cerimonialia typica V.T. fuiſſe, vel Politica Moſaïca.

Sabbathi inſtitutionem ergò Divinitùs revelatam fuiſſe agnoſcimus; quemadmodùm & multa alia: ſic tamen, ut eadem revelatio poſteros quoque ſpectaverit; & cum Adamo æquè obligaverit. Prohibitio

tio Arboris Scientiæ boni & mali Adamo revelata, Evam quoque obligavit; *Gen.* II, 15. *& ſeqq.* III, 3. quin & omnes poſteros in Adamo: quomodò enim aliàs in Adamo peccâſſent iſto peccato; vel reatû iſtius peccati pariter tenerentur?

Si autem ratio naturalis recta foret, & lux integra, non dubito, quin modum Dei colendi, & Sabbathi eo fine obſervandi notitiam, æquè haberent omnes homines ex ordine Divinitùs cum naturâ inſtituto; atque nunc naturaliter habent notitiam Conjugii, &c.

VI. *Inſtat* Opponens: Certè de Sabbato nullo modo dici poteſt, illud notum fuiſſe Gentibus, ideóque fuiſſe Judæis commune cum reliquis hominibus. Neque enim per naturam noſſe potuere, ſeptimum illum diem eſſe Deo ſanctificandum, & tali quiete tranſigendum: neque præceptum de eo ſanctificando à Deo accepere. Id ſolis Judæis eſt peculiare. Vide Nehem. IX, 14. Ezech. XX. Undè nobis tale argumentum enaſcitur: Jus morale eſt omnibus hominibus commune; præceptum de Sabbatho non eſt omnibus

ho-

hominibus commune: non ergo juris moralis. Malè ergò hæc duo conjunguntur, jus poſitivum & morale; cùm duo hęc jura, ut ſunt contradiſtincta, ità eidem ſubjecto convenire non poſſint. Differunt enim inter ſe ut jus naturale & poſitivum. At jus poſitivum non poteſt eſſe naturale. Sed jus morale eſt naturale. Non ergò poſitivum.

Reſp. 1. Imò verè dici poteſt, Præceptum de Sabbatho, cum reliquis Moralibus, notificatum fuiſſe Gentibus in Capite ſuo Adamo; atque adeò notum eſſe debuiſſe, eamque ignorantiam in iis fuiſſe culpabilem.

2. Reverâ etiàm Gentes ſciverunt ſolenniora ſacra ſtatis quibuſdam diebus eſſe peragenda: imò inſuper cùm numerum ſeptenarium habuerint μυστικὸν, id non immeritò ad hoc ipſum principium revocatur; licet miſeri in applicatione & extenſione ad multas ſuperſtitiones fuerint prolapſi, quemadmodùm etiàm in aliis quàm plurimis. Sed & ſeptimum diem alicubi inter Gentes obſervatum monuimus ſuperiùs.

3.

Digitized by Google

3. Præcepti de Sabbatho ſpecialem repetitionem, confirmationem, conſcriptionem Iſraëlitæ à Deo per Moſen acceperunt; quemadmodùm & reliquorum Moralium. Sic *Nehem.* IX, 13, 14. commemoratur, quomodò Deus in monte Sinaï ad Iſraëlitas fuerit locutus, iiſque dederit juſta jura, fidas leges, bona ſtatuta & præcepta; Sabbathumque iis notificaverit; & præcepta, ſtatuta ac legem iis per Moſen mandaverit. Similiter ferè *Ezech.* XX, 11, 12, 19, 20, 24. Confer Pſal. CXLVII, 19, 20. *Indicat verba ſua Jacobo, ſtatuta ſua & jura ſua Iſraëli. Non fecit ità ulli Genti; ideóque jura iſta non noverunt.* Rom. III, 1, 2. *Quæ eſt igitur præſtantia Judæi? aut quæ utilitas Circumciſionis? Multa per omnem modum. Primarium enim* illud eſt, *quòd ei credita ſunt eloquia Dei.* IX, 4. *Qui ſunt Iſraëlitæ: quorum* eſt *adoptio, & gloria, & pacta, & Legis conſtitutio*, &c. Non ſolùm igitur quarti Præcepti, ſed & reliquorum talis conſtitutio Iſraëlitis ſub V. T. fuit peculiaris; eorumque ad Gentes notificatio œconomiæ N. T. fuit reſervata.

Digitized by Google

4. Jus morale omnibus hominibus commune eſt, quoad obligationem; non verò quoad diſtinctam notitiam. *Deus præteritis ætatibus ſivit omnes Gentes ſuis ipſarum viis incedere: Quanquàm non paſſus eſt ſe* eſſe *expertem teſtimonii*, &c. Act. XIV, 16, 17. *Ipſius enim inviſibilia, jàm indè à condito mundo ex iis quæ ſecit mente perpenſa pervidentur, æterna* videlicet *ejus tùm Potentia, tùm Divinitas: ad hoc ut ſint inexcuſabiles*; Rom. 1, 20. Hinc craſſa honeſtorum ac turpium reſpectû utriuſque Tabulæ inter Gentiles ignorantia. Idololatria eorum multiplex & ſuperſtitiones admodùm variæ, omnibus manifeſtę ſunt, & paſſim obviæ; atque item multa contrà honeſtatem, temperantiam, juſtitiam, ac primævam rectitudinem, facta & inſtituta. Vide *Rom.* 1, 21, & ſeqq. Cornelius Nepos breviter, in Præfatione ad Atticum: Hi erunt ferè, qui expertes lite-„rarum Gręcarum, nihil rectum, niſi quod „ipſorum moribus conveniat, putabunt. „Hi ſi didicerint, *non eadem omnibus eſſe „honeſta atque turpia*, ſed *omnia majorum „inſtitutis judicari, non admirabuntur,*

„nos

„ nos in Grajorum *virtutibus* exponendis „ *mores* eorum ſecutos. *Neque* enim Ci„ moni fuit *turpe*, Athenienſium ſummo „ viro, *ſororem germanam habere in matri*„ *monio*; quippè cùm *cives ejus eodem ute*„ *rentur inſtituto.* at id quidem *noſtris* „ *moribus* nefas habetur. Laudi in Gręciâ „ ducitur adoleſcentulis quàm plurimos „ habere amatores. Nulla Lacedęmoni „ tàm eſt nobilis vidua, quæ non ad ſce„ nam eat mercede conducta. &c. Nec mirum, tàm turpiter aberrâſſe eos, qui mores & inſtituta majorum ſpectabant potiùs, quàm ut ritè attenderent ad opus Legis ſcriptum in cordibus ſuis; ac ſupplementum quęrerent apud eos, quibus Deus Legem ſuam plenè & purè revelâſſet.

5. Præceptum de Sabbatho hebdomadali omnibus commune eſt quoad obligationem: & quamvis non omninò cognitum omnibus Gentibus, tamen nec prorſùs ignotum; uti diximus §. 1, & 2.

6. Jus Divinum poſitivum, quod ex Naturâ ipſius Dei non fluit neceſſariò, ſed per liberam Voluntatis Divinæ determinationem conſtitutum eſt, ità ut vel i-

Digitized by Google

ipſum potuiſſet non conſtitui, vel etiàm e-
jus terminum potuiſſet conſtitui, poſſe
etiam hominibus eſſe Morale, h. e. com-
munem normam morum propter Divi-
nam conſtitutionem ipſis obſervandorum;
& hominibus Naturale, h. e. inde à primâ
Naturæ humanæ origine conſtitutum, e-
amque in commune obligans. Vide
[illegible] III, IV, VI.

[illegible] Qui ergo *diei deter-
minationem agnoſcunt eſſe juris ipſi Deo
[illegible] mutabilis; ſed ſo-
[illegible] cùm tantùm agatur de
[illegible] aliquâ cultûs Divini, non de
[illegible] de cultû naturali*
[illegible] Quomodò *moralem
[illegible] juris perpetui,
[illegible] Divinæ*? Certè id
[illegible] abuti, eoſ-
[illegible] & Præceptum
[illegible] quidem ſit
[illegible] minùs quàm
[illegible] Quomodò enim inter moralia
[illegible] *non eſt de i-
[illegible] naturali,
[illegible] circumſtantiâ*?

Illa

Illa circumſtantia temporis, ut & loci, pertinet tantùm ad externam diſciplinam, & ordinis ἐυταξίαν: ut cultus Dei ἐυσχημόνως καὶ κατὰ τάξιν γίνηται; 1 Cor. XIV. non verò eſt ipſe cultus, aut pars ejus.

Reſp. 1. Non nulla, quę ſunt Juris Divini poſitivi & liberi, tamen eſſe Juris nobis naturalis & moralis, oſtenſum ac defenſum eſt ſup. cap. II. th. II, & ſeqq.

2. Diei determinationem in genere, ut ſcil. ſex operariis reſpondeat unus ſanctâ quiete tranſigendus, ſic defendimus eſſe Moralem & juris perpetui: ſed determinationem in ſpecie; ex. gr. ſeptimi à creatione, non dixi eſſe juris perpetui. Iſta circumſtantia ſic ſub V. T. præſcripta fuit; alia verò ſub N. T. ſcil. primus dies hebdomadæ; & ad hujus obligationem nos tenemur vi ejuſdem Præcepti. Vide ſup. cap. V. th. II, III.

3. Sic ſubſtantia quarti Præcepti non verbo tenùs, ſed re ipſâ nobis Moralis eſt: nec ea nudam circumſtantiam præſcribit: ſed cultui ſolenniori circumſtantiam aſſignat; iſtum diem ſanctificandum præcipit, ſolenniore praxi religionis ac ſanctimoniæ tranſigendum.

pſum potuiſſet non conſtitui, vel etiàm ejus oppoſitum potuiſſet conſtitui, poſſe etiàm hominibus eſſe Morale, h. e. communem normam morum propter Divinam conſtitutionem ipſis obſervandorum; & hominibus Naturale, h. e. inde à primâ Naturæ humanæ origine conſtitutum, eamque ſic communiter obligans. Vide ſup. cap. II. th. III, IV, VI.

VII. Ille *pergit*; Qui ergo *diei determinationem non agnoſcunt eſſe juris ipſi Deo naturalis & abſolutè immutabilis; ſed ſolùm poſitivi ac liberi: cùm tantùm agatur de circumſtantiâ aliquâ cultûs Divini, non de ipſo cultû, minùs autem de cultû naturali ſolummodò & præciſè*: Quomodò *moralem tamen agnoſcere poſſunt & juris perpetui, ex hypotheſi ordinationis Divinæ*? Certè id nihil aliud eſt quàm terminis abuti, eoſque inter ſe confundere, & Pręceptum procudere quod verbo tenùs quidem ſit morale, cæterùm re ipſâ nihil minùs quàm morale. Quomodò enim inter moralia Pręcepta cenſeri poteſt, quod *non eſt de ipſo cultû, multo minùs de cultû naturali, ſed tantùm de cultûs aliquâ circumſtantiâ*?

Illa

Illa circumſtantia temporis, ut & loci, pertinet tantùm ad externam diſciplinam, & ordinis εὐταξίαν: ut cultus Dei εὐσχημόνως καὶ κατὰ τάξιν γίνηται; 1 Cor. XIV. non verò eſt ipſe cultus, aut pars ejus.

Reſp. 1. Non nulla, quę ſunt Juris Divini poſitivi & liberi, tamen eſſe Juris nobis naturalis & moralis, oſtenſum ac defenſum eſt ſup. cap. II. th. II, & ſeqq.

2. Diei determinationem in genere, ut ſcil. ſex operariis reſpondeat unus ſanctâ quiete tranſigendus, ſic defendimus eſſe Moralem & juris perpetui: ſed determinationem in ſpecie; ex. gr. ſeptimi à creatione, non dixi eſſe juris perpetui. Iſta circumſtantia ſic ſub V. T. præſcripta fuit; alia verò ſub N. T. ſcil. primus dies hebdomadæ; & ad hujus obligationem nos tenemur vi ejuſdem Præcepti. Vide ſup. cap. V. th. II, III.

3. Sic ſubſtantia quarti Præcepti non verbo tenùs, ſed re ipſâ nobis Moralis eſt: nec ea nudam circumſtantiam præſcribit: ſed cultui ſolenniori circumſtantiam aſſignat; iſtum diem ſanctificandum præcipit, ſolenniore praxi religionis ac ſanctimoniæ tranſigendum.

4.

Digitized by Google

4. Neque ſolùm ipſa praxis cultûs Divini, neceſſitatem Præcepti habet; ſed & circumſtantiæ, aliaque adjuncta, quæ Divinitùs item præſcripta ſunt. Omnis Mandati Divini tranſgreſſio verè peccatum eſt.

VIII. *Iterùm Opponens:* Certè noſter non dubitat, *ſi ratio naturalis recta foret, & lux integra, quin modum Dei colendi, & Sabbati eo fine obſervandi notitiam, æquè haberent omnes homines ex ordine* Divinitùs cum Naturâ inſtituto; atq; nunc naturaliter *habent notitiam Conjugii, &c.* atqui tamen fatetur, *Adamum non niſi ex Divinâ revelatione cognoviſſe, quòd ſex diebus conſummata fuerit mundi creatio; & ſeptimo quôque ſancta ſibi quies agenda.* Si id tantùm vult, Adamum ex ſolâ revelatione ſcire potuiſſe, ſeptimum illum diem, qui immediatè ſex illos dies primos à creatione mundi ſecutus eſt, eſſe Deo ſacrandum: naturâ verò cognitum habuiſſe, unum aliquem ex ſeptem debere eſſe eximium ad quietem & cultum Dei: tùm vel ille ſeptimus inchoandus fuit à primâ creationis die; & Deus neceſſe habuit omne opus ſuum abſol-

ſolvere ſex diebus, ut poſſet ſeptimo quieſcere, & nobis exemplum dare quietis. Atque ſic neceſſariò nobis, ex dictamine Naturæ, non uno aliquo ex ſeptenario dierum, ſed præciſè illo die ſeptimo quieſcendum: quia, ſi alio quàm illo ſeptimo id fiat, invertitur ſeptenarius. Et Eccleſia Chriſtiana, quæ diem Dominicum ſequentem ſibi ſelegit, ordinem illum naturalem turbavit. Vel, ſi ſeptimus dies arbitrarius eſt, & judicio hominis determinandus, tùm fieri potuiſſet ut alio die, quàm quo quievit Deus, quietem ageret Eccleſia; ſicut & nunc agit. Atque ità Sabbatum Dei non eſſet πρωτότυπον, nec cauſa Sabbati noſtri, neque nos ad exemplum Dei quieſcentis in quiete noſtra componere neceſſe haberemus.

Reſp. 1. Cùm Præceptum de Sabbatho hebdomadali ſit Juris non ipſi Deo naturalis & neceſſarii; ſed liberi ac poſitivi; facilè tollitur omnis objecta difficultas. Deus ſcil. Decreto ſuo hoc liberè conſtituit, ut opera creationis abſolveret hexaëmero; ſeptimo ipſe quieſceret: decrevit inſuper Hominibus præſcribere diem ſab-

K bathi-

bathicum hebdomadatim poſt ſex operarios obſervandum; atque hoc Præceptum illo ſuo exemplo confirmare; imò inſuper, ut in ſtatû integritatis, ac porrò ſub V. T. ſeptimus ab inchoatâ creatione Hominibus foret Sabbathicus. Non Natura, ſed Decretum Dei, inferebat, omne opus abſolvendum ſex diebus; ſeptimo quieſcendum; atque ità Hominibus exemplum quietis dandum, quod ſequi deberent, donec alius dies eâdem Divinâ auctoritate iis præſcriberetur.

2. Interim ex ſeptenario unus dies potuiſſet eſſe Sabbathicus, etiàm ad exemplum ipſius Dei, præter eum qui reipſâ talis fuit. Scil. Deus priùs per ſex dies continuos produxit opera creationis, ſequente ſeptimo quievit: quid ſi homines etiàm ſtatim à ſui productione operari cœpiſſent, atque ità ſex dies compleviſſent; ſequente indè ſeptimo quieviſſent? Sic certè poſt ſex ſuos operarios habere potuiſſent Sabbathicum, ſed planè alium. At nunc illis revelatum eſt, quem in ſpecie obſervare deberent.

3. Eccleſia Chriſtiana ſervat Morale quarti

Digitized by Google

quarti Præcepti, dum unum è ſeptem diebus habet Sabbathicum, & quidem indicatum ſibi Divinâ auctoritate ſub N. T. ſicut olim alius fuit habitus ex ſimili indicio.

4. Septimum diem hominibus eſſe arbitrarium, nos non dicimus.

5. Quòd homines etiàm aliter exemplum ipſius Dei imitari potuiſſent, aliumque diem habere Sabbathicum, (ſi ità Deus voluiſſet,) quàm nunc illis indicatum & mandatum fuit, oſtendi paulò ſuperiùs.

IX. *Opponens inſtitutum perſequitur:* Ergò alia cauſa inquirenda noſtri Sabbati; nim. ordo naturalis à Deo cum naturâ inſtitutus. At quis ille ordo naturæ, qui nos docet myſterium illud ſeptenarii & quidem ſacri? Et quomodò nos naturâ magis ſeptenarium, quàm aut octonarium, aut novenarium, aut denarium, exſculpere potuimus? An fortè vel *Pythagoram*, vel *Platonem* advocare & conſulere hîc neceſſe ſit, ut myſterium Sabbati & ſeptenarii nobis explicent? Certè ſi naturam & rationem conſulimus, illæ nihil aliud ſuggerent, quàm illud, ſi conventus

celebrandi ſint ex voluntate & præcepto Dei, neceſſarium eſſe, ut ſicut certus locus, ità & certum tempus iis præſtruatur; quod, niſi Deus ipſe præfixerit, vel ex mutuo conſenſu eorum qui ex pacto convenire ſtatuerunt, vel ex arbitrio eorum qui præſunt aliis, ſit determinandum. Conſentaneum quoque rationi, ne tempus illud Conventibus ſacris deſtinatum, vel breviore gyro, vel longiore periodo definiatur. Ne vel frequentiâ nimiâ vileſcat quies, vel ob longiorem moram in oblivionem veniat cultus. Atque hîc vix eſt, ut ratio melius quid præ ſeptenario ruſpari valeat. Ut tutiſſima via ſit, hîc ire per exemplum Dei.

Reſp. 1. Imò ad conſtitutionem Dei naturæ noſtræ coævam, hîc meritò recurrimus.

2. Nec ratio ex Pythagorâ vel Platone petenda; ſed ex libero ipſius Dei placito; quo illud de ſeptenario conſtitutum potiùs in hoc negotio, quàm de alio quolibet numero. Quid autem Pythagoras, vel Plato, ex occaſione illâ, de myſterio ſeptenarii ſuperſtitioſè deduxerint, noſtrâ parùm refert.

3. Tem-

3. Tempus illud ab ipſo Deo ſolenniori Religionis exercitio (quod ad Conventûs ſolos reſtringendum non eſt) præfixum, oſtendimus ſuo loco, & defendimus hactenùs.

4. Benè concedit Opponens; *vix eſſe, ut ratio melius quid præ ſeptenario ruſpari valeat: ut tutiſſima via ſit, hîc ire per Exemplum Dei.* Hoc ergò rationi conſentaneum, ut Exemplum ipſius Dei jàm ab initio hominibus propoſitum omnes ſequantúr in ſeptenario; & unum ex ſeptem diebus ſibi habeant Sabbathicum; imò illum, quemDeus ſimiliter indicaverit ſpeciatim, ſive olim pro illis temporibus; ſive in N. T. pro Eccleſiâ Chriſtianâ.

X. *Ille ampliùs* adverſùs ea quę dixi: Atqui, inquit, *nunc naturaliter habemus notitiam Conjugii: nec tamen Adamus cognoſcere potuit niſi per Divinam revelationem, Evam ex ipſo dormiente deſumtam eſſe, os ex oſſibus, carnem de carne ejus; quódque idcircò deberent eſſe iſti duo in carnem unam.* An his verbis vult, rem eandem poſſe & per naturam & per revelationem cognoſci? nihil certius. --- Sed præthereà, aliud

eſt commixtio maris & fœminę, aliud maris & fœminę conjugium. Illa eſt omnibus animantibus, in quibus eſt ſexûs diverſitas, communis; etiàm homini, quatenùs eſt animal. Etenim natura hoc omnia animantia docuit. Ut verò ſit unius maris & fœminæ conjunctio, quam Conjugium dicimus, ex eâdem quidem naturâ, ſed ex alio capite fluit; nim. ob educationem prolis, quam omnia animalia ex inſtinctû naturali procurant. Ut enim benè *Thomas*, ſecundâ ſecundæ, art. „ 2. in corpore. Videmus omnibus ani„malibus, in quibus ad Educationem „prolis requiritur cura maris & fœ„minæ, non eſſe vagum Concubitum; „ſed maris ad certam fœminam, u„nam vel plures: ſicut patet in omni„bus Avibus. Secùs autem eſt in anima„libus, in quibus ſola fœmella ſufficit ad „educationem fœtûs: in illis enim eſt „vagus concubitus. Ut patet in Canibus, „Equis, Tauris, &c. Manifeſtum eſt au„tem, quod ad educationem hominis non „ſolùm requiritur cura Matris, à quâ nu„tritur: ſed multo magis cura Patris, à quo „eſt

Digitized by Google

„ eſt inſtruendus & defendendus,& in bo-
„ nis tàm interioribus quàm exterioribus
„ promovendus. Et ideò contrà naturam
„ hominis eſt quòd utatur vago concubi-
„ tû: ſed oportet, quòd ſit maris ad deter-
„ minatam fœminam, cum quâ permane-
„ at, non per modicum tempus, ſed diù,
„ vel etiàm per totam vitam. Et indè quòd
„ naturaliter eſt in maribus in ſpecie hu-
„ manâ ſollicitudo de certitudine prolis,
„ quia eis imminet educatio prolis. Hæc
„ autem certitudo tolleretur, ſi eſſet vagus
„ Concubitus. Hæc autem determinatio
„ certæ fœminæ Matrimonium vocatur
„ & ideò dicitur eſſe de jure natu-
„ rali.

Ac licet Adamus per ſe ſcire non potuit, quomodò ſe dormiente ædificata ſit Eva ex unâ coſtarum ejus; tamen nihil repugnat, quin videns Evam tàm ſimilem ſibi & tanquàm alteram ſeipſum, ſtatim ex impetû illo & ſtimulo amoris, quo ſe in illam ferri ſentiebat, quem non ità ſenſerat ſe exerere ergà alia animalia, cùm cenſum eorum fecerat, agnoviſſe eſſe os ex oſſibus, & carnem ex carne ejus; atque

ex illo quoque amore appetiiſſe ejus Conjugium. Si Sabbatum eſt eo modo naturale & morale, neceſſe eſt Adamum ex inſitâ ſibi illius notitiâ ſcire potuiſſe, illud ſeptimo quôque die eſſe celebrandum. Quod non puto illum facilè alicui probaturum.

Reſp. 1. Individua vitæ ſocietas in Conjugio, quódque iſti duo ſint in carnem unam, verè eſt Morale, & Juris nobis naturalis; licet Adamus ex revelatione ſolùm ſciverit, Evam ex ipſius dormientis coſtâ formatam eſſe, os ex oſſibus & carnem de carne ejus; atque indè collegerit, ac diſtinctè cognoverit, iſtos duos debere eſſe in carnem unam: cùm iſta Divina revelatio & conſtitutio univerſum genus humanum obliget. Similiter, quòd idem Adamus ex revelatione Divinâ diſtinctè ſciverit mundi creationem ſex diebus eſſe completam, Deumque ſeptimo quieviſſe, ei benedixiſſe, eumque ſanctificâſſe, nihil impedit quò minùs Præceptum illud etiàm ſit Morale & Juris nobis naturalis. At verò ex iſtâ revelatione priùs urgebat Opponens contrarium. Vide ſup. th. v.

2. De

2. De Conjugio locutus ſum, & loquor, quale hoc Deus inter hominis à primâ origine conſtituit; ad quam etiàm Chriſtus ipſum revocavit, *Matth.* xix, 3--6. & Paulus, *Eph.* v, 28, 29, 31. & *Malachias*, 11, 14, 15. non de quâlibet maris, & fœminæ commixtione.

3. *Thomas* 2, 2. quæſt. 154. art. 2. docet, Vagum concubitum obtinere in illis animalibus, ubi ſola fœmina ſufficit ad educationem prolis: aliter verò rem habere, ubi ad eam non ſolùm fœminæ, ſed & maris cura requiritur; ibi enim eſſe concubitum maris ad certam fœminam, unam, vel plures. Conſequenter in genere humano non debere eſſe vagum concubitum, non ſcortationem, &c. Interim & plurium fœminarum mentionem facit; & mari cum fœminâ permanendum non per modicum tempus, ſed diû, vel etiàm per totam vitam; non neceſſariò, per totam vitam. Sic ex illo fundamento nec Polygamia, nec Repudia, erunt illicita; quæ tamen adverſantur primævæ illi inſtitutioni, ad quam nos Conjugium revocamus cum SS. Literis.

4. Ex impetû & ſtimulo amoris ergà Evam, non potuiſſet Adamus colligere eam aliter eſſe productam, quàm ipſe fuerat productus; ex ipſo eam formatam, ſic eam origine eſſe os ex oſſibus, & carnem ex carne ipſius: ac proindè iſtorum duorum debere eſſe individuam ſocietatem; idemque poſteris ſimiliter obſervandum, ubi multiplicatum eſſet genus humanum. Hęc ille ex Divinâ revelatione diſtinctè cognovit.

5. Nihil mirum igitur, ſi modus & ordo ſervandi Sabbathi ex ſimili revelatione Divinâ innotuerint diſtinctè; ſed revelatione univerſum genus humanum obligante, quemadmodùm in Conjugio etjàm factum.

XI. Poſt hæc *Opponens*: Præceptum de die ſeptimo celebrando, vel tantùm pertinet ad externam diſciplinam & ordinem, vel etiàm ſicut in reliquis ceremoniis, per ipſam feriationem ſignificatur res alia & ſpiritualis, quę per mandatum de cuſtodiâ Sabbati intenditur & ſignificatur. Ut enim rectè *Robertus Groſteſt*, Epiſcopus olim Lincolnienſis, qui antè annos

nos quadringentos ſcripſit, in erudito tractatû *de Ceſſatione Legalium*, hoc anno Londini edito, pag. 127. rem illam exponit: *Cùm audit Diſcipulus hujus Scripturæ mandatum de Sabbati obſervatione, cùm hiſtorialis obſervatio Sabbati non ſit de Lege naturali, nec hiſtorialiter ſolùm intellectum doceat fidem aut charitatem; debet per ſuprà dictam regulam (quæ eſt, ut ubi prima verborum ſignificatio ſignificat res Creationis, ſeu ſingulares actûs humanæ Converſationis, ibidem res ſignatæ primò per verba ſignificentur, deindè aliqua noſtræ Reparationis myſteria intelligantur, pag. 127.) intelligere actum celebrationis Sabbati aliquid de fide vel moribus ſignificare: & ejus ſignificationem ex aliis Scripturæ locis perpendere. Quod ſi diligenter faciat, inveniet ſabbatizationem ſignificare à peccato vacationem. Dicitur enim in Deuteronomio, Non facies in eo quicquam ſervilis operis. Servile autem opus eſſe peccatum, oſtendit ipſa veritas in Johanne, dicens, Qui facit peccatum, ſervus eſt peccati. Non facere ergò ſervile opus, idem eſt, quod non facere peccatum. Quòd etiàm corporale opus ſervile deſignet peccatum,*

indè poſſit perpendi, quòd opus ſervile de peccato proceſſit. Si enim homo non peccâſſet, opera ſervilia, quæ exigit hujus vitæ pœnalis conditio, nulla eſſent. Sicut ergò effectus deſignat cauſam; ſic opus ſervile deſignat peccatum. Et poſt: Intelligit ergò diligens hujus Scripturæ diſcipulus, per mandatum obſervationis Sabbati ſtatim hæc duo, vid. & corporalem feriationem, & abſtinentiam à peccato. Et indubitanter agnoſcit, quòd autor intendebat in dicto Præcepto principaliter docere & præcipere illud morale: nec voluit præcipere de corporali propter ſe, ſed magis propter morale, &c. Quæ verba præcipuè adduxi, tùm ut conſtet non eſſe novitium noſtrum hòc dogma de Sabbato; tùm quia egregiam methodum inveſtigandi, an Præceptum aliquod ſit ceremoniale, nos docet. Quanquàm non negemus, ſecundùm eandem methodum, & alia & præſtantiora ex illo Præcepto elici & deduci poſſe; &c.

Reſp. 1. Quartum Præceptum nec tantùm pertinet ad externam diſciplinam & ordinem; nec ſolùm, ſicut in reliquis Cerimoniis, per ipſam feriationem ſignificatur

tur res alia & ſpiritualis. Deus enim mandavit ſeptimum quemque diem hebdomadatim ſanctificandum; quod ipſum ex Divinâ ordinatione ad perpetuam Morum normam pertinet. De acceſſorio uſu Cerimoniali ſub V.T. infrà erit dicendum.

2. Quod *Robertus* ille *Groſteſt*, aliis *Grosthede*, ante annos quadringentos ſcripſit, in tantis tenebris Papatûs, nequaquàm tale eſt, ut nos dimovere debeat à ſententiâ ex SS. Literis hauſtâ, inter Theologos Orthodoxos receptâ, & contrà Socinianos atque Anabaptiſtas defendi ſolitâ, de Moralitate quarti Præcepti.

3. Regula illa Roberti, ut *ubi prima verborum ſignificatio ſignificat res Creationis, ſeu ſingulares actûs humanæ Converſationis; ibidem res ſignatæ primò per verba ſignificentur, deindè aliqua noſtræ Reparationis myſteria intelligantur.* nequaquàm eſt certa ac ſolida; quaſi ex rebus Creationis, & ſingularibus actibus humanę Converſationis in S. Scripturâ commemoratis, myſteria Reparationis ubique deberent aut poſſent intelligi: non ſic Natura cum Gratiá, & humana Converſatio cum ſtatû

myſtico confundenda, vel obtorto collo iſtûc trahenda eſt. Accommodationes, aſſimilationes, tranſlationes, ubi ipſa Scriptura facit, agnoſcendæ ſunt procul dubio: ſed ut nos eas vel quęramus, vel fabricemus ubique & ſemper, non prææunte Spiritû Sancto, à ſolidâ Theologiâ alienum eſt.

4. Ex eo, quòd peccatum ſit opus ſervile ſpiritualiter, quódque alia opera ſervilia ex peccato proceſſerint, non rectè colligitur Sabbathum primò & principaliter inſtitutum eſſe ad figurandam abſtinentiam à peccato: tùm quòd ejus inſtitutio antiquior ſit peccato, & ad aliam originem atque cauſam referatur in SS. Literis; tùm quòd Deus non ſolùm prohibuerit opera ſervilia, ſervorum & ancillarum, quæ moleſtiora eſſe ſolent, ſed & reliqua ad hanc vitam pertinentia, licet minùs moleſta, etiàm herorum, & filiorum, & filiarum, &c. quia eſt Sabbathum Jehovæ, ipſi ſanctificandum, ejus cultû tranſigendum; *Exod.* xx, 8 -- 11. *Deut.* v, 12, 13, 14.

5. Pluris eſt nobis communis Confeſ-

ſio

ſio Fidei Anglorum, in Luce Euangelii edita, quàm unius Epiſcopi Anglicani ſententia, ſub tenebris Papatûs prolata: illa autem ſic habet, Cap. xxi. de Cultû religioſo, & die Sabbathico, §. 7. „Quemadmodùm *Legis naturæ* eſt, ut in genere „*aliqua temporis portio*, Dei juſſû ſegregetur ad ejus cultum; ità Verbo ſuo, *poſitivo*, *morali*, *& perpetuo Præcepto*, *omnes omnium ætatum homines obligante*, ſpeciatim conſtituit *unum diem è ſeptem*, in „*Sabbathum* ſibi ſanctè obſervandum: qui „à mundi initio uſquè ad reſurrectionem „Chriſti, erat *ultimus ſeptimanæ dies*; atque „à Chriſti reſurrectione mutatus eſt in „*primum ſeptimanæ*, qui in Scripturâ appellatur *dies Dominicus*, atque *obſervari* „*debet*, *uſque ad finem mundi*, tanquàm „*Sabbathum Chriſtianorum*.

Confer, ſi placet, *Rationem Diſciplinæ, Ordiniſque Eccleſiaſtici, in Unitate Fratrum Bohemorum*, allegatam nuperrimè ab Hoornbekio, initio Tractatûs ſui de Obſervando à Chriſtianis Præcepto Decalogi quarto, Die Dominicâ.

Si quis verò Roberto illi Lincolnienſi

(cu-

(cujus opera ad manum non ſunt, nec etiàm liber ille citatus,) Pontificium quem Scriptorem oppoſitum malit; is inter alios audiat, qui nunc occurrit, Nicolaum Dorbellum ad Diſtinct. 37. tertii Sentent. Ubi ſic loquitur; Tertium Præ-
„ ceptum eſt, Memento ut diem Sabbathi
„ ſanctifices. Ad cujus evidentiam no-
„ tandum, quòd hoc Pręceptum *partim eſt*
„ *Morale*; partim verò Cerimoniale, ſeu
„ figurativum. *Morale* quidem in quan-
„ tum homini præciperetur, ut deputet *a-*
„ *liquod tempus vitæ ſuæ ad vacandum Divi-*
„ *nis obſequiis:* hęc enim dictat *Ratio na-*
„ *turalis.* Eſt autem Cerimoniale, quan-
„ tum ad determinationem temporis ſpe-
„ cialis, ſcil. *diei ſeptimæ in quâ Dominus re-*
„ *quievit*, i. e. novas ſpecies facere ceſſa-
„ vit. --- Quia igitur obſervatio Sabba-
„ thi erat figurativa, adveniente veritate
„ debuit ceſſare, etiàm propter excluſio-
„ nem errorum. --- Fuit autem *obſervatio*
„ *Sabbathi in primam diem ſeptimanæ* (quæ
„ dicitur *dies Dominica*) *commutata*; &
„ hoc *per Apoſtolos à Spiritû Sancto edoctos.*
„ Undè Johannes in principio Apocaly-
pſios

„ pſios, *diem Dominicam* nominat. Ratio „ autem inſtitutionis illius diei fuit propter præſtantiſſima opera in eâ celebratâ; &c. Sic ille ſaltem aliquid Morale agnoſcit in tempore, quo vi quarti Præcepti Divino cultui vacandum eſt; & pro N. T. ſeptimam à creatione, ſtatuit commutatam in primam ſeptimanę, ab ipſis Apoſtolis, ex inſtinctû Spiritûs Sancti. Utinàm ſic omnes Pontificii errarent in hoc negotio, atque item in aliis!

XII. Alius hoc Argumentum *opponit*: Quod non poteſt teneri ab homine, niſi per *memoriam præcepti*, id non eſt morale; licet poſſit eſſe præceptum de *circumſtantiâ cultui morali liberè per placitum* adjectâ. Atqui tale eſt Sabbatum, ut non poſſit teneri niſi per memoriam præcepti. Idque invenit homo, quùm audit, *Hoc eſt, quod Deus dixit; ad tentandum ipſum*; *præcepit tibi*; *memento*: (qualia occurrunt Exod. XVI. ---) at naturalem notitiam fluentem ex eo, quòd Deus quievit die ſeptimo, non invenit. &c.

Reſp. 1. Majorem negamus; ut ſuprà.

2. Minor vera quidem eſt de ſpeciali

ac

ac diſtinctâ Sabbathi notitiâ; non tamen de omni ejus notitiâ in univerſum.

3. De loco *Exod.* XVI. vide ſup. cap. IV. th. VII.

XIII. *Occurrit* alius: Fratres & ſorores natura docet ad duplex officium eſſe factos. 1. ad propagandum genus. 2. ad cohabitationem; quæ debet eſſe honeſta, ſine ſuſpicione & infamiâ. Adami filii ex ſororibus ſuſcipientes liberos primo uſû debuerunt eſſe contenti. Poſtquàm non neceſſe fuit ex eâdem domo ſumere ſorores conjuges, ſed ſorores remotiores ejuſdem ſanguinis fuerunt, locum invenit beneficium cohabitationis. Quod ex eo tempore infamare ſuſpicione libidinis, ſcelus eſt. Igitur & cogitatio de nuptiis procul eſſe debet: ut ſervetur inter homines pudor, & non excludatur tantum bonum perpetuæ cohabitationis. Eadem ratio eſt in jure leviratûs.

Reſp. 1. Deus genus humanum per generationem propagari voluit; ad generationem facit ſexûs diſcrimen: ſed & Conjugium Deus inſtituit, maris unius cum unâ fœminâ individuam ſocietatem.

2. Ho-

2. Hominum cohabitationem, ſimiliter Deus inſtituit: natura homines ad ſocietatem, ad cohabitationem, vocat. Sed alia eſt cohabitatio conjugum, alia parentum & liberorum, alia aliorum in familiâ, alia in civitate, alia aliter, ad mutuum auxilium pro re natâ. In omnibus ſervanda honeſtas, & ad Legem Dei conformitas.

3. Filii Adæ germanas Sorores habuerunt in matrimonio; ſic Deo conſtituente, ut illi in iſtis circumſtantiis eximerentur ab obligatione Legis naturalis, quatenùs hæc inceſtum prohibet. Ac proindè illi peccatum tale iſto actû non commiſerunt.

4. Interim Fratres ex germanis Sororibus liberos ſuſcipientes, cum illis cohabitationem conjugalem habuerunt, & cum liberis ſuis pro re natâ, juxtà conſtitutionem Gen. 11, 24. *Idcircò relicturus eſt vir patrem ſuum & matrem ſuam: & adhærebit uxori ſuæ; eruntque in carnem unam.*

5. Cogitatio de nuptiis procul eſſe debet à perſonis per Legem prohibitis matrimo-

trimonio jungi, licet fortè non cohabitantibus. Verùm, ubi vel generalis permiſſio nuptias licitas facit; vel ſpecialis diſpenſatio aut exemtio eas aliquandò licitas fecit, aliter res habet; etiàm in perſonis fortè cohabitantibus. Peccatum libidinis, imò & ejus ſuſpicio, in omnibus ſemper vitanda.

XIV. *Idem alibi*: Obedire velle Deo in omnibus eſt virtus, quæ ab imagine Dei abeſſe non poteſt. In ſpecie obedire Deo in hoc vel illo præcepto poſitivo, ſeu δόγματα, eſt obedientia & honor ſive cultus, qui, quatenùs proficiſcitur ex voluntate obtemperandi Deo, eſt actus virtutis imperatus; non quòd virtus ſine illo actû ſit mutila, (Nam poteſt tale præceptum non dari, ----) ſed quòd extante præcepto, non poſſit amor & voluntas obediendi eſſe ſine voluntate faciendi hoc ipſum, quod præceptum eſt. Quæ voluntas tamen ut recta ſit, neceſſe eſt, ut accedat judicium de ipſo illo actû, quòd is non commendet nos Deo; & quòd præceptum, quo is actus præſcriptus eſt, ſit δόγμα *placitum*, & non de eorum genere, *quæ qui facit*,

ſacit, in eis vivit; atque ità non *morale*, ſed *poſitivum*.

Ità *abſtinere à ſuillà* non eſt virtus moralis: ſed voluntas amans Deum & dominium ejus eligens, quùm extat præceptum, eſt bona voluntas, &c.

Hæc à Judæis non diſtinguuntur. Ideò putant, ſuam abſtinentiam eſſe juſtitiæ ſuæ partem.

In Baptiſmo ſuſcipiendo paremus Deo. Eligimus enim hunc actum, ut confeſſionem aliquam fidei, & ſacramenti uſum, &c.

Numquid in eo conſiſtit pietas, ut ea dicas *moralia*, &c.

Ego dico, *Præceptum fidei* eſſe morale ex hypotheſi. ---- Ubi vides Filium Dei crucifixum, & audis verbum Dei, in eo eſſe pacem; etiámſi nullum mandatum extet, obligaris, ut confugias ad Filium & in eo juſtitiam quæras.

Reſp. 1. Conſtans voluntas obediendi Deo in omnibus, eſt virtus habitualis, & quidem univerſalis: conſtans voluntas obediendi in hoc vel illo Præcepto, eſt virtus etiàm habitualis, ſed particularis: obedi-

Digitized by Google

obedire huic vel illi Præcepto, eſt actus virtutis, aut virtus actualis; ſive Præceptum illud fuerit juris ipſi Deo naturalis, ſive liberi & poſitivi: ut enim omnia & ſingula Præcepta Dei ad obedientiam obligant eos, quibus præſcribuntur; ſic virtutis eſt obedientiam illis præſtare; non obedire, peccatum.

2. Qui ſub Lege cerimoniali non *abſtinebant à ſuillâ*, verè peccabant; & maledictionem ac mortem incurrebant procul dubio, per iſtam ſuam inobedientiam.

3. Qui Baptiſmum ſuâ ſponte negligunt, aut contemnunt, nunc peccant ſimiliter; ac proptereà damnari merentur: cùm ille neceſſitatem Præcepti habeat. Peccata enim venialia non agnoſcit Theologia orthodoxa.

4. Qui Euangelio ſibi prædicato non credunt, verè etiàm peccant, atque iſto peccato condemnationem ſibi augent. Hi, contra primum Præceptum, quo obligantur credere quęcunque ſibi à Deo vera & credenda proponuntur. Iſti, contrà ſecundum Præceptum, cùm Deus ſignificaverit,

caverit, Baptiſmum pertinere ad cultum inſtitutum ſub N. T. Illi, contrà textum Præceptum; cùm iſto tempore ſuilla ab alimentis excluſa eſſet Divinâ conſtitutione. Sic enim omnia agenda quâ talia, in ordine ad Deum ejusque judicium, vel abſolutè, vel ex hypotheſi, vel reductivè, ad Legem Moralem, tanquàm normam morum & actionum humanarum, pertinent.

5. Vita æterna nunquàm ſperari debuit ex obſervatione unius Præcepti; ſed ex obſervatione omnium & ſingulorum: hęc eſt eorum concatenatio, & neceſſitas obedientiæ univerſalis. *Deut.* XXVII, 26. *Matth.* V, 19. *Gal.* III, 10. *Jac.* II, 10.

6. Poſt lapſum nemo merus homo ex Lege juſtitiam & vitam ſperare debuit: cùm ipſam Moralem nemo ſervet perfectè; ac proindè ea peccatores redarguat, convincat, condemnet. Cerimonialis autem, confeſſionem impuritatis ac reatûs induxerit, ſed juſtitiam in Chriſto figuraverit & quærendam docuerit. Hæc à Judęis non obſervantur; eſtque eorum lapſus graviſſimus. *Ignorantes Dei juſtitiam.*

am, & propriam juſtitiam ſtudentes conſtituere, juſtitiæ Dei non fuerunt ſubjecti: Nam finis Legis eſt *Chriſtus, ad juſtitiam cuivis credenti. Moſes enim deſcribit juſtitiam quæ eſt ex Lege*, his verbis, *Quòd qui præſtiterit ea, vivet per illa*; Rom. x, 3, 4, 5. *Propterea ex operibus Legis nulla caro juſtificabitur in conſpectû ejus: per Legem enim* eſt *cognitio peccati*; Cap. III, 20. *Circumciſio quidem prodeſt, ſi Legem exequaris: Quódſi tranſgreſſor Legis fueris, circumciſio tua facta eſt præputium*; cap. II, 25.

7. Cerimonialia non eſſe Juris Divini naturalis omninò neceſſarii, atque immutabilis; nec principaliter conſtituere cultum Dei; ſatis manifeſtum eſt, & ignorantibus perſuaderi facilè poteſt. Ipſe *Maimonides* in *More Nevochim* part. III. cap. XXXII. Dico, Cùm iſtæ ſpecies cultûs „ Divini, *Oblationes* nempè, ſint *ſecundum* „ *Intentionem ſecundam*; *invocatio* verò, „ *Precatio*, & *ſimilia cultûs Divini genera*, „ magis ſint propinqua *Intentioni primæ*, „ & neceſſaria ad illam aſſequendam; id- „ circò Deum *magnam inter duas iſtas ſpe-* „ *cies conſtituiſſe differentiam*. Iſtæ enim

Obla-

„ *Oblationes & Sacrificia*, licet fiant in ho-
„ norem Dei Opt. Max. tamen non ità
„ nobis ſunt facienda, ſicut à principio
„ fiebant; ut videl. in quovis loco & quo-
„ vis tempore offerre, --- ſit permiſſum:
„ ſed prohibita ſunt nobis iſta omnia; &
„ certa domus huic rei fuit aſſignata;-- nec
„ niſi certa familia Sacerdotio fungi pote-
„ rat; & hæc omnia *ad cultûs iſtius genera*
„ *diminuenda*; ut nihil nempè fieret, niſi
„ quod Deus non juſſit intermittere. Ve-
„ rùm *Precatio & Deprecatio* permiſſa eſt
„ in omni loco, & cuivis ---. Hâc de causâ,
„ quam nunc tibi aperui, invenimus ſæ-
„ piſſimè Prophetas reprehendere Homi-
„ nes ob nimium ſtudium & nimiam di-
„ ligentiam in adducendis *Oblationibus*:
„ & illis inculcare, quòd *non principaliter*
„ *& per ſe intendantur*, neque Deus illis
„ opus habeat. Sic ait Samuel(1, xv, 22.)
„ --- Item Jeſaias (1, 11.) --- Et Jeremias
„ (VII, 22.) *Non ſum locutus cum Patri-*
„ *bus veſtris, nec præcepi eis die, quo eduxi*
„ *eos è terrâ Ægypti, de Holocauſtis & Vi-*
„ *ctimis. Sed verbum hoc præcepi eis, dicendo:*
„ *Obtemperate voci meæ, & ero vobis in De-*

Digitized by Google

„ *um, & eritis mihi in Populum*: quæ Pro-
„ phetæ verba ſcrupulum moverunt o-
„ mnibus, quos mihi videre & audire
„ contigit. Dicunt enim; Quomodò dicit
„ Jeremias de Deo, quòd non præceperit
„ nobis *Sacrificia & Holocauſta*, cùm ma-
„ xima pars Præceptorum circà hoc tan-
„ tùm ſit occupata? Sed ſcopus verborum
„ ipſius is eſt, quem indicavi tibi. Dicit; *Pri-*
„ *ma intentio* utique eſt, ut apprehendatis
„ me, neque alii ſerviatis, ut ego ſim vobis
„ in Deum, & vos mihi in Populum. Hoc
„ autem Præceptum de *Oblationibus*, & de
„ *Domo meâ*, datum eſt in hunc finem, ut
„ exindè ad utilitatem veſtram hoc diſce-
„ retis: & eâ de causâ quoque tranſtuli illos
„ cultûs ad Nomen meum, ut omnis Ido-
„ lolatriæ memoria deleatur, & Unitas
„ mea confirmaretur. Vos verò veniſtis, &
„ finem illum irritum reddidiſtis, *cultui-*
„ *que externo* adhæſiſtis. --- Propterea li-
„ quet tibi, quòd prima Pręcepta non fue-
„ rint de *Holocauſtis & Sacrificiis*, quia
„ ſunt ſecundùm *intentionem ſecundam*.
„ Et hoc, quod Jeremias inquit, eſt illud
„ ipſum, quod in Pſalmis legimus, ubi Po-
„ pulus

„ pulus redarguitur, quòd ignoret *Intentio-*
„ *nem primam;* & inter *ipſam, & intentio-*
„ *nem ſecundam* non diſtinguat. Sic dicitur
„ ibi (Pſal. L, 7, 8, 9.) *Audi Popule mi, &*
„ *loquar Iſraël, & teſtificabor tibi: Deus tuus*
„ *ego ſum. Non ſuper Sacrificia tua arguam*
„ *te, nec ſuper Holocauſta tua, quòd non fue-*
„ *rint coràm me ſemper. Non accipiam è domo*
„ *tua juvencum, nec de ſeptis tuis hircos.* &c.

Ac porrò cap. XXXIII. *Mundities ve-*
„ *ſtimentorum, Lotio corporis, Abſterſio item*
„ *ſudoris & ſordium,* eſt quidem *etiàm de*
„ *Legis intentione;* verùm *poſterior eſt Puri-*
„ *ficatione operum & cordis ab opinionibus*
„ *pravis & moribus inhoneſtis.* Exiſtimare
„ enim *Munditiem externam* ablutionis
„ corporis & veſtimentorum ſufficere
„ Homini, licet per reliqua omnis generis
„ voluptatibus, Cereri, Veneri, & Baccho
„ indulgeat, *ſumma eſt inſania;* &c.

Manet ergò principalis Judæorum error in hoc negotio, quòd Cerimonialia non referant ad Chriſtum, Typos ad veritatem, Umbras ad ipſum Corpus; quòd non ritè agnoſcant ea tanquàm Typos aliud quid ſignificâſſe, cùm ad juſtificatio-

nem, atque internam ſanctificationem, per ſe invalida eſſent, &c. Vide, ſi placet, in Diſputt. noſtris Tit. XI. *de Fœdere Euangelico*; th. CXXVII.

8. Quæ autem, abrogatâ Lege Cerimoniali, ſub N. T. fiunt ſecundùm Legem Dei Moralem, reliquis etiàm conditionibus ſervatis; cur non *virtutes*, & *moralia*, appellabuntur? Quanquàm de vocibus minimè litigandum cenſeamus, modò veritas quæ ſecundùm pietatem, atque exercitia ad vitam & pietatem pertinentia, rectè ſerventur. Atque hoc non minùs de praxi Sabbathi, juxtà quartum Pręceptum Decalogi, tenendum; quàm de aliis per reliqua Præcepta mandatis.

XIV. *Ille ſubjicit*: Catecheſis dicit: *Quæ ſunt bona opera? Tantùm ea, quæ ex verâ fide ſecundùm Legem Dei fiunt, & ad ejus ſolius gloriam referuntur.* Tu dicis (Antagoniſtam quendam ſuum alloquitur): *Secundùm Præcepta Dei, ſine diſtinctione, juris naturalis an poſitivi ſint.* Addit Catecheſis teſtimonium ex 1 Tim. 1, 5. *Finis mandati eſt charitas, &c.* Undè apparet, Catecheſin intelligere *Legem præceptorum*, quæ

quæ qui ſacit vivit in eis. Nam ea Præcepta in charitate conſummantur.

Alioqui ſanè, ut dixi, multùm refert, quid judices de tuis actibus externis. Nam alioqui non in fide facies, quod facis. Igitur etiàm non tantùm opus eſt *facere*, vel, ut tu etiàm loqueris, *vivere.* Oportet & rectè judicare, & in fide, in nomine Dei facere, quod facis.

Reſp. 1. Sic Catecheſis rectè in operibus verè bonis *tres conditiones* requirit; quarum *prima* reſpicit eorum *principium*; ut fiant ex verà fide. Ubi in variis editionibus adſcribuntur loca, *Rom.* XIV, 23. *Hebr.* XI, 7. In quibuſdam additur etiàm 1 *Tim.* 1, 5. potiſſimùm propter verba ſequentia, ab Opponente non expreſſa, *ex mundo corde, & conſcientiâ bonâ*, & *fide minimè ſimulatâ.* Per fidem enim cum Chriſto auctore vitæ, juſtitiæ, & ſanctitatis, unimur: hinc corda per fidem purificantur; *Act.* XV, 9. & conſcientia mundatur; *Tit.* 1, 15. *Hebr.* IX, 14. atque ità ex iſto principio proficiſcuntur noſtra bona opera; *Gal.* II, 20. *Joh.* XV, 4, 5. imò quatenùs *Chriſtus nobis factus eſt ſapientia à*

Digitized by Google

Deo, 1 *Cor.* 1, 30. cognoſcimus, quęnam opera, & quomodò ſint Deo grata & accepta; quatenùs *ſanctificatio*, praxi eorum ſeriò incumbimus; quatenùs *iuſtitia*, nos, & noſtra, quæ per ipſius gratiam à nobis procedunt, Deo placere certò perſuaſi ſumus. *Secunda conditio* reſpicit *normam*; ut fiant ſecundùm Legem Dei: ubi hæc teſtimonia adſcribuntur: *Deut.* IV, 1, 2. XI, 32. XII, 32. *Ezech.* XX, 18, 19. XVIII, 9. *Tertia* denique reſpicit *finem*: ut ad Dei ſolius gloriam referantur; adſcriptis teſtimoniis, 1 *Cor.* X, 31. *Phil.* I, 11. *Matth.* V, 16. 1 *Petr.* II, 12. Pro normâ igitur Lex Dei aſſignatur; Moralis ſcil. Decalogo comprehenſa: hic idcircò deinceps explicatur diſtinctè per ſingula Præcepta, ſive ea Juris ipſi Deo naturalis, adeóque prorſùs neceſſarii & immutabilis fuerint, ſive etiàm Juris Divini liberi & poſitivi. Propthereà, quod ad principalem Controverſiam nunc propriè pertinet, in explicatione quarti Præcepti docetur, Deum exigere, ut potiſſimùm die Sabbathi, h. e. Quietis, cœtûs Eccleſiaſticos ſtudioſè frequentemus, Verbum Dei diligen-

ter

ter audiamus, Sacramentis utamur, &c.

2. Quę Juris Divini poſitivi ſunt, (*Placita* vocat Opponens) ad charitatem vel Dei, vel proximi, pertinent quoq;: ſine charitate ea præſtari rectè non poſſunt, non debent.

3. Catecheſis nuſquàm docet, Legem Pręceptorum, quæ ſi quis faceret, in iis eſſet victurus, complecti ſolùm ea quæ ipſi Deo naturalia ſunt; excluſo quarto Pręcepto, & aliis quæ ſive omninò, ſive ex parte aliquâ, Juris Divini poſitivi ſunt. Nedùm id colligat ex loco 1 *Tim.* 1, 5. Nec Legem ſic reſtringi debere, ab Opponente quoquam hactenùs probatum eſt.

4. Imò contrà, Adamus antè lapſum, cùm per Legem vivere potuiſſet, ſub eâdem conditione Præceptum de Arbore ſcientiæ boni & mali obſervare debuit; & contrà hoc ipſum peccans, vitâ excidit, mortemque demeritus eſt. Chriſtus autem omnem juſtitiam impleturus, ſic vitam promeriturus, Sacramentis quoque ſecundùm Divinam inſtitutionem uti debuit; *Matth.* 111, 15.

5. Nos etiàm debere de actibus noſtris, & nominatim externis, rectè judi-

Digitized by Google

care; atque omnia facere in fide, & in nomine Dei, omninò agnoſcimus; juxtà conditiones, ex Catecheſi, ſecundùm SS. Literas, modò expreſſas. Nec alia mens Antagoniſtæ illi Opponentis noſtri; quantum ex ejus libro nobis innotuit.

CAP. VIII.

Oſtenditur eandem Legem Moralem etiàm ſub N. T. eſſe Normam Morum vivendi: primò, ex Matth. v, 17, 18, 19. *ubi generalis & clariſſima ipſius Chriſti Aſſertio. Deindè ex* Jac. II, 8,-- 12. Rom. XIII, 7,-10. Eph. VI, 1, 2, 3. *ubi ſimilis Apoſtolorum Aſſertio; & ſimul Inductio Præceptorum poſterioris Tabulæ. Idem porrò ex variis N. T. locis probatur de prioribus tribus Præceptis prioris Tabulæ. Atque item de Quarto Præcepto, ex* Matth. XXIV, 20. 1 Cor. XVI, 1, 2. Act. XX, 7. Apoc. I, 10. *Locus Athanaſii. Catecheſis Belgica. Synodus Nationalis Dordracena. Theſaurus Catecheticus F. Hommii, &c. Anabaptiſtarum, Socinianorum, Lutheranorum, Orthodoxi Antagoniſtæ. Lutherani aliqui.*

I. QUemadmodùm antè Moſen, & antè

antè initum Fœdus Gratiæ, imò antè Lapſum, extitit eadem Lex Moralis; ſic ea poſt adventum & mortem Chriſti, ſub N.T. omninò etiàm obtinere cenſenda eſt. Hinc ipſe Servator, Matth. v, 17. *Ne exiſtimate me veniſſe, ut diſſolvam Legem, aut Prophetas: non veni, ut eam diſſolvam, ſed ut eam impleam:* umbris typicis ac cerimonialibus veritatem ſubſtituendo; quæcunque de Meſſiâ prædicta ſunt, planè conſummando; requiſitam obedientiam per me præſtando; aliosque ipſorum officia verè & plenè docendo. 18. *Amen quippè dico vobis, uſquedùm præterierit cœlum & terra, iota unum aut unus apex nequaquàm præterierit ex Lege, uſquedùm omnia facta fuerint.* Moralia quæ per Chriſtum facienda erant ſuo modo, per alios item homines ſuo modo, non erant abroganda, nec iis quicquam derogandum, uſque ad extremum complementum in conſummatione ſæculi. 19. *Quiſquis igitur ſolverit unum ex mandatis hiſce minimis, & ità docuerit homines, minimus vocabitur in regno cœlorum: quiſquis autem fecerit & docuerit, iſte vocabitur magnus in regno cœlo-*

quod eſt Præceptum primum cum promiſſione, ut benè tibi ſit, & ſis longævus ſuper terrâ. Sic iterùm ad Syſtema Præceptorum, ubi iſtud occurrit primum cum tali promiſſione, ſub N. T. remittimur, tanquàm ad normam Juſti & decori coràm Deo.

III. Imò eâdem operâ ſic jàm ex Scripturâ N. T. recenſuimus omnia & ſingula Præcepta Decalogi ad poſteriorem Tabulam pertinentia; adeò ut de nullo eorum ſupereſſe poſſit dubium, ſi quis Inductionem deſideret. Quantum verò ad priorem Tabulam: de *primo Præcepto* eadem veritas ſatis patet ex 1 Cor. VIII, 4, 5, 6. *Scimus Idolum nihil eſſe in mundo, & nullum eſſe Deum alium niſi unum. Nam etiámſi ſint qui dicantur Dii, & in cœlo & in terrâ: (ſicut ſunt Dii multi, & Domini multi:)* Nobis *tamen unus eſt Deus; Pater ille, à quo omnia, & nos in ipſo*, &c. coll. cum Matth. XXII, 37. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo*, &c. & cap. IV, 10. *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies.* Joh. IV, 24. *Deus eſt Spiritus: & qui adorant eum, oportet ut Spiritû ac veri-*

tate

tate adorent. 1 Joh. v, 21. *Filioli, Cavete vobis ab Idolis.*

De *Secundo* item colligimus, ex Rom. 1, 23. *Mutârunt enim gloriam incorruptibilis Dei, in effor matam, imaginem corruptibilis hominis, & volucrium, & quadrupedum, & reptilium,* &c. 25. *Ut qui veritatem transmutârint in falſitatem,* &c. Cùm iſtud in Gentilibus tàm graviter redarguatur, facilè colligimus quàm ſit indecorum & illicitum. Act. XVII, 24, 25. *Cùm ſit cœli & terræ Dominus, in manu-factis templis non habitat: nec manibus hominum colitur, alicujus rei egens, &c.*

De *Tertio* autem, ex Matth. v, 34, 35. *Ego verò dico vobis; Ne jurate omninò: neque per cœlum: quia thronus Dei eſt: neque per terram; quia ſcabellum eſt pedum ejus.* XII, 36. *Dico vobis: Quodcunque verbum otioſum locuti fuerint homines, de eo reddituros rationem in die judicii.* De Deo igitur, & rebus Divinis, minimè quicquam otioſè, temerè, irreverenter, loquendum; ſed cum ſanctâ ſemper reverentiâ. 1 Petr. III, 15. *Sed Dominum Deum ſanctificate in cordibus veſtris. Eſtote autem ſemper parati ad re-*

rum. Sic legem aliquam communem & perpetuam (Moralem vocamus) Servator proponit; cujus omnia & ſingula Præcepta, etiàm ad minimum uſque, ſub N.T. forent obſervanda & docenda. Illicò autem Scribas & Phariſęos adoritur: atque obſervantiam, quâ illi exiſtimabant Juri Divino ſatiſfieri, refutat; & veram Præceptorum aliquot iſtius Legis explicationem corruptelis illorum ſubſtituit in ſequentibus.

II. Eadem Lex Moralis ab Apoſtolis ſimiliter inculcatur, tanquàm ſub N. T. prorſùs etiàm obligans; Jac. 11, 8--12. *Quódſi Legem regiam* (quæ plana eſt, omneſq; ſine diſcrimine ſpectat; ut Via regia) *præſtatis, ſecundùm Scripturam, Diliges proximum tŭum ut te ipſum; benè facitis: Sin verò perſonam reſpicitis, peccatum committitis, & redarguimini à Lege veluti tranſgreſſores.* Adhùc igitur obligat eos iſta Lex: *Quiſqùis enim totam Legem ſervaverit, impegerit autem in uno, damnas factus eſt omnium. Nam qui dixit, ne Mœcheris, dixit etiàm, ne Occidas: quòdſi non fueris mœchatus, occideris autem, factus es tranſgreſſor Legis.* Viget ergò tota illa Lex, cujus ſpecialia quædam Prę-

cepta

cepta iſtîc exempli causâ recenſentur. *Ità loquimini, & ità ſacite, ut per Legem libertatis judicandi.* Sic Chriſtianis eſt Lex libertatis; norma, ſecundùm quam omnes actiones atque univerſam vitam ipſos per Chriſtum liberatos componere oportet in ſuâ libertate; ex quâ omnis moralis bonitas & malitia omninò æſtimanda ac judicanda eſt.

In eandem ſententiam Paulus, Rom. XIII, 7---10. *Reddite igitur omnibus quod debetis.----Nemini quicquam debere, niſi hoc, ut alii alios diligatis: Nam qui diligit alterum, Legem implevit. Si quidem illud, Non mœchaberis, Non ſuraberis, Non ſalſum teſtimonium dices, Non concupiſces; & ſi quod aliud eſt Præceptum, in hoc. Sermone ſummatim comprehenditur: nempe, Diliges proximum tuum ſicut te ipſum. - --Itaque Charitas eſt completio Legis.* Sic Lex, cujus iſta, atque alia ſunt Pręcepta, repetitur denuò, tanquàm norma vivendi adhùc ſub N. T.; quæ eſt ipſiſſima ejus Moralitas.

Adde Eph. VI, 1, 2, 3. *Liberi, auſcultate in Domino Parentibus veſtris: id enim eſt Juſtum. Honora Patrem tuum & Matrem:*

 quod

quod eſt Præceptum primum cum promiſſione, ut benè tibi ſit, & ſis longævus ſuper terrâ. Sic iterùm ad Syſtema Præceptorum, ubi iſtud occurrit primum cum tali promiſſione, ſub N. T. remittimur, tanquàm ad normam Juſti & decori coràm Deo.

III. Imò eâdem operâ ſic jàm ex Scripturâ N. T. recenſuimus omnia & ſingula Præcepta Decalogi ad poſteriorem Tabulam pertinentia; adeò ut de nullo eorum ſupereſſe poſſit dubium, ſi quis Inductionem deſideret. Quantum verò ad priorem Tabulam: de *primo Præcepto* eadem veritas ſatis patet ex 1 Cor. VIII, 4, 5, 6. *Scimus Idolum nihil eſſe in mundo, & nullum eſſe Deum alium niſi unum. Nam etiámſi ſint qui dicantur Dii, & in cœlo & in terrâ: (ſicut ſunt Dii multi, & Domini multi:) Nobis tamen unus eſt Deus; Pater ille, à quo omnia, & nos in ipſo*, &c. coll. cum Matth. XXII, 37. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo*, &c. & cap. IV, 10. *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies.* Joh. IV, 24. *Deus eſt Spiritus: & qui adorant eum, oportet ut Spiritû ac veritate*

tate adorent. 1 Joh. v, 21. *Filioli, Cavete vobis ab Idolis.*

De *Secundo* item colligimus, ex Rom. I, 23. *Mutârunt enim gloriam incorruptibilis Dei, in efformatam, imaginem corruptibilis hominis, & volucrium, & quadrupedum, & reptilium,*&c. 25. *Ut qui veritatem tranſmutârint in falſitatem,* &c. Cùm iſtud in Gentilibus tàm graviter redarguatur, facilè colligimus quàm ſit indecorum & illicitum. Act. XVII, 24, 25. *Cùm ſit cœli & terræ Dominus, in manû-factis templis non habitat: nec manibus hominum colitur, alicujus rei egens, &c.*

De *Tertio* autem, ex Matth. v, 34, 35. *Ego verò dico vobis; Ne jurate omninò: neque per cœlum: quia thronus Dei eſt: neque per terram; quia ſcabellum eſt pedum ejus.* XII, 36. *Dico vobis; Quodcunque verbum otioſum locuti fuerint homines, de eo reddituros rationem in die judicii.* De Deo igitur, & rebus Divinis, minimè quicquam otioſè, temerè, irreverenter, loquendum; ſed cum ſanctâ ſemper reverentiâ. 1 Petr. III, 15. *Sed Dominum Deum ſanctificate in cordibus veſtris. Eſtote autem ſemper parati ad re-*

ſpondendum cuilibet petenti rationem ejus ſpei quæ in vobis eſt, cum manſuetudine & timore, conſcientiam bonam habentes.

IV. Neque minùs planè de *Quarto*, ex Matth. xxiv, 20. *Orate verò ne ſiat fuga veſtra hyeme; neque Sabbatho.* Quâ pręmonitione quidem ſatis apertè docuit Servator, eâ conſcientiâ Sabbathum obſervari debere adhùc ſub N. T. tempore vaſtatę Hieroſolymæ, & fugæ ex iſtâ occaſione, atque adeò etiàm deinceps ad conſummationem ſęculi; ut fideles oportuerit deprecari, ne *fuga* iſta ſibi eveniret *Sabbatho*; ut ne ſic turbarentur exercitia iſto die quietè peragenda: quod iis non minùs debuit eſſe moleſtum, quàm ſi iſta fuga incidiſſet *in hyemem.* Ità nimirùm in anteceſſum oportet nos de Sabbatho piè cogitare, atque etiàm precibus apud Deum inſtare, ne nobis ejus praxis turbetur.

V. Quid autem Apoſtoli deinceps Eccleſiis ordinaverint de Sabbatho hebdomadali, pro N. T. in alium diem tranſlato, ſed intrà eundem cyclum ſeptenarium, & convenienter illuſtriori ac liberiori œconomiæ N. T. obſervando, Paulus exponit

ponit 1 Cor. XVI, 1, 2. *Porrò de collectâ in ſanctos, quemadmodùm* (N. B.) *ordinavi Eccleſiis Galatiæ, itá & vos* (N.B.) *facite. Primo quôque die hebdomadis unuſquisque veſtrum apud ſe ſeponat, recondens ut theſaurum, quod pro Dei benignitate licuerit.* Sic iſte dies ſpecialiter obſervandus ordinatus eſt: ut dùm Eccleſiaſticos conventûs agunt fideles hebdomadatim, in uſum pauperum eleemoſynas quoque reponant; prout ipſi benignam Dei benedictionem perceperint, ſuperioribus diebus operariis ſpeciali ſuę vocationi incumbentes: quemadmodùm iſte obſervatus etiàm legitur, *Act.* XX, 7. atque indè *Dominicus* appellatus eſt; quia Domini cultui ſacer, ex ipſius inſtitutione; *Apoc.* 1, 10. ut *Cœna Dominica*, 1 Cor. XI, 20. Quis autem dies intelligendus ſit per μίαν σαββάτων, patet clariſſimè ex collatione omnium locorum, ubi iſta phraſis inſuper occurrit; *Matth.* XXVIII, 1. *Marc.* XVI, 2. *Luc.* XXIV, 1. *Joh.* XX, 1, 19. Cardinali numero pro ordinali poſito; ut יוֹם אֶחָד, *Gen.* 1, 5. & ſæpè alibi. *Dominici* verò appellatio in Eccleſiâ primitivâ, adeóque Patribus antiquiſſimis uſitatiſ-

uſitatiſſima, eundem illum procul omni dubio deſignat, ſub ratione modò indicatâ. Hinc *Athanaſius*, Hom. de Semente: *In Sabbatho ideò convenimus, ut Dominum Sabbati Jeſum adoremus. Olim certè priſcis illis hominibus in ſummo pretio Sabbatum fuit; quam quidem ſolennitatem Dominus in diem Dominicam tranſtulit.*

VI. Hinc *Catecheſis Belgica, quæſt.* 103. Quid mandat Deus quarto Præcepto?
„ *Reſp.* Primùm, ut Miniſterium Eccle-
„ ſiæ, & Scholæ conſerventur: utque præ-
„ cipuè *Sabbatho, hoc eſt, die quietis* (**op den**
„ **Sabbath/ dat is/ op den Ruſt-dag/**)
„ ad Eccleſiam Dei ſtudioſè accedam, &c.
„ Deindè ut omnibus vitę meæ diebus à
„ pravis actionibus vacem; Domino con-
„ cedam, ut per Spiritum ſuum in me opus
„ ſuum faciat, atque ità ſempiternum illud
„ Sabbathum in hâc vitâ ordiar. Sic dies aliquis feriatus, ſive quietis, reliquis diebus contradiſtinguitur; quo ab aliis operibus quieſcamus, & exercitiis pietatis unicè nos tradamus. Cujus quidem rei *conditio neceſſaria* eſt Miniſterii Eccleſiaſtici & Scholarum conſervatio: *fructus* autem *inſi-*

gnis,

gnis, quòd exercitiis illius diei ſic proficiamus in vitâ ſpirituali, ac verâ ſanctimoniâ; ut reliquis etiàm diebus ſtudioſè vacemus ab actionibus pravis, libenter Spiritui Sancto nos ducenti & regenti obſequamur, in Deo noſtro nos jugiter oblectemus; atque ut ſic initium aliquod & guſtum prævium Sabbathiſmi cœleſtis percipiamus in hâc vitâ.

Veneranda *Synodus Nationalis Dordracena*, anno 1619. in Poſt-actis Seſſ. 164. *Cerimonialem* quidem *fuiſſe* agnoſcit, *quietem ſeptimi diei à creatione; ſtrictamque obſervationem iſtius diei, quæ populo Judaico ſpecialiter erat impoſita:* Iſtius enim diei determinatio erat Juris mutabilis & ambulatorii; imò mutandi: & adjuncta quędam ſpecialia erant Cerimonialia typica; & modus talem quietem, talem obſervationem exigendi, fuit conveniens œconomię iſti V. T. Adeóq; illa omnia per N. T. ſunt mutata. *Morale* autem; *quòd certus aliquis & ſtatus dies, Cultui Divino appropriatus ſit; tantumque in eo quietis, quantum ad Cultum Divinum, ſanctamque ejus praxin, neceſſarium eſt.*

Conſequenter aſſer[illegible] 1. *Abrogato Judæo-*

daeorum Sabbatho, Chriſtiani diem Solis ſolenniter ſanctificare debent.

2. *Iſte dies indè ab Apoſtolis in antiquâ Eccleſiâ Catholicâ ſemper fuit obſervatus.*

3 *Idem ille dies ſic Cultui Divino appropriari debet, ut eo die ab omnibus operibus ſervilibus quieſcendum ſit (exceptis iis quæ charitas & præſens neceſſitas poſtulant); & ab omnibus ejuſmodi oblectamentis, quæ Cultum Divinum impedire poſſent.*

Moralis ergò eſt, judice Venerandâ Synodo, certi alicujus & ſtati diei appropriatio ad Cultum Dei; & quidem talis, ut interim quieſcendum ſit externè ab omnibus, quæ praxin illam piam impedire poſſent: non autem omnimoda dierum indifferentia relinquitur per Legem Moralem. Ac porrò in N. T. non ad alium diem obligati ſumus hebdomadatim ſolenniter obſervandum, quàm ad Dominicum, vulgò Diem Solis appellatum: qui etiàm totus ſic tranſigendus eſt. Unde eadem Veneranda Synodus Seſſ. 14. Ne populus *diebus Dominicis* pòſt meridiem, aliis *laboribus, aut exercitiis profanis* diſtentus, ab hiſce pomeridianis Concionibus abſtrahatur,

„ hatur; rogandi erunt Magiſtratûs, ut o-
„ pera omnia ſervilia ſeu quotidiana, atque
„ imprimis luſûs, compotationes, aliaſque
„ *Sabbathi profanationes*, quibus tempus
„ pomeridianum diebus Dominicis, maxi-
„ mè in Pagis, plærumque tranſigi ſolet, ſe-
„ verioribus Edictîs prohibeant: ut hâc
„ quoque ratione ad Conciones illas po-
„ meridianas meliùs adduci poſſit; atque
„ ità *integrum Sabbathi diem ſanctiſicare*
„ diſcat.

Confer *Theſaurum Explicationum Catecheticarum* à *Feſto Hommio* concinnatum, doctiſſimiſque *Tabulis* illuſtratum; inſignibus *Additamentis & Applicationibus* nuper à *Joh. Spiliardo* auctum, & cum Approbationibus Facultatum Theologicarum Leidenſis & Ultrajectinæ editum, ad quartum Præceptum; itémque *Walæum* de Sabbatho, qui plurimos alios Auctores magni nominis produxit. Vide etiàm *Confeſſionem Fidei Eccleſiarum in Angliâ*, allegatam ſup. cap. VII. th. XI. §. 5. & locum *Guil. Apollonii*, productum cap. VI. th. XVII. pag. 195. ubi hanc *receptam Theologorum Orthodoxorum opinionem* dicit.

VII. Et

VII. Et contrà Adverſarios, *Anabaptiſtas* nominatim, ac *Socinianos*, hanc cauſam agere ſolent Orthodoxi. *Calvinus* in *Inſtitutione* lib. 2. cap. 8. §. 33. Anabaptiſtas diei Dominicę obſervationem impugnantes ſeriò perſtringit; notante contrà eoſdem *Cloppenburgio* in Gangrænâ Theologiæ Anabaptiſticæ, part. 3. cap. 15. Sic autem ibi diſputat *Calvinus*: Porrò hîc co-„gor eſſe longior, quòd *hodiè ob diem Do-„minicum tumultuantur nonnulli inquieti „ſpiritûs*: Plebem Chriſtianam quiritan-„tur *in Judaiſmo ſoveri*, quia retinet ali-„quam *dierum obſervationem*. Ego autem „reſpondeo, *citrà Judaiſmum* dies iſtos à „nobis obſervari: quia longo intervallo dif-„ferimus in hâc parte à Judæis. Non enim „*ut Cerimoniam* arctiſſimâ religione cele-„bramus, quâ putemus *myſterium ſpiritua-„le figurari*: ſed ſuſcipimus, ut *remedium „retinendo in Ecclesiâ ordini neceſſarium.* „Atqui *Paulus* docet, non eſſe in ejus *ob-„ſervatione* judicandos Chriſtianos; quia „ſit *umbra rei futuræ.* Ideò timet, ne inter „Galatas fruſtrà laborârit; quòd adhùc *dies „obſervarent.* Et ad Romanos aſſerit *ſu-*

perſtitio-

Digitized by Google

,,*perſtitioſum* eſſe, ſi quis *judicat inter diem* ,, *& diem*. At *quis præter iſtos duntaxat furioſos*, non videat de *quâ obſervatione* intelligat Apoſtolus? Non enim in finem ,, iſtum Politicum & *Eccleſiaſticum ordinem* reſpiciebant: ſed quùm tanquàm *rerum ſpiritualium umbras* retinerent, tantundem obſcurabant Chriſti gloriam & ,, Euangelii lucem. A *manuariis operibus* ,, *non ideò feriabantur, quòd eſſent à ſacris* ,, *ſtudiis & meditationibus avocamenta*: ſed ,, religione quâdam, quòd feriando myſteria olim commendata recolere ſe ,, ſomniabant. In hanc, inquam *præpoſteram dierum diſcretionem* invehitur Apoſtolus: non in *legitimum delectum*, qui ſocietatis Chriſtianæ paci ſerviat. Siquidem *in Eccleſiis ab eo inſtitutis Sabbathum* ,, *in hunc uſum retinebatur*. Illum enim diem *præſcripſit* Corinthiis, quo ſymbola ,, ad ſublevandos Hieroſolymitanos fratres colligantur. Si timetur *ſuperſtitio*; ,, *plus* erat *periculi in Judaicis feriis*, quàm ,, in *Dominicis* (*quos nunc habent Chriſtiani*) ,, *diebus*. Nam quod *ad evertendam Judæorum ſuperſtitionem* expediebat, *ſublatus eſt*

Ju-

„ *Judæis religioſus dies*: quod *decoro, ordini,*
„ *in Eccleſiâ retinendis neceſſarium* erat, *al-*
„ *ter in eum uſum deſtinatus eſt.*

Confer ex eâdem *Calvini Inſtitutione* lib. 2. cap 3. §. 9. Mira ſanè & portentoſa
„ ſuperbię noſtræ libido. *Nihil ſeveriùs Do-*
„ *minus exigit*, quàm ut *religioſiſſimè ſuum*
„ *Sabbathum obſervemus*, *quieſcendo ſcil. ab*
„ *operibus noſtris*: à nobis verò nihil magis
„ ægrè impetratur, quàm ut operibus no-
„ ſtris valere juſſis, *Dei operibus juſtum lo-*
„ *cum cedamus.* Ejuſdem *Calvini* com-
„ mentarium in Gen. 11. citavimus ſup.
cap. IV. pag. 61. & ſeqq.

VIII. Inter *Socinianorum Antagoniſtas* audiamus *Nic. Arnoldum*, adverſùs Catecheſin Racovianam, cap. de Præceptis Chriſti quæ Legi addidit. „ *Quartum Præ-*
„ *ceptum non Morale* eſſe, ſed *Ceremoniale*,
„ adeóque *ſublatum*, quemadmodùm a-
„ lias ceremonias, dicit *Catechetes Socini-*
„ *anus.* ---- Illud autem *Morale* eſt in eo
„ Præcepto, *diem* ſcil. *ex omnibus unum* cul-
„ tui Divino debere eſſe ſacrum; at hoc
„ *abrogatum cum Ceremoniis* eſſe *negamus.*
„ *Diem* autem *hunc*, ad quem *vi iſtius*

Præ-

„*Præcepti moraliter obligamur*, Eccleſia „eſſe voluit *ſeptimanæ primum*, qui *dies* „*Dominicus* dictus *Apoc.* 1, 10. Non quòd „hic dies naturâ reliquis ſanctior eſſet, ſed „quòd convenienter hic dies cultui Divi-„no dicatus ſit, —

„Apoſtolicę Eccleſię Exemplum, quæ „eo die ad Deum religioſe colendum „convenire ſolita fuit, *Act.* xx, 7. & *primo* „*quôque die ſeptimanæ* collectas pro fratri-„bus inſtituere, 1 *Cor.* xvi, 1, 2. *à Chriſto* „*ipſo profectum*, *fixum* eſt & *immutabile.* „Quarè in tam piam & antiquam conſue-„tudinem arietare, planè eſt temerarium. „Potuiſſet Chriſtus, aut Apoſtolica Ec-„cleſia univerſa, ſi voluiſſet, alium loco „hujus ſtatuere diem, quo ipſo ęquè ſatiſ-„feciſſet *Morali obligationi iſtius Præcepti*; „ſed ex poſt facto, &c.

„Præcipuè cùm hæc dies non obſerve-„tur ut aliquid Ceremoniale. *Die* enim *uno* „*hebdomadis cultui Divino vacare, eſt Mo-„rale & perpetuum.* Quódſi ex vi & ana-„logiâ hujus Pręcepti non rectè colligatur, „*unum diem è ſeptem* Divino cultui eſſe „dicandum, tùm nullus certus ex ullo

„Præ-

„ Præcepto dierum numerus limitari po-
„terit; quod abſurdum. *Secundò*, quia
„ *ſex dies laboribus conceſſi*; qui numerus
„ non conſtabit, niſi terminetur quiete, &
„ ceſſatione alicujus *ſeptimæ diei*, &c.

„ 3. Quia ut tempore homo opus ha-
„ bet ad omnes ſuas actiones, præſertim
„ externas, ſic etiàm ad cultum Divinum
„ externum peculiari tempore opus ha-
„ bet. Quarè etiàm, ſicut Deus actioni-
„ bus œconomicis tempus certum deſti-
„ navit; ità etiàm *religioſis actionibus cer-
„ tam atque neceſſariam temporis circum-
„ ſtantiam præſcripſiſſe* cenſendus eſt. Hinc
„ ipſi *Ethnici*, Lege naturæ tantùm imbu-
„ ti, ſtatos ſuos dies feſtos per omnia ſæ-
„ cula ſacros habuerunt.

„ Et quomodò Lex iſta merè Ceremo-
„ nialis dici poteſt, cùm *praxi ejus tùm et-
„ jam locus* fuerit, *quandò Ceremoniis Chri-
„ ſtum adumbrantibus locus nullus eſſet?
„ Sanctum quippè habuerunt Patriarchæ
„ diem ſeptimum*, quem *Deus exemplo ſuo
„ conſecravit*, *Gen.* 11, 2, 3. --- ---.

„ Præterea *Morale eſſe hoc Præceptum*,
„ ex eo liquet, quòd *inter Moralia* collo-
„ catum

„catum ſit: Quippè conſtans eſt Theolo-
„gorum ſententia, *Præcepta Moralia* à Ce-
„remonialibus & Judicialibus ſeorſim fu-
„iſſe tradita; ex quibus ne jota unum pe-
„riturum Salvator teſtatur, *Matth.* v, 18. Et
„*decem Verba vel Præcepta Moralia in Deca-*
„*logo contineri* liquet, *Deut.* IV, 13. & x,
„4. Si autem *quartum Præceptum Ceremo-*
„*niale* ſit, *novem tantùm ſupererunt Mora-*
„*lia Præcepta.*

„His ità ſe habentibus, *ultimus dies he-*
„*bdomadæ* olim obſervatus fuit à tempore
„creationis primæ; quia *Deus eo die ab o-*
„*pere creationis ceſſaverat.* Quòd autem
„*primus dies illi ſit ſurrogatus*, id *nequaquàm*
„*humanâ authoritate* factum eſſe, cenſen-
„dum eſt, ſed *Divinâ.* Quippè ejus tan-
„tùm authoritate fieri id potuit, qui *Do-*
„*minus* eſt *Sabbathi*, *Matth.* XII, 8. ſive
„id immediatè Chriſtus fecerit, ſive et-
„jàm mediatè per Apoſtolos id factum ſit.

„Si mutationem hanc ipſis Apoſtolis
„acceptam feramus, *Authoritate Divinâ*
„eam factam, cenſeamus oportet: quia
„tàm in rebus cultûs Divini conſtituendis,
quàm in fidei rebus ſcribēdis & docendis,
M à Spi-

,, à Spiritû Sancto fuerunt acti. Quan-
,, quàm inſtitutionem hanc *à Chriſto ipſo*
,, *manare*, vero verius habeam; eô quòd
,, hæc dies per excellentiam *dies Dominicus*
,, dicatur, *Apoc.* 1, 10. non tantùm quia
,, honori Chriſti dicatus, ſed quia *ab ipſo*
,, *Chriſto inſtitutus*; adeò ut, quemadmo-
,, dùm Cœna vocatur *Cœna Dominica* 1
,, *Cor.* XI, 20. quià ſcil. à Domino Jesû
,, fuit inſtituta, ità etiàm dicatur hic *dies*
,, *Dominicus*, quia à Domino inſtitutus.
,, Rationes ex *Ameſio* hùc adſcribam. Quia
,, non minùs fidelis fuit Chriſtus in totâ
,, domo, vel Eccleſiâ Dei, ordinandâ,
,, quoad omnia generaliter neceſſaria &
,, utilia, quàm fuit Moſes; *Heb.* III, 2, 6.
,, Sed *hujus diei obſervationem generaliter*
,, *utilem eſſe*, *& aliquo modo neceſſariam*
,, *Eccleſiis Chriſti*, nemo Chriſtianus poteſt
,, cum ullâ ratione negare. &c.

,, Adferuntur quædam ab *Adverſariis*
,, in contrariam ſententiam, ex Rom.
,, XIV, 5. *qui æſtimant diem præ die.* Gal.
,, IV, 10, 11. *Dies obſervatis*, *& menſes*,
,, *& tempora*, *& annos.* Col. II, 15. *Ne*
,, *quis vos damnet ob cibum vel potum*; *aut*
n-

Digitized by Google

„ *reſpectû feſti*, *aut novilunii*, *aut Sabbathi.*
„ *Reſp.* Apoſtolus ad *Rom.* XIV, 5. expreſ-
„ ſe loquitur de illâ æſtimatione dierum,
„ quæ *offenſionem* tùm temporis pariebat
„ inter Chriſtianos: at verò *obſervatio diei*
„ *Dominicæ*, quam Apoſtolus ipſe tùm
„ temporis in Eccleſiis obtinuiſſe docet
„ 1 *Cor.* XVI, 1, 2. non potuit ullam occa-
„ ſionem alicujus *offenſæ* præbere. Cùm
„ quadruplex ſit *dierum obſervatio*; *Natu-*
„ *ralis*, quandò dies obſervantur juxtà
„ curſum Solis & Lunæ, *Gen.* 1. *Civilis*,
„ quandò ſtata tempora ponuntur agri-
„ culturæ, nundinationis & mercatûs; *Ec-*
„ *cleſiaſtica*, quâ certi dies obſervantur or-
„ dinis causâ, quibus homines ad cultum
„ Dei conveniunt; &c. *Superſtitioſa die-*
„ *rum obſervatio* duplex eſt, vel *Judaïca*
„ vel *Ethnica*. *Illa*, quandò ſtata obſervan-
„ tur tempora, hâc opinione ut conſcien-
„ tia noſtra obſtringatur ad ea colenda, &
„ quandò cultus Dei collocatur in hujus
„ vel illius diei obſervatione opinione
„ meriti. *Hæc* quùm dies obſervantur vel
„ ratione boni vel mali ſucceſſûs, juxtà
„ conſtellationes motûsque ſiderum, ex

Digitized by Google

„ dictamine Planetariorum. Pauli mens
„ eſt; Damnare 1. *Judaïcum* obſervandi
„ morem dierum, his verbis: *Obſervatis*
„ *dies, menſes, annos.* 2. *Ethnicum* verò
„ morem, his verbis: *Obſervatis tempora,*
„ ſcil. horarum, dierum; ſub quo quis pla-
„ netâ natus eſt; easque horas, dies, ho-
„ mini vel fauſtos vel infauſtos putatis:
„ *non autem abolet diem Dominicum.*

„ Loco ad *Col.* 11. agitur de *Sabbathis il*
„ *lis ſpeciatim*, quæ ejuſdem generis fue-
„ runt cum Noviluniis; & Cerimoniales
„ umbræ in Chriſto rerum futurarum. *Sab-*
„ *bathum* autem *in Decalogo præſcriptum,*
„ & *dies noſtra Dominica*, alterius ſunt na-
„ turæ; in quibus *ſubſtantia eſt Moralis*, &c.

„ At verò contrà iſta adhùc objici poſ-
„ ſit; Gal.v,1. *In libertate, quâ Chriſtus nos*
„ *liberavit, perſtate; & regredientes ne im-*
„ *plicemini ſervitutis jugo. Reſp.* Subjectam
„ materiam determinare, agere Apoſto-
„ lum de *jugo Ceremoniarum.* At *ſanctifica-*
„ *tio unius in ſeptimanâ diei, non Cerimoniale*
„ *eſt, ſed Morale:* ut ſuprà oſtenſum. Neque
„ verò ex noſtrâ ſententiâ quippiam immi-
„ nuitur Libertas Chriſtiana: non enim *Li-*

bertas

„ *bertas* eſt, ſed *licentia non Chriſtiana*, ſi qui
„ liberari ſe putent ab *obſervatione ullius*
„ *Præcepti Decalogi*, aut ab *inſtitutionibus*
„ *Chriſti*. Nec *Adam* ulli *ſervituti ſubjectus*
„ fuit, quòd *diem ſeptimum ſingulari obſer-*
„ *vantiâ ſanctificare tenebatur*. *Deo*, *Magi-*
„ *ſtratui*, *ac Legibus*, (maximè Divinis) *pare-*
„ *re*, *ſumma eſt Libertas*: & *Jugum* hoc
„ Chriſti leve eſt.

IX. Sed quoniàm *Lutherani* contentioſè controverſias multiplicare ſolent, idque etiàm in hac materiâ oſtendunt; audiamus contrà eos *Marc. Frid. Wendelinum*, Exercit. CXXXVIII. quæ eſt *de Moralitate Sabbathi*; Sic autem is loquitur: Meam de *Sabbatho*
„ ſententiam expreſſi Theolog. pag. 674.
„ ubi dixi, in *Sanctificatione* eſſe aliquid *Mo-*
„ *rale* ac *perpetuum*, quod *Judæos* & *Chri-*
„ *ſtianos* obligat: & aliquid *Ceremoniale* at-
„ que *mutabile*, quod ſolos *Judæos* olim
„ obligavit; *Chriſtianos* jàm non obligat.

„ *Morale ac perpetuum* dixi eſſe, ut *ſin-*
„ *gulis ſeptimanis certus aliquis dies* depu-
„ tetur, quo pietatem & Divini Numinis
„ cultum *peculiariter* teſtificetur Eccleſia.
„ Addidi; hoc etſi quoad externam for-

„mam eſt quiddam *Ceremoniale*, tamen
„naturam *Moralis* induere; quia in Eccle-
„ſiâ Dei *neceſſarium* & *perpetuum* eſt.

„*Ceremoniale* dixi conſiſtere in deſigna-
„tione poſtremi diei hebdomadis;qui,ini-
„tio facto à primo,ſeptimus eſt: deindè in
„rigidâ & exactâ ab omni opere ſervili
„ceſſatione, &c.

„---- Interim fateor, τὸ *Typicum* me
„magnoperè non urgere: quandò non ad-
„eò manifeſta Typi,in hoc Sabbatho anti-
„quiſſimo,& *Morali lege*,*ſeu Decalogo*,prę-
„cepto, eſt ratio; quod in primis urgent *A-*
„*meſius* & *Eatonus*: quamvis diſſentienti-
„bus aliis ego moleſtus eſſe nolim. ----

„ Interim apertum mihi & Ameſio *bellum indicunt* (: loquitur de Animad-verſoribus Lutheranis:) *negantes unum è*
„*ſeptem diebus neceſſariò & immutabiliter*
„*(quoad Eccleſiam) Divino cultui eſſe deſti-*
„*nandum.* ----

„Reprehendunt Animadv. diſtinctio-
„nem *Scoti*, *Walæi*, *Ameſii*, & meam: ſed
„ſine ratione. Probent, *Poſitivo Dei Jure*
„*non poſſe ferri Leges ullo modo Morales*: vel
„*quamvis Moralem legem ſimpliciter ex Jure*
„*natu-*

„ *naturali eſse deducendam:* & *Deum ex Jure* „ *ſuo poſitivo non poſſe ferre legem Moralem;* „ vel *omnem Dei Legem, ex Jure poſitivo dedu-* „ *ctam, eſſe vel Judicialem vel Cerimonialem* „ *typicam.* Cur Legem de *Sabbatho* inter „ *Morales* numerent, graves habent cauſas, „ qui numerant. Τὸ ἐν ἀρχῇ λαμβάνουσι A- „ nimadv. noſtri.

„ Super hâc re *Lutherum* ſi audiamus, „ adſtipulatur ille nobis ipſo illo loco, „ quem Animadv. allegant ex Tom. 5. G. „ pag. 229. Wiewol der Sabbath auffgeho- „ ben iſt/unnd die gewiſſen frey da von ſind, ſo iſts „ doch guth/ unnd auch von nöthen/ das man ei- „ nen ſonderbahren Tag in der wochen halte/auch „ forderts die Natur/ das man einen Tag in der „ wochen ſtill halte. Et in Catech. majori „ pag. 610. *Ad minimum unus aliquis* „ *dies per hebdomadam huic rei eligendus* „ *eſt.*

„ Excipiunt Animadv. *Manifeſtum eſ-* „ *ſe, Lutherum non loqui de neceſſitate im-* „ *mutabili, verùm convenientiæ: Teſtari id* „ *ſequentia; Cùm à majoribus noſtris ad hoc* „ *dies Dominica ordinata ſit, non eſt immu-* „ *tanda temerè hæc innoxia veterum con-* „ *ſuetudo jàm recepta, ut animus & conſen-*

„ *tiens ordo conſiſtat, ne quis ſuâ non neceſſa-*
„ *riâ innovatione omnia conturbet.*

„ Reſp. 1. Tàm facilè eludi non poſſunt „ *Lutheri* verba: loqui *Lutherum* non tan- „ tùm de *neceſſitate convenientiæ*, ſed & de „ *immutabili neceſſitate*, hoc eſt, *neceſſitate* „ *homines ſtrictè obligante*, & *mutationem* „ *ipſorum libertati & arbitrio non permit-* „ *tente*, diſerta illa teſtantur *Lutheri* verba; „ Es erfordert es die Natur: Eccè provocat „ *Lutherus* ad *Jus naturale*, quod eſt *immu-* „ *tabile*: undè per neceſſariam conſequen- „ tiam evinci, unum è ſeptem diebus qui- „ eti & ſanctificationi deſtinandum, *Lu-* „ *therus* affirmat eo ipſo, quo dicit, à Na- „ turâ requiri. ----

„ Neque ſequentia, ad quæ provocant, „ aliud probant: non enim vocat Conſue- „ tudinem indefinitè unius è ſeptem „ diei ſanctificationem, quam à Natu- „ râ requiri, modò dixerat. Sed definitè di- „ ei Dominicæ electionem, quam ſine „ ſcandalo jàm mutari non poſſe ait.

„ Tandem ex hypotheſibus ſuis argu- „ mentantur. *Si vi Moralitatis tertii Præ-* „ *cepti tenentur Chriſtiani obſervare a-*

liquem

,,*liquem.è ſeptem; Sequitur, teneri nos præ-*
,,*ciſè ſeptimum obſervare: At falſum conſe-*
,,*quens: Ergò. Connexi rationem reddunt;*
,,*quia, ex hypotheſi, nihil Ceremoniale in eo*
,,*occurrit: Morale autem, quâ tale, obligat*
,, *omnes & ſemper; & ſic etiàm Gentiles co-*
,,*gentur ſeptimum ſanctificare.*

,, Reſp. Connexum negatur. Probatio
,,ſimpliciter vera non eſt: quia omnium
,,*Moralium* eadem ratio non eſt. Quæ *Jure*
,, *nituntur poſitivo*, *mutabilia* ſunt; ità ta-
,, men, ut *mutare ea nulli*, *niſi Legiſlatori*,
,, fas ſit. Alia eorum eſt ratio, quæ κατ'
,, ἐξοχὴν' *ſunt Moralia*, & *ex Jure naturæ de-*
,, *ducuntur*. *Hæc* omnes & ſimpliciter ob-
,, ligant; *illa* eos tantùm omnes, quibus
,, ſunt promulgata & in ſpecie mandata.
,, Non ſunt eadem *juſſa poſitiva*, & *typica*.
,, Omne quidem typicum eſt poſitivum;
,, ſed non omne poſitivum, typicum.---

,, *Appendicibus* (ſecundi & quinti Præ-
,, cepti) *quid futurum ſit*, quæritis? Non
,, angunt eæ *Ameſium*, qui de *Præceptis* lo-
,, quitur; non de ſingulis *Præceptorum Ap-*
,, *pendicibus*. In lege Morali *Ameſio* non eſt
,, *Præceptum Ceremoniale*, etſi nonnul-

„ lis additæ ſunt *Appendices ceremoni-*
„ *ales.* ----

Altera differentia: *Dies Sabbathi* non poterat prorogari & transferri in alium diem: *Feriæ feſtivales* potuerunt, &c.

Excipiunt: *Dubiam eſſe hypotheſin, Feſtorum propter concurſum tranſlationem,* &c.

Reſp. Evidentibus documentis ſententiam ſuam comprobant *Scaliger*, *Caſaubonus*, *Munſterus*, *Mullerus*, & plures alii; quibus potiùs aſſurgunt docti, quàm uni *Coccejo*. Interim ſit ità, tranſlationem non ſemper eſſe factam. *Sabbathum* verò nunquàm eſt tranſlatum. ----

„ ---- Singula *Decalogi*, tanquàm *Legis*
„ *Moralis præcepta*, ad *omnes & ſingulos* per-
„ tinent: *certorum dierum deſtinatio nullius*
„ *arbitrio permiſſa* eſt; quippè *ab ipſo facta*
„ *Legiſlatore.*

„ *Dominici diei electio* ità eſt *Apoſtolica*
„ *ordinationis*, ut ſimul ſit *Divinæ*; quem-
„ admodùm & doctrina fuit Divina: Etſi,
„ de ſententiâ aliorum, â Chriſto immedi-
„ atè profecta eſt. Quis hominum auſit
„ motû proprio temporis circumſtan-

„ tiam

„ tiam *in Lege morali definitam* mutare?

---- „ Nihil unquàm hic fuiſſet auſa Ec-
„ cleſia primitiva, niſi de *ordinatione Divi-*
„ *nâ* fuiſſet certa. Interim reſurrectionis
„ Dominicæ recordationem veniſſe in
„ conſiderationem, facilè damus: nihil e-
„ nim fruſtrà Deus agit. Scandali Judæis
„ dandi nulla heic habita eſt ratio: etſi
„ Chriſtiani ad evitandum hoc ſcanda-
„ lum, inter initia Judæorum Sabbathum
„ non contemſerunt.

„ *Immutabilitas* hæc eſt ex hypotheſi
„ *Divinæ voluntatis*; non *Eccleſiaſticæ liber-*
„ *tatis*, cui adverſùs *Legem Dei* nihil eſt per-
„ miſſum.

„ A *Præcepto* ad *Appendicem præcepti*
„ nulla eſt conſequentia. Monſtrent nobis
„ in Decalogo contineri *Præceptum Cere-*
„ *moniale*. De *Appendicibus* non eſt quæ-
„ ſtio: non enim *Præcepta* ſunt; uti *Lex de*
„ *Sabbatho*. Nulla Lex in Decalogo de po-
„ pulo Iſraëlitico ex Ægypto educendo;
„ ſed prædicatio tantùm beneficii priſtini.
„ Nulla lex de terrâ Canaan occupandâ;
„ ſed poſſeſſionis continuandæ promiſ-
„ ſio. ----

„ Potiſſima ſua fundamenta collocant „ Animadv. in locis *Col.* II, 16. *Gal.* IV, „ 10. *Rom.* XIV, 5. ubi diverſas exagitant „ Interpretum ſententias. *Ameſius* negat „ per Sabbatha, quorum in locis allegatis „ ſit mentio, intelligi quoque *Sabbathum* „ *Decalogi:* quod probandum erat Anim- „ adv. non exſibilandum. ----

--- „ Oſtendit *Ameſius* nullam eſſe „ conſequentiam, ſi quis ità diſputet: Sab- „ batha indefinitè ab Apoſtolis habentur „ pro Ceremoniis & Typis abrogatis; Ergò „ Sabbathum Decalogi in iis quoque eſſe „ numerandum. Perindè hoc eſſe, ac ſi quis „ hunc in modum inferat & colligat: Ex „ Apoſtoli ſententiâ, nemo nos debet ju- „ dicare in cibo & potû; Ergò electio pa- „ nis & vini in Cœnâ Dominicâ ad uſum „ religioſum, non eſt neceſſaria, à Chriſto „ inſtituta. Quis hanc conſequentiam fe- „ rat? Atqui ſimilis huic eſt prior.-----

Ac porrò Exercit. CXXXIX. *De inſtitu-* „ *tione & jure diei Dominici. Dominici diei* „ *inſtitutionem eſſe Divinam*, & vel *Domi-* „ *nicam* vel *Apoſtolicam*, affirmat Theolo- „ gia, & probat 8. argumentis pag. „ 730. ----

Ego

,, Ego verò cùm *Divinæ inſtitutionis & ,, ſanctionis Dominicum diem eſſe affirmo,* ,, numero τ͂ ἀδιαφόρων eum eximo, & ,, *Eccleſiæ in eius mutationem nihil permitto.* ,, Obligant conſcientiam *Dominicæ ſanctio-* ,, *nes*, & Chriſtianæ Libertati non *ſubjunt*, ,, ſed *præſunt*. Non igitur minùs *Chriſtia-* ,, *nos ad ſanctificationem diei Dominicæ*, ,, quàm *Judæos* olim ad ſanctificationem ,, Sabbathi, *obligatos* exiſtimo: neque per- ,, ſuadere mihi poſſum, Eccleſiam hoc un- ,, quàm ſibi fuiſſe ſumturam, ut Sabba- ,, thum Judaïcum ad ultimum diem ſe- ,, ptimanæ Morali lege reſtrictum, in pri- ,, mum fuiſſet tranſlatura, niſi *Divina* ac- ,, ceſſiſſet *ſanctio*. &c.

Sic Orthodoxi illi contrà Adverſarios cauſam iſtam agunt, adſtruunt, defendunt.

X. Meliùs tamen ſentiunt & loquuntur inter Lutheranos alii, potiſſimùm extrà fervorem diſputandi, & nominatim contrà noſtros, poſiti. *M. Ægidius* Strauchs/ Wittebergæ Hiſtor. Prof. in Breviario Chronologico, lib. 2. cap. 2. ad ,, quæſt. 1. A quo tempore *ſeptimi diei ob-*

„ *ſervatio*, ſeu *character hebdomadicus* obti-
nuerit? reſpondet: *Ab ipſo creationis tem-*
„ *pore*; ſiquidem à quo tempore *dies ille*
„ *ſeptimus Divinitùs ſanctificatus erat*, ab eo
„ quoque *homines*, *quibus Lex illa lata*, eun-
„ dem ſolennem agere debebant: impri-
„ mis cùm ſanctificationem iſtam *propter*
„ *hominem* factam eſſe *Marc.* 11, 27. toti-
„ dem verbis aſſeratur. At *ſeptimo à Crea-*
„ *tionis die ſanctificatio illa facta*. Ergò &
„ ab eodem hujus Characteris deducenda
„ celebritas. Accedit ad hæc *Sabbathi*, ut
„ *rei notiſſimæ*, mentionem jàm *antè Legem*
„ *latam* in Scripturâ fieri. Teſtis eſt *Exod.*
„ XVI, 26. Quò etiàm procul dubio digi-
„ tum intendere voluit *Autor Epiſt. ad*
„ *Ebr.* IV, 3. aſſeverans, requiem illam
„ ęternam, quam Deus filiis ſuis præpara-
„ vit, non modò per terræ ſanctæ poſſeſſi-
„ onem, verùm etiàm per *Sabbathum*, *jàm*
„ *indè ab origine mundi* præfiguratam eſſe.
„ Itémque hùc facere volunt nonnulli,
„ Noachi, tempore diluvii, geſta; qui non
„ niſi *poſt ſeptimum diem* aves, explorandi
„ gratiâ, emiſit. Vide *Gen.* VIII, 11. Qui-
„ bus, & aliis, argumentis adducti, adver-
„ ſus

„ ſüs *Robertum Loëum* & *Gomarum*, à plui-
„ tione Mannę Sabbathi originem arceſ-
„ ſentes, cum *Riveto* & aliis è Noſtrati-
„ bus quoque ſtatuimus; ſanctificationem,
„ *ad ſeptimum aliquem diem reſtrictam*, *etſi*
„ is Judaïcus hodiè non ſit, *ad Legem*
„ *Moralem pertinuiſſe*; non equidem natu-
„ ralem, attamen *poſitivam*.

Atque iterùm qu. VIII. Quinam He-
„ bdomadis dies apud diverſos populos fe-
„ riati ſint? Antiquiſſimis temporibus Sa-
„ cra Hebdomadica peragebantur *die ſe-*
„ *ptimo;* quam conſuetudinem, ut *ordinati-*
„ *oni Divinæ* acceptam ferendam, adhùc
„ hodiè obſervant *Judæi*. Ab eâdem verò
„ receſſerunt Chriſtiani primi, ſeparantes
„ ſe in hoc puncto à Judæis, & *diem pri-*
„ *mum Hebdomadis* cultui Divino ſolenni
„ conſecrantes: cujus *Eccleſiaſtici ritûs*
„ jàm tùm *tempore Apoſtolorum* videntur
„ extare monumenta *Joh.* xx, 19, 26.
„ *Act.* 1, 1, c. xx, 7. 1 *Cor.* xx, (Leg. xvi,)
„ 1. Certè niſi *traditionem Apoſtolicam* al-
„ legare potuiſſent Chriſtiani, vix *tantâ*
„ *religione & conſtantiâ* feriam primam,
„ ſive diem Solis, obſervâſſent; ut de eo-
„ dem

„ dem totum librum confecerit *Melito* Ju-
„ ſtini coætaneus, ut cœtûs fidelium in ſu-
„ ſpicionem idololatrici cultûs Soli ex-
„ hibiti, ob eam rem venerint, teſte *Tertull.*
„ Apol. c. xvi. ut ſanguine hunc diem ob-
„ ſignârint: Quæſiti enim Martyres; *Ser-*
„ *vâſti Dominicum*? Reſponderunt; *Chri-*
„ *ſtianus ſum, non poſſum intermittere.* Vide
„ *Celeberr. Dni. D. Dannhauweri* Diſput.
„ Decalog. octav. §. 5.

Ad manum etiàm eſt Concio *Ib. Schup-pii Doct.* ad Exod. xx, 8, -- 11. Hamburgi habita; ubi circà initium: Sonderlich meint das gemeine Volck/und die Handwercks Burſch/den Sabbath heyligen heiſſe ſo viel als nicht arbeiten. ein new Kleid anziehen/des Morgens ein wenig in die Kirche gucken/ und hernach in den darzu verordneten Krügen oder Wirtshäuſen unter Spielleuthen und Blaſiaſten freſſen/ ſauffen/ dantzen/ und andere üppigkeit treiben/ biß in die ſpäte Nacht. Dann man arbeite ſich doch die gantze Woch über müd. Drumb müſſe man den Sontag wohl anlegen/und ſich etwas zu gut thun/man bring doch ſonſt nichts davon. Damit nun ſolche Leuth nicht in ihrer Unwiſſenheit ſterben und verderben/ und von ihrem Blut meine Hände beſprützt werden/als hab ich mir fürgenommen das dritte Gebot ein weinig zu betrachten/ und ihnen zu zeigen wie wir den Sontag mit heiligen Wercken, Worten, und Gedancken, zubringen ſollen. Du/ ô HErr/ lehre mich thun nach deinem Wohlgefallen! denn du biſt mein GOtt. *Tua res agitur.* &c. Ich hab am nechſt verwichenen Mitwochen gedacht/ das GOtt bey das Dritte Gebot ein Wort geſetzt/ welches bey andern übri-

gen

Digitized by Google

gen Geboten nicht zu finden iſt. Dann da ſagt Er / Gedenck des Sabbaths / daß du ihn heiligeſt. Sabbath heiſt ſo viel als ein Ruhe-tag. Dieſes Worts müſſen wir bey dieſem Geboth gewohnen. Vorzeiten war es der Sonabend. Dann Gott hat ihm dieſen Wochentag ſelbſt erkohren / und nach Erſchaffung Himmel und Erden mit ſeiner Ruhe eingeweihet. wie zu leſen iſt Gen. 2. und Exod. 20. Es haben aber die Heil. Apoſtelen dieſen wochentlichen Feyer-tag vom Sonabend auff den Sontag fort gelegt. Nicht allein daß ein Unterſcheid ſey zwiſchen den Juden und Chriſten / ſondern auch zu ehren den dreyen Articuln des Chriſtlichen Glaubens / darzu wir uns offentlich wieder alle Juden und Heyden bekennen. -- Drumb halten wir dieſen Tag billich hoch / und ſagen aus dem 118. Pſal. Dis iſt der Tag den der HERR gemacht hat. An dieſem Tag ſollen wir nun nicht allein ruhen. Dan das können auch die Ochſen und die Eſel thun. Sondern wir ſollen ihn heyligen, das iſt / mit heyligen Gedancken, mit heyligen Worten, mit heyligen Wercken, ſollen wir nicht nur den Sontags Morgen, ſondern den gantzen Sontag zubringen, und des Leibes Ruhe ſoll ſeyn der Seelen Werckeltag. Wann ein Schuſter / oder Schneiderknecht / des Sonabendts bey zeiten Feyerabend macht / gehet darauff ins Wirthshauß und ſaufft ſich voll / liegt hernach den gantzen Sontag auff der Banck / und klagt über den Kopff / das heiſt den Sabbath nicht geheiliget, wann er ſchon feyret und keine Schue macht / oder keine Hoſen flickt. Drumb mercket wohl dieſen Unterſcheid unter dem Feyren und Heiligen, und ſagt / Gedencke dran. Wann mancher deß Sontags morgens iſt in der Kirchen geweſen / und hat die Hauptpredigt / oder die Früh Predigt gehört / ſo ſagt er / ich habe heut Gott einen Dienſt gethan / nun wil ich ein wenich außfahren / oder ſpatzieren gehen / und mich luſtig machen. O der falſchen Meinung! Du haſt mit nichten Gott einen Dienſt gethan ſondern Gott hat dir einen Dienſt gethan / in dem Er dir ſein ſeligmachendes Wort hat fürtragen / und

dich

dich deutlich unterrichten laſſen/ wie du ſolleſt recht glauben/ Chriſtlich leben/ ſelig ſterben/ am Jüngſten Tag frölich aufferſtehen nnd in Himmel gehen. Und GOtt hat dir nicht befohlen/ daß du nur des Sontags morgen, ſondern daß du den gantzen Sontag den gantzen Feyertag heyligen ſolleſt. Wann dir ein Handwercksmann oder ſonſt ein Tagelöhner in der Woch umb den Taglohn arbeitete/ und arbeitete nur des Morgens, ging aber nach Mittag ins Wirtshauß und ſöffe ſich voll/ würdeſtu auch mit ihm zu frieden ſeyn? Nein/ ſondern er mus dir den gantzen Tag arbeiten/ wil er volligen Lohn haben. Wie wird nun der groſſe Himmels Köning der ſich ſo hoch umb uns verdienet hat/ damit zu frieden ſeyn/ wann wir ihm ſeinen Tag, daran Er ihm wil gedient haben/ umb ſo liederlicher Urſach willen ſchmälern und ſtůmpeln? In dem ich dieſes ſage/ wird viellicht ein einfältiger Menſch gedencken: ich hab das offt gehört/ daß GOtt bey das dritte Gebot hab ein Wort geſetzt/ das bey andern Geboten nicht ſtehet. Und es iſt nicht ohne/ wann ein HErr ſeinem Knecht Zehenerley Puncta anbefiehl/ und ſetzte bey den einen ein N. B. und ſagte/ das nihm ſonderlich in acht. Was würde da der Knecht anders thun/ als daß er dieſen Poſt ihm ſonderlich angelegen ſeyn lieſſe? Nun geſtehe ich/ daß ich Exod. 20. nicht leſe/ Gedenck daß du nicht tödteſt. Gedenck daß du nicht ehebreche ſt. Gedenck daß du nicht ſtehleſt. Gedenck daß du nicht falſch Zeugnüß redeſt wieder deinen Nechſten. Sondern bey dem dritten Geboth ſtehet/ Gedenck des Sabbaths das du ihn heiligeſt Daraus ſehe ich/ daß Gott ſonderlich uber dem dritten Gebot halte, und den Sontag wolle gefeyret haben. &c. Wohlan/ mein allerliebſter/ ich wil dir mit GOttes Hülff darin dienen/ und wil dich ein weinig in deinen Kinder-Catechiſmus führen/ der ſoll dein Memorial ſeyn. Ich habe offtmahls geſagt: *Bonus Catecheticus, eſt bonus Theologus.* Wen den Catechiſmum recht verſtehet/ und ihm denſelben recht zu nutz machen kan/ der iſt ein gelahrter *Theologus.* Et poſt multa particularia ad praxin

Digitized by Google

xin Sabbathi ex capitibus Catecheticis deducta, pergit in hunc modum: Bete/ daß ein jeglicher lerne am Sontag ſeine/ und nicht eine frembde Lection/ daß es möge wohl im Hauſe und im Gewiſſen ſtahn. Da ſieheſt du/ daß dich der Kinder-Catechiſmus genuchſam lehre/ wie du den Sabbath heyligen ſolleſt. Gedencke daran ô Hamburg/ gedenck des Sabbaths das du ihn heiligeſt. Dan es hat ihn kein Kaiſer, kein Konig, kein Burgermeiſter, ſondern Gott ſelbſt zu heiligen befohlen Gott hat nicht ohn Urſach bey dieſes Geboth geſetzt/ das Wort Gedenck. Dann er hat wohl gewuſt der Menſchen Gebrechen. Wann man ſchon alle Sontag davon redet/ ſo vergeſſen es doch die Leuth leichtlich; Gedenck, gedenck du liebes Hamburg/ gedenck des Sabbaths, das du ihn heiligeſt. Sechs Tage ſoltu arbeiten, und all deine Ding beſchicken; aber am ſiebenden Tag iſt der Sabbath des HErrn deines Gottes. Wann GOtt ſechs Tage hette für ſich behalten/ und hette dir einen überlaſſen/ ſo wereſtu ſchuldig ihm zu gehorchen Nun aber hat Gott der HERR ſechs Tage dir überlaſſen zu deiner Arbeit/ und den ſiebenden Tag ſoltu ihm zu Ehren anwenden: wie biſtu denn ſo undanckbar/ ſo unbeſcheiden/ das du dem lieben GOtt/ der dir in den ſechs Tagen ſo viel guts erwieſen hat/ am ſiebenden Tag nicht gehorchen wilt? Gedencke dran/ ô Hamburg. GOtt hat befohlen, das den Sabbath heiligen ſollen, nicht nur Vater und Mutter/ Herrn und Frawen/ ſondern auch Söhn und Tochter/ Knecht und Mägd. Drumb haltet ewre Kinder/ ewre Knecht und Mägde am Sontag nicht ab von dem Gehöre des Worts GOttes. Dan Knecht und Mägd ſind eben ſo thewer zum Himmel erkaufft/ als ihr. &c.

Ich muß euch ein wenich erzehlen/ wie vorzeiten unſere Vor-Eltern haben pflegen den Sabbath zu heyligen. Wann ihr Kinder guther Arth ſeyd/ werdet ihr Luſt haben ihn nach zu folgen. Wann vorzeiten der Sontag kam, und zur Veſper geläutet wurde/ ſo wurden alle

alle Kramerladen, alle werckſtadt, zugeſchloſſen. Die Eltern ſagten zu ihren Kindern / Liebe Kinder, raumet auff, nicht allein im Hauſe, ſondern auch im Hertzen: Der Sontag bricht an, GOtt helff das wir ihn mit heiligen Wercken, Zungen, und Gedancken, begehen. Darauff fingen ſie an zu beten, zu leſen, und zu ſingen, und wann ſie ſich zu Bett legten / ſagten ſie / Hilff lieber Gott / daß wir wohl ruhen / und morgen luſtig ſeyn dein Wort zu horen. Wann die Morgenröthe anbrach / hörte man in allen Hauſern die Junge und Alte mit lauter Stimm beten, und allerhand geiſtliche Lieder ſingen. Wann die Mutter ihre Kinder flechtede und ſchmückte / muſte das Kind ein geiſtlich Lied ſingen, oder die Mutter ſagte den Kindern etwas fur aus GOttes Wort. Et poſt quædam: Wan unſere Vorfahren in die Kirch kamen / fielen ſie auff ihre Knie, beteten mit thranen, fingen drauff an die Kirchenlieder mit Andacht zu ſingen / und wann der Prediger auff die Cantzel trat / ſo horten ſie zu wie die Falcken / und giengen nicht aus der Kirchen wieder heraus / biß daß der Segen geſprochen war: und dieſes Prieſterlichen / oder vielmehr Gottlichen Segens troſteten ſie ſich die gantze Woch uber. Wann der Prieſter ſagte: Der HErr ſegne dich und behute dich, ſo nahmen ſie ihm dieſe Wort aus dem Munde / und ſagten: Der HErr ſegne mich und behute mich, &c. Nach gehaltener Predigt begehrten ſie von ihren Kindern und Geſind zu wiſſen, was ſie in der Kirchen gehort und behalten haben. Sie lieſſen nicht allein ihre Knecht und Magd, ſondern auch ihr Vieh, und alſo auch ihr Pferd, an dieſen Tag ruhen, wie Gott der HErr in dem abgeleſenen Text außtrücklich befohlen hat / daß nicht allein die Knecht und Mägd / ſondern auch das Vieh / an dieſem Tage ruhen ſolle. Sie machten deßwegen ſcharffe Politiſche Geſetz, und hielten auch darüber. Die alte Teutſche haben einen Knecht, wann er am Sontag gearbeitet hat / geprugelt, und den Herrn deſwegen dreymahl geſtraft. Wann aber der Herr zum vierd-

ten.

tenmahl iſt verklagt worden. daß er ſeinen Knecht am Sontag hab arbeiten laſſen/ ſo iſt ihm der vierdte Theil ſeiner Guther genommen worden. Die Beyern haben hiebevor in ihrem Landrecht verordnet/ daß der jenige welcher am Sontage vor oder unter dem Gottes-dienſt mit einen Wagen fahre, dafur zwey Pferde geſpannet ſeyn, ſolle er ohn einige Genad das eine Pferd verlieren. Wann er aber nach dieſer Straff noch einmahl auff einen Sontag mit einem Wagen fahre/ ſo ſoll ihm die rechte Fauſt abgehawen werden. Die Poëten fabulieren von einem Mann/ der hundert hände habe. Was meint ihr wohl ihr Kutſcher alhier/ wann ihr auch hundert Hände hettet/ und das alte Beyeriſche Landrecht ſolte alhier zu Hamburg gelten/ ob ihr auch noch würdet eine Hand übrig haben/ daß ihr köntet ein Pferd zäumen und anſpannen? O du guter Nehemia, wann du ſolteſt einmahl auff den Sontag bey dem Thor zu Hamburg ſtehen/ du würdeſt deine Kleider zerreiſen/ und dich zu todt eyfern. O du guther Prophet Jeremia, ſolteſtu itzo leben/ und einmahl auff den Sontag nach Hamburg kommen/ du würdeſt ſagen/ es gehe da ärger zu als zu deiner zeit zu Jeruſalem. Ach mich jammert hertzlich daß dieſes Volck ſo verderbet iſt/ ich gräme mich und gehab mich übel. Iſt keine Salb in Gilead/ oder iſt kein Artzt da/ der dieſem Land und Stadt verderblichen Unheil abhelffen kan oder will? Atque iterùm: Hamburg/ du Edles Hamburg/ ich ſorg es werden dermahl eines die Papiſten aufftretten/ und dich ſchamroth machen. Dann welcher Papiſt fähret am Sontag aus/ wann er nicht zuvor in der Meß geweſen iſt? Ich ſorg es werden dermahl eins die Calviniſten aufftretten/ und dich ſchamroth machen. Dann welcher Engliſchmann thut am Sontag was hier geſchiehet? Ich ſorg es werden einsmahls die Juden und Portugiſen aufftretten und dich ſchamroth machen. Dan welcher Jud thut am Sabbath was hier geſchiehet? Wann mancher Jud am Sabbath könte tauſent Roſenobel durch Wucher und Schacherey verdienen/ er würde es nicht thun. Aber was

geſchiehet

geſchiehet allhier ? *Lucri odor bonus ex re qualibet, & tempore quolibet.* Ich gedencke itzt an den Propheten Jeremiam, welcher kurtz für der Babylonischen Gefängnis unter die Thor zu Jerusalem trat / und den König in Juda und alle die zu Jerusalem wohneten / und alle die durch das Thor zu Jerusalem auß und eingingen / ermahnte / ſie ſolten den Sabbath heiligen, ſo werde ſie GOtt ſegnen; wo nicht, ſo werde er ein Fewer anzunden unter ihren Thoren, das werde die Hauſer zu Jerusalem verzehren, und niemand werde es löſchen. Jerem. 17. Die Juden achteten das damahls nichts / ſondern ſpotteden des Propheten Jeremiæ. Aber kurtz hernach kam deß Königs NebucadNezars Kriegsvolck / und zundeten die Stadt an. Da hieß es Fewer, Fewer, Fewer. Fewer in dem Tempel / Fewer in des Königs Hauß / Fewer in dieſer / Fewer in jener Straſſen. Aber es war niemand der dieſes Fewer löſchen konte oder wolte. Vnd die aus dieſem Fewer errettet wurden / muſten wandern in die Babylonische Gefängniß. Vnd darunter war nicht allein der König / ſondern auch ſeine Fürſten / Räth / Frawen / Jungfrawen / Edle und VnEdle. Hatten ſie zuvor den ſiebenden Tag nicht wollen heiligen, ſo muſten ſie hernach ſitzen an den Waſſern zu Babylon / muſten heulen und weinen / und ihre Harffen an die Weyden Bäume hängen / nicht ſieben Tag / nicht ſieben Wochen / nich ſieben Monat / nicht ſieben Jahr / ſondern ſiebentzig Jahr / oder ſiebenmahl zehen Jahr. Ich hette hier noch viel zu reden / allein ich kan leicht erachten / warumb ihr mich alſo anſehet. &c. Wohlan / weil dann die Klock geſlagen hat / ſo gehet hinn. GOtt wolle euch auch an euwer hartes Hertz ſlagen / daß wann ihr hinfüro höret zur Kirchen leuten / ihr gedencket / daß der Klockenklang nichts anders bedeute / als gedenck, gedenck, gedenck des Sabbaths das du ihn heiligeſt. Zwar ich mache mir leicht die Rechnung / ich werde Hamburg nicht reformiren, oder anders machen. Diejenige welche vor mir auff dieſer Cantzel geſtanden / haben geruffen: Gedenck des Sabbaths das du ihn heiligeſt

Meine

Meine *Collegæ* ruffen und ſchreyen: Gedenck des Sabbaths das du ihn heiligeſt. Und ich ſorg/ich werd mich auch einmahl daran zu tode ruffen. und Hamburg wird doch bey ihrem Schlentrian/ bey ihrem Bocksbeutel bleiben. Aber ich neme heut zu Zeugen an Himmel und Erden/Sonn/ Mond und Sterne/ die Heylige Hochgelobte DreyEinigkeit/ Gott Vatter/ Sohn und Helligen Geiſt/ Engel und Menſchen/ und ſonderlich euch meine Zuhörer/ das ich kein ſtummer Hund geweſen, ſondern meine Stimm erhoben hab wie eine Poſaun, und hab euch zugeruffen: Gedencke des Sabbath das du ihn heiligeſt, und hab alſo in dieſem ſtuck meine arme Seele errettet. Ihr mögt hören oder nicht/ ſo ruff und ſchrey ich abermahls/ Gedenck des Sabbaths das du ihn heyligeſt. Gedenck dran Hamburg. Ich hette zwar ſagen wollen/ wie in unterſcheidenen Aemptern der Sabbath an dieſem Orth ſo ſchandlich onheiliget werde/ Wie mancher ein Nothwerck mache aus einem Ding da kein Noth iſt, wie mancher den Ochſen und Eſel ſelbſt in Brunnen werffe, und ſag hernach, es ſey ein Ochs und Eſel am Sontag in Brunnen gefallen, man muſſe ihn nothwendig heraus ziehen. Allein die Zeit iſt verfloſſen. Sic ille in re ipsâ patheticè, orthodoxè, piè.

XI. Oſtendimus, *Legem Moralem* ſub N. T. etiàm obtinere, ipſosque fideles adhùc obligare; ſcil. per *modum Normæ & regulæ*, quâ debitum novæ obedientiæ ac gratitudinis noſtræ nobis exprimitur & præſcribitur: non verò ut *conditionem Fœderis Legalis*, quâ per nos præſtitâ vita æterna foret acquirenda; ſed omiſſâ, maledictio

dictio ſuperveniret & condemnatio æ
na. Liberationem hanc per Chriſtum
depti ſumus; gratiâ ſalvati per fidem i
pſum, juxtà Fœdus Euangelicum, Le
illi contradiſtinctum.

Hinc 1. Apoſtolus Rom. vi, 14. *N*
eſtis ſub Lege; ſed ſub Gratiâ. Ipſa inte
Gratia ad Gratitudinem ac novam Ob
entiam nos excitat magis; & virtutem
Chriſto ſuppeditat ad pręſtandũ iſtud o
cium; docente ibidem Apoſtolo verſſ. ſe

2. 1 Tim. 1, 9. *Legem juſto non eſſe poſit*
ſed ſceleratis & ſubjici neſciis, impiis & p
catoribus, &c. ubi Synecdochicè in ra
ne Fœderali Sanctio pœnalis ſpecta
Interim per Chriſtum liberati *ità loqu*
tur, & ità faciunt, ut per Legem libertatis
dicandi; Jac. ii, 12. non ſanè ex rig
formulâ Fœderis Legalis; ſed κατ' ἐπιείκ
& admirandam φιλανθρωπίαν, Euang
propoſitam; quâ *ex Plenitudine Chr*
omnes accepimus, & Gratiam pro Gra
Nam Lex illa per Moſen data eſt; Gratia
Veritas per Jeſum Chriſtum præſtita; J
1, 16, 17. *Ut jus illud Legis compleatur*
nobis; Rom. viii, 4. *Nam finis Legis*

C.

Digitized by Google

Chriſtus, ad juſtitiam cuivis credenti; x, 4. *Legem igitur inutilem reddimus per fidem? Abſit: imò Legem ſtabilimus;* III, 31. Sic igitur nunc bona opera ex fide profecta, & in gloriam Dei per modum gratitudinis præſtita, ſed ſecundùm eandem illam normam obedientię, non præcedunt juſtificandos: omninò interim ſequuntur juſtificatos; tanquàm fructûs unionis & communionis noſtræ cum Chriſto, quibus Pater glorificatur; nos autem eâdem viâ gradimur ad plenam fruitionem beatitudinis & gloriæ, cujus jus jàm habemus in Chriſto; *Eph.* II, 8, 9, 10.

3. Hebr. VIII, 10, &c. ex Jerem. XXXI, 31, &c. *Quamobrem hoc eſt pactum, quod paciſcar domui Iſraëlis poſt dies illos, dicit Dominus; Indam Leges meas menti eorum*, &c. *Dùm Novum dicit, antiquavit Prius: porrò quod antiquatur ac ſeneſcit, propè eſt ut evaneſcat.* Cum reſtrictione ad domum Iſraëlis, Iſraëlem Dei, Filios promiſſionis; (Confer *Gal.* VI, 16. *Rom.* IX, 6, 8.) qui tranſlati in conditionem Fœderis Euangelici; cujus longè illuſtrior eſt œconomia ſub N. T. quàm olim fuit

ſub V. T. cùm identidem rigidè repet
tur & inculcaretur ipſum Fœdus Leg
Promiſſiones verò Euangelicæ parciù
obſcuriùs proponerentur. Interim *L*
Dei verè *inſcribuntur menti eorum:* hinc
cundùm canonem iſtum incedunt; Gal.
16. Atque ſic facilè diſſolvuntur iſta,
que ſimilia Argumenta, ab *Antino*
eorumque ſequacibus, aliquandò pro
ſolita.

CAP. IX.

Reſpondetur Exceptionibus ad Loca M
XXIV,20. 1 Cor. XVI, 1, 2. Act. XX, 7. A
1, 10. *& alia ſuperiore Capite proc*

I. EST qui *excipit* ad Locum *M*
XXIV, 20. *Prædixit tantùm* S
tor Sabbathi Judaïci *ex ſuperſtition*
commodum. At non tali decempedâ *m*
ratur diei Dominicæ Itinerarium. Te
ſtivè & intempeſtivè, propiùs & r
tiùs, *vos* emittit & revocat Chriſtia
bertas; *ubicunque implorat ſubſidium*
terna charitas.

Reſp. 1. Textum & prę monitio

Digitized by Google

Servatoris appello. Non prædixit Servator incommodum ex ſuperſtitione: ſed pietatis officium præſcripſit; deprecationem, ne fuga incideret in Sabbathum.

2. Neque iſtud ratione Decempedę alicujus, quâ iter Sabbathicum ſuperſtitioſè foret menſurandum: eam Servator non nominat, non docet. Sed ratione Sabbathi, quo cultui Divino vacandum, ex Dei conſtitutione, ad ſpiritualem piorum ædificationem: quæ iis ut ſuaviſſima eſſe debet, ſic modis omnibus expetenda eſt; & cavendum, ne turbetur.

3. Ad praxin Sabbathi pertinet quoque ſubſidium indigentibus ferendum, ex fraternâ charitate in Chriſto. Aliter ſe habet neceſſitas, quam Chriſtus proponit, & cui deprecationibus occurrendum docet; Eccleſiæ per hoſtes diſperſio, cultûs religioſi turbatio, & nominatim praxios Sabbathi, quâ contra calamitates hujus mundi corroborantur, & conſolationem, imò gaudium, percipere ſolent fideles.

II. Alius *excipit* in hunc modum: In iſtâ ratiocinatione hoc rurſûs ſumitur, quod Judæi non concedent, mnemoſy-

non quietis Domini ab operibus creationis poſſe alio die agi, & quidem ſine verbo expreſſo Dei. *Sabbatum* igitur omninò ſignificat Chriſtus, non *Dominicam*. Loquitur autem ad Judęos. Diſcipuli enim ipſius ex Judæis erant. Poteſt ſubinnuiſſe, quòd multi adhùc infirmi fide futuri fuerint, qui *diem præ die* judicaturi eſſent, tempore caſûs Hieroſolymitani. Et id nobis ſufficiebat dixiſſe.

Reſp. 1. Ex iſto Servatoris dicto colligimus, aliquod ſaltem Sabbathum, aliis temporibus vel diebus contradiſtinctum, agendum fuiſſe tempore caſûs Hieroſolymitani. Eodem die, qui priùs obtinuit; an alio; non indè, ſed ex aliis SS. Literarum teſtimoniis, definitè colligimus.

2. Non quæritur, quid Judæi conceſſuri ſint; ſed quid concedere & admittere debeant. Verbum Dei de tranſlatione diei ſatis expreſſum eſt alibi: & nos, per ipſius gratiam, parati ſumus contrà Judęos etiàm defendere; ubi iſtos experiemur Opponentes.

3. Negamus interim Sabbathum hebdomadale olim ſolummodò fuiſſe mnemoſy-

moſynon quietis Domini ab operibus creationis. Neque id hypotheſibus Opponentis noſtri ſatis eſt conſentaneum. Imitationem exempli agnoſcimus.

4. *Sabbathum* omninò ſignificat Chriſtus. Rectè. Et quidem cujus conſcientiam habere deberent fideles, tempore excidii Hieroſolymitani; ac proindè deprecari, ne fuga ſua incideret in illum diem. *Dominicam* in ſpecie non expreſſit Chriſtus. Fateor. Eam tamen intelligendam, cùm antè tempus iſtius excidii facta fuerit Sabbathi tranſlatio, ex poſt-facto colligimus.

5. Diſcipulos Chriſti ex Judæis fuiſſe, fateor quoque. Sed indè non ſequitur, Chriſtum ad Judęos locutum eſſe. Fide enim, & libertate Chriſtianâ, ab aliis Judæis illi diſtingui debent. Eorumque ſtatus, & officium, tempore excidii Hieroſolymitani, probè ſpectanda.

6. Chriſtus non prædicit fore, ut aliqui ex infirmitate *diem præ die* æſtimantes iſtud precarentur; ſed præcipit palàm, ut hoc precarentur, eo tempore quo Cerimoniæ V. T. eſſent abrogatę.

III. *Opponens addit:* Orandum f
delibus, 1. ut exitus illorum non fie
fugâ, quemadmodùm promiſſum e
tò exeuntibus, Eſai. LII, 11, 12. *E*
.. *Nam non in feſtinatione exibitis*, *&*
gâ non exibitis. 2. Ut, ſi tamen con
ret, eos cogi fugere, fuga non fiat i
me. Majus enim incommodum hab
ga hiemalis. Hoc erat futurum fug
dantium exire incommodum corp
Sub quo exemplo omnis corporal
commoditas intelligitur. Deindè ut
Sabbathum tollatur, quàm fugere c
tur vel tunc vel in poſterum. Et qui
miſerat, mediâ ſeptimânâ poſt Chri
ciſi exaltationem, ceſſaturum ex pa
crificium & Munus, Dan. IX. idem
miſit eo ipſo, Sabbati abolitionem e
tempore inchoandam eſſe. Poſth
quis tamen ex Sabbati opinione el
non poſſet, is neceſſe habebat orar
fieret fuga in Sabbato.

Reſp. 1. Chriſtus auditores ſuos no
ſit precari, ne exitus ipſorum fieret
gâ. Fugam omninò futuram prædixi
precari docuit, ne ea incideret in
mem, vel in Sabbathum.

2. Ut Hyems non erat tollenda; ſic neque Sabbathum hebdomadale, quoad rem ipſam, erat tollendum. Sed orandum fuit, ne fuga incideret in alterutrum: ratione incommodi, tùm corporalis, tùm etiàm ſpiritualis. Sabbathum ipſum dixit Servator; non tempus antequàm ſublatum eſſet Sabbathum.

3. Negamus Sabbathi hebdomadalis eandem cum Sacrificiis & Muneribus V. T. eſſe rationem.

4. Ceſſationem cultûs Cerimonialis, quoad obligationem, in morte Chriſti; quoad obſervationem, aliquantò poſt ipſius exaltationem futuram, decreverat Deus, & prædixerat. Eam expectare debuerunt fideles; non deprecari cultûs illius turbationem. Decreverat, & prędixerat quoque, Hieroſolymæ excidium iſto tempore futurum; ac ſimul populi Judaïci diſperſionem ac fugam, poſt abrogatum cultum Cerimonialem quoad obligationem; & quidem tali modo, ut cœleſti illo ſigno palàm finis imponeretur quoque obſervationi. Quomodò igitur, & quorſùm, juſſiſſet eos Chriſtus preca-

 ri,

ri, ut Sabbathum tolleretur antè iſtam fugam? Et qui tali religione Sabbathi tenebantur, ut innuit Opponens, quomodò precari potuiſſent ejus abrogationem?

5. Qui eluctari non potuerunt ex ſuperſtitioſâ Sabbathi opinione, ex præcepto Chriſti non debuerunt precari, ne fuga incideret in tempus ſuperſtitioſè ab ipſis æſtimatum. Non fuiſſet illa precatio ex fide, ſed ex ſuperſtitione. Hujuſmodi verò precationem minime preſcripſit Chriſtus.

IV. *Ille pergit*: Denique ipſi Judæi orare debebant, ne fieret ſua fuga Sabbatho. Chryſoſtomus; ---- *Vides, quòd ipſi ſermo ſit ad Judæos, & de malis, quæ ipſis erant eventura? Nam Apoſtoli non erant ſervaturi Sabbatum, neque illîc futuri.* Et quidni ad eoſdem pertineat hoc dictum, ad quos verſ. 16. *Tunc, qui in Judæâ erunt: qui ſupra tectum; qui in agro.* Quos autem exaudivit Deus, illorum fuga non eſt facta Sabbato; quia vel non coacti ſunt fugere, vel non ſunt turbati Sabbati religione in regno libertatis. Amoſus cap. VIII, 10. prædixerat; *Mutabo feſta veſtra in luctum: & omnes cantûs veſtros in lamentum.* Non debue-

buerunt igitur orare, ut id ne fieret; & quies illorum non verteretur in fugam? Certè nunc & fugiunt & vagantur, & exulant, in Sabbatho & feſtis; &, niſi ſtuperent, ejularent, non ob amiſſam terram, ſed propter *unigenitum* quem confoderunt. Zach. XII. Velim hîc etiàm legi Walæum pag. 290. b. cujus verba hæc ſunt: *Quod dicitur Matth.* XXIV, 20. *nullo modo evincit; non eſſe in quarto Præcepto aliquid Cerimoniale: quia propter Morale, quod in Præcepto ineſt, id dici poteſt: nempè ne id eo tempore fiat, quo Divino cultui eſt vacandum; etſi id eo modo aut rigore non fiat, quo à Judæis factum eſt. Deindè & valdè conveniens eſt quorundam reſponſio, hoc peculiariter intelligendum eſſe de ultimâ oppreſſione, quæ tempore obſidionis Hieroſolymorum à Romanis die Pentecoſtes contigit; quo fideles illi, qui inter Judæos vivebant, propter quietem hominum & jumentorum, ſe ad fugam parare non poterant, ut tantum diſcrimen evaderent, &c. Poteſt & hoc dici, Chriſtum hîc ſynechdochicè ratione ſui temporis locutum eſſe de quovis tempore ad fugam incommodo: quemadmodùm ſermonem ſuum de rebus in Eccleſiâ Novi T. futuris*

nonnunquàm ritibus Eccleſiæ Veteris Teſtam. accommodat, ut Matth. v, 23, Quandò donum tuum afferes ad altare, &c. Atque ad huius rei confirmationem hîc addi poteſt, quòd dies noſter Dominicus nunquàm in S. Scripturâ Novi T. nec apud primitivæ Eccleſiæ ſcriptores, Sabbathum vocetur.

Reſp. 1. Judæi non debuerunt precari, ne fuga ſua fieret Sabbatho; niſi quatenùs Sabbathum morale eſt. Cerimoniarum enim obligatio non duravit uſque ad illam fugam. Nec Chriſtus deprecationem talem pręcipiendo, ſuperſtitionem fovere voluit. Nunc rectè precamur, ne turbetur Miniſterium Verbi & Sacramentorum; atque ut ipſum conſervetur uſque ad conſummationem ſæculi: credimus enim eò uſque illud conſervandum eſſe. Sed non rectè precaremur, ne ipſum turbetur poſt conſummationem ſæculi: tunc enim non ampliùs obtinebit.

2. Judæos natione, & terram iſtam tunc inhabitantes, alloquitur Servator: eoſque precari docet; non ex ſuperſtitione, vel ad ſuperſtitionem; ſed ex fide, & ad fidem. Conſequenter fideles, in iſtâ fugâ excidii Hie-

Digitized by Google

Hieroſolymitani, Sabbathi conſcientiam erant habituri; tanquàm inſtituti alicujus Moralis.

3. Cùm *Chryſoſtomus* dicit, Apoſtolos non fuiſſe ſervaturos Sabbathum, procul dubio Sabbathum Judaïcum intelligit, Diei Dominico contradiſtinctum. Senſum loci interim non omninò aſſecutus videtur. De re ipsâ eundem audiamus in 1 Cor. xvi, 2. *In unâ Sabbatorum, hoc eſt,*
„*die Dominicâ, unuſquiſque veſtrum apud*
„*ſe ſeponat, recondens quicquid commo-*
„*dum ſuerit.* Eccè verò quàm commodè
„*ab ipſo* prætereà *tempore* hortatur. Ete-
„nim ſatis apta *dies* erat, quæ ad erogan-
„dam eleëmoſynam hortaretur. Eſt igi-
„tur eorum quæ dicit, hæc ſententia;
„Memores eſtote quorundam *die illâ*. In-
„effabilia etenim bona, adeóque radix &
„initium vitæ noſtræ in iſtâ exiſtit. Non
„equidem quòd ad exercendam miſeri-
„cordiam tempus hoc commodum eſt
„ſolùm; verùm quod *& requiem habeat,*
„*& à negotiis libera ſit, & mens laboribus*
„*tùm vacans,* ad commiſerationem faci-
„liùs & commodiùs impellatur: magnam

N 6 den-

„ denique vim quandam illa *tàm tremen-*
„ *dorum & cœleſtium ſacrorum communica-*
„ *tio* ſecùm ferat. Sic ergò Sabbathum Apoſtolorum & Apoſtolicæ Eccleſiæ ille agnovit.

4. In regno libertatis obtinere adhùc Sabbathi religionem, nos ex iſto etiàm loco probamus.

5. Qui ex præſcripto Chriſti, atque adeò ex fide precantur, ne fuga ſua incidat in Sabbathum; ſive, ne Quies ipſorum vertatur in fugam; Quietis illius certè religionem habent, ex iſto Chriſti præſcripto.

6. Judæi ex voluntate Dei, aut Chriſti, nunc non tenentur precari, ne fuga ſua incidat in ſuum Sabbathum, vel in Feſta: id enim fidei contrarium foret.

7. Mihi cum *Walæo*, aliiſque pluribus, probatur ſententia, Sabbathum ſub V. T. habuiſſe etiàm aliquid Cerimoniale; atq; eatenùs ſub N. T. eſſe abrogatum. Si quis objiciat locum hunc *Matth.* XXIV, 20. placet, & ſufficit, prima Walæi reſponſio.

8. Secunda ejus reſponſio, quam addit ex ſuperabundanti, minùs ſolida videtur. Niſi enim Moralis quædam Sabbathi obligatio

ligatio fuiſſet, fideles illi inter Judæos non habuiſſent ſpecialem neceſſitatem iſtud de Sabbatho precandi: quoniàm ipſi, miſſis infidelibus ac pertinacibus, ſe & jumenta ſua ad fugam parare potuiſſent & debuiſſent ingruente neceſſitate, abſque tali conſcientiâ Sabbathi, talive deprecatione.

9. Quod tertiam ejus reſponſionem attinet. Chriſtus *Matth.* v, 23. loquitur de Donis ad Altare afferendis; eo ſcil. tempore, quo ad Altare adhùc afferebantur Dona. Sed minimè prædicit, aut præmonet quicquam, de iſtâ Donorum oblatione poſt mortem ſuam faciendâ; nedùm poſt excidium Hieroſolymitanum. Jàm verò, ut Hyems *Matth.* xxiv, 20. notat tempus incommodum reſpectû naturæ; ſic Sabbathum, notat tempus incommodum reſpectû religionis. Hujuſmodi igitur tempus adhùc agnoſcendum eſt tamdiù poſt mortem Chriſti, atque adeò etiàm deinceps uſque ad conſummationem ſæculi, ex ipſius præmonitione.

10. Sufficit uno loco N. T. appellari *Sabbathum;* ut uno item loco appellatur *Dies Dominicus.*

V. Si quis *quærat*, An ergò illicitum putemus, ſi hoſtes perſequebantur, fugâ ſibi conſulere Die Dominico.

Reſp. Nequaquàm id illicitum putamus, ſi præſens adſit inevitabilis iſta neceſſitas: ſi enim Sabbatho pecorum vita fuit conſervanda, & prę̨ſenti periculo eripienda; quantô magis hominum? At quamdiù præſens non eſt iſta neceſſitas, ſed metus tantùm, atque interim adhùc ſpes, eam evitari poſſe, ſaltem iſto die, vel deprecationibus ad Deum, vel etiàm noſtrâ prudentiâ, curâ, & labore; in hoc incumbendum, hoc agendum prorſùs; juxtà Præceptum, *Memento diei Sabbathi, ut Sanctifices ipſum.* Propterea talem deprecationem iſto loco mandavit Servator.

VI. Ad locum 1 Cor. xvi, 1, 2. *opponitur*: Qui 1 Cor. xvi, 1, 2. teſtatur, ſe ordináſſe Eccleſiis Galatiæ, & ordinat Corinthiis, ut primâ ſabbatorum pecuniam apud ſe ponant, & vel in ærario coacervent vel domi componant, ut parata ſint ſubſidia ſanctorum in poſterum, ille jubet opus fieri die Dominicâ. Ergò *ceſſationem* non præcipit. Et fortaſſè propterea non dicit *Sabbato*,

to, quia erant adhùc infirmi,qui diem præ die ęſtimabant. Non juvat dicere Sacerdotes in Sabbato opus feciſſe in templo. Erat id injunctum. Pecunia aliis diebus conferri potuit.

Reſp. 1. Apoſtolus igitur iſtum diem, aliis contradiſtinctum, iſti & ſimilibus exercitiis impendendum, ordinavit.

2. Omnimodam iſto die ceſſationem, etiàm ab exercitiis religionis, pietatis, & neceſſariæ charitatis, ut Apoſtolus non præcepit; ſed vetuit: ſic etiàm nos non exigimus; ſed piam occupationem ab Apoſtolo ordinatam exigimus.

3. Aliud eſt *opus ſuum facere*, ad comparanda & curanda ea, quibus hæc vita ſuſtentatur; aliud *opera Dei ſacere*, ad quæ etiàm pertinet neceſſaria charitas & miſericordia ergà proximum propter Deum: etiàm hi ſunt actûs Religionis imperati; *Jac.* 1, 27.

4. Ut Sacerdotibus ſub V.T. injunctum fuit opus in templo faciendum, ad cultum Dei; ſic collectæ illę charitatis injunctę ſimiliter.

5. Chriſtus Matth. XXIV, 20. *Sabba-*

thum

thum dixit; nondùm definiens quo die ipſum ſub N. T. foret obſervandum: id enim tunc nondùm erat neceſſe. Hîc Paulus *primam ſeptimanæ* dixit, diem ipſum definiens: tunc enim id erat neceſſe. Iſta autem diei definitio in tales uſûs, his vacandum, atque adeò ab aliis operibus, quibus reliqui dies dantur, idcircò ceſſandum, ſatis declarat. Confer explicationem *Chryſoſtomi* allegatam th. ſuper. §. 3. ubi de quiete agit; & de rationibus, cur collectæ in iſtum diem fuerint potiſſimùm indictæ.

6. De die æſtimando præ die, infrà erit agendum, ad locum *Rom.* XIV, 4, 5.

VII. Apoſtolus autem monuit, ea quæ ipſe ſcripſit, mandata Dei eſſe; 1 *Cor.* XIV, 37. atque in *Conſiliis*, quę appellat, locutus eſt tanquàm gratiam fidelitatis adeptus, & Spiritum Dei habens; *cap.* VII, 25, 41. quatenùs ſpirituali & infallibili prudentiâ præcepta generalia applicavit ad ſingulares circumſtantias; ità quidem ut iſta omninò obligent Chriſtianos ad ſic faciendum, poſitis talibus circumſtantiis. Magis agnoſcenda eſt illa auctoritas, in iis,

ubi

ubi hæc vel iſta ſe *ordinâſſe* dicit, & quidem non uni ſolùm Eccleſiæ, ſed & aliis; ut 1 *Cor.* XVI, 1, 2. cum VII, 17.

Opponens dicit: Ergò mandatum Dei eſt, ut quædam non κατ' ἐπιταγὴν imperaret, ſed γνώμῃ ſuaderet. Nam ad eum modum ſe geſſit Apoſtolus. Alia præcepit, alia ſuaſit, ut utilia vel utiliora aliis, utut licitis. ----

Aliud eſt *conſilium*, quod dat Deus; aliud, quod Apoſtolus; aliud, quod urgent Pontificii.

Deus præcipiendo ſuadet ac conſulit, conſulendo præcipit. Nam præceptum ejus utile eſt; ideò *conſilium* vocatur. *Conſilium* ſpretum in judicium compellit; Prov. 1, 25, 26. Ideò *præceptum* dicitur.

Apoſtoli hæc narrando conſulunt & præcipiunt. Sed quandò Apoſtolus dicit, *Imperium Domini non habeo, conſilium autem do. non dico per imperium, ſed ſecundùm conſilium: dico ego, non Dominus*: partim agit de rebus planè licitis, ut eſt uxorem ducere vel non, ſed pro temporis ratione non omninò oportunis, ut perinde eſſet quicquid facerent miniſtri Euangelii, quoad

quoad commodum proprium aut Eccleſiæ, aut conjugum; partim agit de rebus, de quibus extabat lex generalis, ſed non definitio ſpecialis, quoad perſonas, tempus, modum. in quibus, ut patet, ab homine per imperium definitio fieri non poteſt, ſed ea vel per demonſtrationem conſequentiæ ſuadenda eſt; vel in præceptis generalibus -- *arbitrio charitatis* -- relinquenda eſt; tamen ſuaderi & poteſt, & debet, in particulari. ----

Conſilia Pontificia longè alia res ſunt. Non præſupponunt ea generale præceptum, non utilitatem & commoditatem; ſed majus meritum in iis rebus, de quibus Deus nihil dixit.

Reſp. 1. In quibuſdam Deus generalia præſcripſit κατ' ἐπιταγὴν; ex. gr. opera miſericordiæ, poſitis ponendis neceſſariò facienda: eorum applicatio ad circumſtantias γνώμῃ ſuadetur, ab his, vel illis. Suaſio illa ſi fiat Θεοπνεύστως, obligat infallibiliter; eamque ſequi in iſtis circumſtantiis neceſſum eſt, ob Divinam auctoritatem. Aliàs non obligat infallibiliter; ſed prudenti arbitrio diſcernendum eſt, an generalia ſic

rectè

rectè applicentur, & conveniant iſtis circumſtantiis: ut ſi ego ſuadeam Titio, ut talem eleëmoſynam det Mævio.

2. Cùm Præceptum Dei utilitate commendatur, *Conſilium* rectè dicitur. Confer, ſi placet, Syſtema noſtrum, Tit. de Providentiâ, in Diſp. XXXII, th. LX. At nihilominùs conſtat ei ſumma ſua auctoritas. Quoties Apoſtoli hæc Θεοπνεύστως narrando conſulunt & præcipiunt, eadem eſt auctoritas Dei per Apoſtolos loquentis.

3. Cùm verò Apoſtolus 1 Cor. VII, 6. ſcribit; *Hoc autem dico ex conceſſione, non ex imperio*, oſtendit id quod dixerat de mutuâ conjugum ad tempus abſtinentiâ, non imponi omnibus per modum Legis univerſalis; ſed ſingulos debere ad neceſſitatem ſuam, ac donum gratiæ, attendere. Interpretes Belgæ: **Dit en wort niet verſtaen van 't gene d' Apoſtel geſeght heeft op het 2. vers: alſoo den genen die de gave der onthoudinge niet en hebben / niet alleen en wort toegelaten te trouwen / maer oock bevolen / gelyck oock in het 9. vers: maer van het gene terſtont te voren van het onthouden**

voor

voor eenen tijd / ende dan weder by een te komen / geſeght is; het welk hy wil in de vryheyt der getrouwden laten / na dat ſy haer ſelven daer in ſterk ofte ſwak bevinden / ende na dat haren nood ende beroep ſal verdragen. Similiter verſ. 12. *Reliquis ego dico, non Dominus*; quia caſum Apoſtolus determinat, ſed Θεοπνεύστως, quem Dominus in ſpecie non determinavit priùs, ut quidem illum qui proxime præceſſit verſ. 10. Atque iterùm verſ. 25, 26. *De Virginibus autem imperium Domini non habeo: ſed ſententiam dico, ut cui Dominus per miſericordiam dederit fidum eſſe. Exiſtimo igitur, hoc bonum eſſe propter inſtantem neceſſitatem*, &c. ac tandem verſ. 40. *Sed beatior eſt ſi ità maneat, ſecundùm meam ſententiam: videor autem & ego Spiritum Dei habere.* Ipſe ergò, tanquàm fidus Domini Apoſtolus, Θεοπνεύστως ſententiam dixit: quidque circumſtantiis illis conveniret, ſi donum continentiæ adeſſet, expreſſit primus, prudenti applicatione ad ſeipſos & ſuos ſingulis fidelibus relictâ. Confer Interpretes Belgicos.

4. Conſilia igitur Divina & Θεόπνευστα

qualia

qualia ſunt Apoſtolorum SS. Literis contenta, piè attendenda ſunt, & ratione circumſtantiarum poſitis ponendis applicanda: non autem pro humanis definitionibus habenda.

5. Cur Miniſtros Euangelii dicat Opponens, quaſi de illis in ſpecie conſuleret Apoſtolus, ego non video.

6. Pontificii per *Conſilium* intelligunt opus bonum, à Chriſto non imperatum, ſed tamen demonſtratum; non mandatum, ſed commendatum. Ejus materiam volunt eſſe difficiliorem, meliorem, ac perfectiorem, quàm Præcepti; ratione ſubjecti, non omnibus eſſe commune; ratione formæ, in cujuſque arbitrio eſſe poſitum; ratione finis, obſervantes majus præmium mereri; (*Aureolam* vocant;) negligentes verò nullam pœnam: atque ità diſtingui à Præcepto. Sic illi graviſſimè errant, & multis modis. Neque hoc illis concedendum, vel Chriſtum, vel Apoſtolos, aliqua conſuluiſſe, quæ non obligent Chriſtianos poſitis circumſtantiis iſtiuſmodi; prout etiàm nullus actus humanus in individuo, circumſtantiis ſuis veſti-

veſtitus, indifferens eſſe poteſt. Vide Bellarminum, aliosque eorum Scriptores, cum ſuis Antagoniſtis.

7. Hoc interim relinquitur, Diei Dominicę, obſervationem non per modum conſilii eſſe propoſitam; ſed *ordinationem*, διάταξιν appellari. Neque referri ad hos vel illos caſûs ſolùm; ſed abſolutè proponi.

VIII. *Objicitur inſuper*: Hoc Pauli ſtatutum non univerſale eſt, (quaſi omnibus Chriſtianis, omnique tempore eſſet præſcriptum) ſed particulare: nec ad Judæos, ſed ad Gentiles, & quidem illius tantùm temporis; neque enim ad omnes illos, ſed ad Corinthios, communi cum Galatis ratione, pertinens. Nam Antiocheni, eâ in collectâ, ultrò officium fecerant; ut *Act.* XI, 29, 30. aſſeritur.

Reſp. 1. Eccleſiis, & quidem pluribus, diſertè ordinatum dicitur, ut tale opus miſericordiæ tali nominatim die perageretur: de quo etiàm die plura in eandem ſententiam alibi occurrunt. Imò iſta Epiſtola, ex Dei ordinatione, in communem Canonem univerſæ Eccleſiæ Chriſtianæ relata eſt. Hinc iſtius diei in tales uſûs diſcri-

ſcriminatio, per Apoſtolum Θεοπνεύστως fa-
cta, ſatis liquidè apparet.

2. Quòd Antiocheni in ſpeciali quâdam collectâ officium jàm antè feciſſent, ac proindè non neceſſe haberent primo quôque die hebdomadæ iſti collectæ in ſpecie operam dare; indè non ſequitur eos ab obſervatione illius diei, atque exercitiis pietatis & charitatis tunc præſtandis, fuiſſe immunes. Imò eâdem communi ratione, ob quam potiùs iſte dies deputabatur iſti negotio, & Antiocheni, & reliqui fideles, ex Judæis & Gentibus, ad ejus obſervationem perindè obligabantur. Quemadmodùm eadem ratio, ob quam in Cretâ oppidatim Presbyteri erant conſtituendi, ad omnes & ſingulas Eccleſias applicari debet pro re natâ.

IX. *Objicitur adhùc:* Res ab Apoſtolo hîc ſtatuta, non ad quartum Decalogi Præceptum, ac publicum Dei cultum; ſed ad octavum, & charitatis fraternæ, in pauperibus, facultatum communicatione, ſublevandis, officium ſpectat. Undè Eph. IV, 28. ità furto opponitur; *Qui furabatur, non ampliùs furetur; ſed potiùs laboret,*

Digitized by Google

boret, operando manibus quod bonum ſit; ut poſſit impertiri cui opus fuerit.

Et huic eleëmoſynæ commodè colligendæ, non religionem, ſed ordinem tantùm, præſcribit Apoſtolus: ut unuſquiſque, ſtatuto illo hebdomadis die, pro facultatum acceptarum ratione, paulatim aliquid reponat: & quidem non publicè in Eccleſiæ conventû (ut nonnulli opinantur) ſed privatim in ædibus ſuis. Quia verſû 2. ait; *Reponat apud ſe & recondat.* Quæ verba *Chryſoſtomus* rectè conſiderans, &c. Undè ſatis conſtat, hanc eleëmoſynam, prorſûs differre ab eâ, quæ in publico Eccleſiæ cœtû, ex amore & more perpetuo confertur.

Reſp. 1. Quatenùs in eleëmoſynâ eſt rectus uſus nummorum, ſimiliumque bonorum temporalium, pertinet ad octavum Decalogi Prçceptum: quatenùs eâ vitam proximi indigentis conſervamus, pertinet ad ſextum Præceptum: quatenùs verò actui illi Religionis imperato, ut & aliis actibus Religionis, ex ordinatione Divinâ ſtatum diem hebdomadatim tribuimus, ad quartum Præceptum pertinet; expri-

exprimente etiàm *Catecheſi noſtrâ*, qu. 103. & rationes aſſignante *Chryſoſtomo*; ut oſtenſum ſup. th. IV. §. 3.

2. Apoſtolus dicit; *Unuſquiſque veſtrum apud ſe ſeponat, recondens ut theſaurum ----: ne cùm venero, tunc collectæ fiant.* Singulorum igitur eleëmoſynę priùs *colligi* debuerunt in unum; & ſinguli apud ſe ſeponere, quod pro Dei benignitate liceret; ità ut indè porrò communis theſaurus conficeretur, atque is maturè paratus inveniretur, in adventum Apoſtoli.

3. Ut nihil temerè definierunt Apoſtoli; ſic in iſto die hebdomadis indicatur aliquid ſingulare, quod reliquis diebus non perindè convenit. Iſte igitur dies hîc manifeſtè ab aliis diſtinguitur; Eccleſiis ordinatur ſpecialiter obſervandus; talis actus ſolennis Collectarum ad illum determinatur: quæque alia inſuper ad illum pertineant, ex aliiſ locis facilè innoteſcit. Expendatur modò quartum Decalogi Præceptum, abrogatio Sabbathi Judaïci, iſtius diei ab aliis diſcriminatio, *Dominici* appellatio, & ſolennium quorundam actuum ad illum determinatio.

4. In publico Eccleſiæ cœtû, ex amore & more perpetuo, confertur eleemoſyna. Rectè. Sed etiàm ex amore & more perpetuo magis ſolenniter hoc fit iſto die quàm aliis diebus; prout faciendum Apoſtolus iſto loco diſertè ordinavit.

X. Accedimus ad ea, quæ moventu circà locum *Act.* xx, 7. Sic habet Textus *Primo autem die hebdomadis* (ἐν δὲ τῇ μιᾷ τ σαββάτων,) *congregatis Diſcipulis ad frangendum panem, Paulus diſſerebat cum eis, abiturus poſtridiè; produxitque ſermonem uſquè in mediam noctem.* Iſto igitur die ſolenniter congregati fuerunt Diſcipuli, ſive fideles; *Cœnam Dominicam* celebraturi, *di Dominico;* cui Cœnæ adjunctum fuiſſ Convivium charitatis fraternæ, (*Agapa* vocabant) facilè admitto. Paulus ver *Concionem* habuit; eamque protraxit i mediam noctem: quòd conventus eſſe ſolennior, atque ipſe diſceſſurus poſtridiè Iſtum priùs diem cum Fratribus celebrare voluit tali modo, quàm Troade diſcederet. Quid ſit ἡ μία τ σαββάτων, oſtenſum eſt cap. ſuper. th. v.

Excipitur 1. Intelligi poſſe unum ali quem

quem, ſeu quendam diem, indefinitè. Sic *Eraſmum*, & quoſdam alios, accipere.

Reſp. Obſtat communis uſus iſtius phraſios in N. T. magis autem expreſſo articulo; qui non temerè dicendus redundare, cùm emphaſis ejus inſignis tàm eſt obvia. Nomen numerale cum genitivo plurali accipi debet partitivè; & quidem definitè, cùm articulus appoſitus definitionem indicat.

XI. *Exc.* 2. Vox μία abſolutè, & articuculus τῇ definitè accipiatur. Nempè; *Uno illo* (die) *Sabbathi.* Quùm enim ſeptem tantùm, præſentiæ Pauli, fuerint dies: unus tantùm fuit, Sabbatum; quo, Diſcipuli conveniſſe, & Paulus diſſeruiſſe, dicitur: pridiè ſcil. diſceſſûs.

Reſp. Neque illa expoſitio magis conſentanea eſt S. phraſeologiæ, quam oſtendimus. Et redundabit nomen numerale: dicendum enim fuiſſet, ad exprimendum illum ſenſum; ἐν δὲ τῷ σαββάτῳ τῶν ἡμερῶν ἐκείνων. vel, τοῦ δὲ σαββάτου ἐπιγινομένου. vel aliquid ſimile. In hebdomade *unum* eſſe Sabbathum, notius eſt; quàm ut exprimi debuerit tali conſtructione. Paulum iſtîc

ſeptem duntaxat dies manſiſſe, pręceſſit proximè: ſi immediatè ſubjeciſſet Euangeliſta; ἐν δὲ τῷ ἑνὶ σαββάτῳ, ſupervacaneum foret illud ἑνί. Facilis verò eſt, & emphatica expoſitio; quam nos, cum plurimis Interpretibus, ſequimur.

XII. *Exc.* 3. *Unus* pro *primo*, uſurpetur. Ac ſenſus erit; *Primo illo die Sabbati* (ſeu Sabbato, per Appoſitionem) qui ſcilicet in ſeptem illis diebus, manſionis Pauli, occurrit. Atque ità cognoſcitur, Paulum primo hebdomadis veniſſe; & poſtquàm ſeptimo die, nempè Sabbati, docuiſſet, primo rurſùs hebdomadis diſceſſiſſe.

Reſp. Cùm in iſtis diebus manſionis Pauli unum ſolummodò fuerit Sabbathum, fruſtrà illo ſenſû adjiceretur *primo*. Sed in noſtrâ expoſitione, quæ perpetuum iſtius phraſios uſum ſequitur, emphaticè diſtinguit diem pro Sabbatho obſervatum, ab aliis diebus hebdomadæ.

XIII. *Inſt.* Nulla in Actis, à capite ad calcem, apparent cultûs Dei, à Sabbato, in primum hebdomadæ, tranſlati veſtigia. Sabbatis verò ordinariè ac peculiariter, conveniſſe Apoſtolos atque Eccleſiam, hiſto-

Digitized by Google

hiſtoria Actorum demonſtrat: ideóq; non eſt mirum, ſi hunc etiàm locum, ſervatâ propriâ vocis *Sabbati* ſignificatione, reliquis omnibus conſentaneè exponamus

Reſp. 1. Sufficit hîc proponi *Primi hebdomadis* talem obſervationem, aliis etiàm locis N T. conſentaneam. Alibi, cum Judęis, priſtinum eorum diem obſervatum fuiſſe, agnoſcimus.

2. Non tàm unius vocis proprietas ſpectanda eſt, quàm uſitata phraſios alicujus ſignificatio: atque ità *Primus dies hebdomadæ* intelligi debet. Rectè igitur Interpretes Belgici; Ende op den eerſten [dagh] der weke/ &c. Atque in Notis; *Gr.* eenen. Siet Gen. 1, 5. Matth. XXVIII, 1. ende vergelyckt daer mede 1 Cor. XVI, 2. welcke dag de Dag des Heeren genoemd wordt/ Apoc. 1, 10. Similiter 1 Cor. XVI, 2. Op elken eerſten [dagh] der weke/ &c. Et in Notis; *Gr.* Eenen. *Hebr.* Siet diergelijcke wijſe van ſpreken/ Gen. 1, 5. Dan. IX, 1. Siet oock Matth. XXVIII, 1. Marc. XVI, 9. Luc. XXIV, 1. Et ad vocem der weke; *Gr.* der Sabbathen: waer door de geheele weke dikwils

Digitized by Google

wordt genoemd. Siet Marc. XVI, 9. Joh. XX, 1. Deſe eerſte dag wordt van Johanne genaemd des Heeren dag/ Apoc. 1, 10. om dat de Heere Chriſtus op dien dagh van den dooden is opgeſtaen. Op deſen dag plegen de Apoſtelen hare Vergaderingen te houden. Joh. XX, 19, 26. Act. XX 7.

XIV. *Exc.* 4. Quid ſi hoc loco, *uno Sabbatorum*, primum hebdomadæ neceſſariò denotaret; an propterea hunc diem, peculiariter, ad cultum Dei, in Sabbati locum, ab Apoſtolis inſtitutum, neceſſariò conſequetur? Minimè verò. Primùm enim, quùm fractio panis, alia ſit communis, *Act.* XXVII, 35. alia religioſa ac ſacra, in Cœnæ Dominicę adminiſtratione, *Act.* II, 42. Quid obſecro vetat, quominùs hîc, non de ſacrâ, ſed communi fidelium cœnâ, intelligamus? Certum enim eſt, in Eccleſiâ Apoſtolicâ, communionis & dilectionis mutuę gratiâ, Cœnas hujuſmodi fuiſſe uſitatas: quæ propterea ἀγάπαι dictæ. Sicut *Judæ* 12.

Et ſanè Paulum videmus, ad mediam noctem, diſceſſûs ſui occaſione, verſ. 7. diſſe-

diſſeruiſſe jejunum; ac tùm demùm panem fregiſſe ac guſtâſſe, & ad auroram cum Diſcipulis collocutum, verſ. 11. Quæ Agapæ, ac viatoriæ ipſius Cœnæ, probè conveniunt. Hùc ſpectat illa *Cajetani* ad hunc locum ſententia; *Ad frangendum panem) Incertum eſt, an de pane ſacramentali, an de pane communi, ſit ſermo. Dies Dominicus innuit, quòd de Sacramento, eſt ſermo: veruntamen, quia paulò inferiùs, panis communis, eiſdem verbis, ſignificatur (dicendo; frangensque panem & guſtans) ambiguitas nonnulla oritur.*

Reſp. 1. Cajetano, qui objicitur, de die Dominico nulla eſt ambiguitas.

2. Altera ambiguitas tollitur facilè; ſi Sacramentum Cœnæ, ac porrò Convivium commune, ad teſtandam ac fovendam charitatem mutuam, intelligamus pariter: ſic enim fieri conſueverat. *Chryſoſtomus* in 1 Cor. XI. hom. 27. *Communes autem faciebant Menſas inſtitutis diebus, ut decebat; & Collectione perfectâ poſt Myſteriorum communicationem, ad commune omnes Epulum conveniebant.* Atque ità Interpretes Belgici ad locum; **Dat is/ om met mal-**

 kande-

kanderen te eten/ ende het Avondmael des Heeren te houden. Siet Act. 11, 42, 46. 1 Cor. XI, 20, 21, 22. Sic ſuadet Diſcipulorum Congregatio, & adjuncta Apoſtoli Concio.

XV. *Exc.* 5. Denique, etiámſi dies ille fuiſſet, hebdomadis primus, & Cœna Domini intelligeretur; an prophereà ſequitur neceſſariò, diem illum ordinariè, ad Dei cultum, in Sabbati locum, ab Apoſtolis inſtitutum, atque obſervatum? Atqui quùm Paulus, otium non ageret; ſed Euangelio prædicando, ubi collecta erat fidelium Eccleſia, quotidiè docuerit: ut *Act.* XIX, 9. an negligentiorem fuiſſe, ſeptem illis diebus Troade, ſtatuemus? aut quâ ratione, tantùm ſacro quietis die, Cœnam Domini celebratam, probabitur? Nonne & Eccleſia Hieroſolymitana quotidiè, eam celebrâſſe, fertur, *Act.* 11, 42. cum 46. Ac nonne poſteris etiàm temporibus, idem, in multis Eccleſiis, obſervatum?

Reſp. Apoſtolum reliquis etiàm diebus Troade Euangelium prædicâſſe, libens admitto; nec de celebratione Cœnæ Dominicæ, per illos dies, contendo. Iſta ſic

ſunto.

ſunto. At cùm Lucas, iſto die, Congregationem Diſcipulorum ad frangendum panem, & Pauli Concionem commemoret, præ reliquis; oportet iſto die magis ſolenniter hæc eſſe facta. Hanc Apoſtoli, & Eccleſię Apoſtolicę, iſto die annotato, praxin, nunc obſervâſſe ſufficit.

XVI. Succedit locus *Apoc.* 1, 10. Ἐγενόμην ἐν πνεύματι ἐν τῇ Κυριακῇ ἡμέρᾳ. Ad hunc *excipitur* 1. Certum non eſt (quod, quaſi certum, ſtatuitur) *Diem Dominicum*, Apoſtolo denotare, diem reſurrectionis Domini; ſeu primum hebdomadæ: quùm talis ſignificatio, nuſquàm alibi, in SS. Literis, occurrat. Uſus enim Scripturæ perpetuus eſt, ut *dies Domini*, (qui, notiſſimo Hebraïſmo, nihil aliud eſt, quàm *dies Dominicus*) diem adventûs, ſeu apparitionis Domini, ſignificet.

Ut enim Am. v, 18. *Væ deſiderantibus diem Jehovæ: quorſùm vobis dies Jehovæ; quùm ſit tenebrarum, non autem lucis?* ut, inquam, hoc loco *dies Jehovæ* eſt, quo ſe patefecit, luce expectatâ, ſeu gratiâ ac beneficiis; vel tenebris, ſeu pœnis: ſic *dies Domini*, hoc eſt, Chriſti dies adventûs & appariti-

ritionis exponitur. Mal. III, 1, 2. *Veniet* inquit, *in templum ſuum Dominus*, &c *Quis autem ſuſtineat diem adventûs eju aut quis conſiſtat, quùm apparuerit?* Et Joh VIII, 56. *Abraham geſtivit, ut videre diem meum;* diem ſcil. nativitatis: quo aſ ſumto ſemine Abrahæ, *Hebr.* II, 16. pa tefactus eſt in carne, I *Tim.* III, 16. qua magni gaudii materia, *Luc.* II, 10. Si qui verò hîc diem impropriè, pro tempore, ac cipere malit: vis eadem locutionis, nihilo minùs permanebit: tempus nempè, quo apparuit in carne & miraculis. Sic I Cor V, 5. *Ut ſpiritus ſalvus ſit, in die Domini* quo ſcil. apparebit ad judicium.

Ideóque mirandum non eſt, *ſi qui* Scripturæ uſum ſecuti, *diem Dominicum* Apoc. I. de die apparitionis Domini (au in carne: ut dies natalis intelligatur: au in ſpecie, quâ peculiari atque illuſtri viſio ne, Johanni ſe patefecit, & futurum Ec cleſiæ ſtatum revelavit) interpretentur.

Reſp. I. Non prorſùs idem ſignifican *dies Domini*, & *dies Dominicus*: illa appella tio generalior eſt, multisque modis accip poteſt; hæc ſpecialior. *Arbores Jehovæ*, ve *Domi-*

Domini appellantur, Pſal. CIV, 16. atque alibi *montes Dei*, *luctæ Dei*, &c. *Terra Jehova eſt*, *& plenitudo ejus*; Pſal. XXIV, 1. Eſculenta igitur Jehovæ ſunt, dominio & regimini ejus ſubjecta. Non tamen quælibet noſtra Cœna rectè diceretur *Cœna Dominica*: ſpecialior eſt hæc appellatio. Simili modo intelligendus eſt *dies Dominicus*; ſic Apoſtolo Johanni dictus, Eccleſiæ Chriſtianæ intellectus, ac deinceps iſto nomine frequentatus.

2. *Am.* v, 18. intelligitur dies ſpecialis cujuſdam judicii Divini; quemadmodùm etiàm *Joël.* I, 15. quæ ſignificatio iſti loco Apocalypſios non convenit. *Mal.* III, 1, 2. proponitur dies adventûs Domini in carnem. Idem ille *dies Chriſti* vocatur, Joh. VIII, 56. Iterùm 1 Cor. v, 5. *dies Domini* notat diem judicii. Quid autem illa ad viſiones iſtas Johannis.

3. Viſiones illæ non obtigerunt Johanni ipſo die apparitionis Chriſti in carne; ipſo ejus die natali: certum enim eſt, illas obtigiſſe aliquot annos poſt Chriſti aſcenſionem in cœlum. Nec eſt quod cogitemus de illo die quotannis recurrente; il-

Digitized by Google

lum enim, *diem Dominicum*, appellari; neque ex S S. Literis, neque ex Antiquitate Eccleſiaſticâ, ullo modo conſtat. Neque tàm antiqua & certa eſt illa commemoratio ad certum diem determinata.

4. Explicatio denique, de tempore apparitionis Domini ad Johannem in peculiari atque illuſtri ejuſmodi viſione, nec ſtylo Scripturæ conſentanea eſt; nec iſti loco: quid enim id ſibi vellet, In die viſionis Johannes correptus fuit Spiritû, & obtigit ei viſio. q. d. obtigit ei viſio, die quo obtigit. Nec unquàm Prophetæ dies viſionum ſuarum *Dominicos* appellant.

5. Sed ut *Dominicum* vocetur, quod à Domino, (ſive immediatè, ſive mediatè, in ipſius recordationem, ad ipſius cultum, ſpecialiter ordinatum eſt, convenit phraſi illi, quâ *Cœna Dominica* appellatur, 1 *Cor.* XI, 20. ac ſimiliter huic, quâ *dies Dominicus* dicitur. Primum diem ſeptimanæ ſic appellatum fuiſſe olim in Eccleſiâ Chriſtianâ, atque etiàm nunc, ſatis notum eſt. Ità Interpretes Belgici: **Den dagh des Heeren: Dat is/ den eerſten dagh der weke; alſoo genaemd / om dat Chri-**

ſtus

ſtus op dien dagh is opgeſtaen van den dooden / ende om dat de dienſt des Heeren alreede op dien tyd van de Chriſtenen / in plaetſe van den Sabbath / wierd gepleegd : gelyk alle oude Leeraers getuygen / ende ook af te nemen is uyt Act. xx, 7. ende 1 Cor. xvi, 2. Op dien dagh dan, die tot den Godſ-dienſt was geheyligd, is *Johanni* met heylige bedenckingen beſig zynde, om dat hy in een plaetſe was daer als dan noch geen Vergaderingen en ſchynen geweeſt te zyn / deſe Openbaringe geſchiedt.

Similiter Beza: *die Dominico*, ἐν τῇ Κυ-„ριακῇ ἡμέρᾳ. Loci & Diei circumſtan-„tia pertinet etiàm ad fidem narratio-„ni faciendam. Itaque diligenter iſta „ſolent Prophetæ explicare; ac prȩſertim „Ezechiel: ut I, 1. & VIII, 1. & aliis „locis. *Diem* autem *Dominicum* vocat, „qui à Paulo dicitur μία σαββάτων, 1 *Cor.* „XVI, 2. ut *Act.* XX, 7. *Quo die apparet* „*jàm tùm ſolitos fuiſſe frequentiores cœtûs* „*haberi à Chriſtianis*; ſic ut *Sabbatho* Ju-„dȩi in Synagogam conveniebant: ut „*appareat, quartum Præceptum de Septi-*„*mo quôque die ſanctificando*, quod ad Sab-„bathi diem, & ritûs Legales, fuiſſe Ce-

„ remoniale; *quod ad cultum autem Dei at-*
„ *tinet*, *eſſe legis Moralis immotæ & in hâc*
„ *vitâ perpetuæ præceptum*; & ſtetiſſe qui-
„ dem illum Sabbathi diem à creatione
„ mundi, ad Domini reſurrectionem; quæ
„ quùm ſit alterius ſpiritualis mundi velut
„ altera creatio (ut loquuntur Prophetæ)
„ *tunc Spiritû Sancto procul dubio iſtud Apo-*
„ *ſtolis dictante*, *pro prioris ſæculi Sabbatho*,
„ *ſive ſeptimo die*, *aſſumptus fuit novi hujus*
„ *mundi primus*; in quo non illa corporalis
„ & corruptibilis primo veteris mundi die
„ creata; ſed illa cœleſtis & æterna lux no-
„ bis illuxit. *Dominici* igitur *diei cœtûs* (quos
„ etiàm *Juſtinus* in Apolog. 2. diſertè com-
„ memorat) *Apoſtolicæ ac verè Divinæ ſunt*
„ *traditionis*: ſic tamen ut Judaïca ceſſatio
„ ab omni opere minimè obſervaretur;
„ quoniàm hoc planè fuiſſet Judaïſmum
„ non abolere; ſed tantùm, quod ad diem
„ attinet, immutare. Eſt autem hæc poſteà
„ ab Imperatore *Conſtantino* primùm intro-
„ ducta; ut ex Euſebio, & ipſius Legibus in
„ Codicem relatis, apparet; & paulatim ab
„ aliis Imperatoribus arctioribus finibus
„ circumſcripta; donec tandem eò deven-
„ tum

„ tum eſt, ut quod *boni uſûs cauſâ inſtitu-*
„ *tum* erat, ac *meritò retinetur*, nempè *ut*
„ *animus à quotidianis laboribus vacuus to-*
„ *tum ſeſe audiendo Dei Verbo donet*, in me-
„ rum Judaïſmum, aut vaniſſimam potiùs
„ ἐθελοθρησκείαν, additis demùm aliis innu-
„ merabilibus feriis, degenerârit.

XVII. *Excipitur* : quod à Bezâ in Annotationibus, ad hunc locum, objicitur; --- *Diei circumſtantia pertinere ſolet*, &c. Verum quidem eſt, quandò diei, menſis, & anni fit mentio; ut in prolatis Ezechielis ſententiis: ſed diei primi, è ſeptem expreſſio (qualem interpretantur) nihil ad narrationis certitudinem, conducit. Neque etiàm certa temporis diſtinctio in Apocalypſi occurrit. Nam hoc loco oſtenditur, quomodò, die Dominico, ſeu apparitionis Domini, fuerit comparatus; nempè, quod Spiritû fuerit correptus; eôque non corporis, ſed mentis oculis, viderit; nec corporis aure, ſed ſpiritûs, dicta illius perceperit. Sic in ſequentibus Cap. IV, 1. & V, 1. & VI, 1. &c. eodem ſenſû, *videndi* voce (Prophetarum more) & omiſsâ temporis circumſtantiâ, deſcribit.

Sin

Sin verò diem Domini natalèm, intelligamus; aliquantò expreſſior erit temporis circumſtantia, quàm ſi, primus hebdomadis, diceretur: licet, propter anni & menſis omiſſionem, eſſet imperfecta.

Reſp. 1. Johannes menſem & annum viſionis non expreſſit quidem; ſed diem ſeptimanæ expreſſit: hæc ad rei narratę notitiam non minùs conducit, quàm alibi menſis & anni adſcriptio. Indicatur enim, eo die, quo fideles aliis laboribus & curis ſepoſitis, rebus ad Deum, ad Chriſtum, ad Eccleſiam pertinentibus, ſpecialiter incumberę ſolent, hanc viſionem huic Apoſtolo & Prophetæ obtigiſſe; eâdemque operâ confirmatur fidelium iſto die officium.

2. *Diem Dominicum*, neque alibi, neque etiàm hoc loco, eſſe ſimpliciter diem apparitionis Domini, dictum eſt th. ſuper.

3. Viſionibus, quæ aliis diebus Johanni oblatæ videntur, non adſcribitur dies; cùm aliorum dierum non ſit ea apud Chriſtianos ſolennitas: atque ità *dies Dominicus* aliis contradiſtinguitur planiùs.

4. Natalem Domini, ex ſtylo S. Scri-

pturę,

pturæ, & Antiquitatis Eccleſiaſticæ, intelligi non poſſe; quæ autem ſit emphaſis adſcripti *diei Dominici;* oſtenſum eſt quoque.

XVIII. *Obj.* 2. Quamvis etiam *dies Dominicus*, hoc in loco, diem reſurrectionis Domini, denotaret, an indè neceſſariò ſtatui poſſet, non annuum ac ſolennem reſurrectionis Domini diem; ſed primum hebdomadæ intelligendum? nam, quòd ea, quæ poſt Apoſtolos viguit, Eccleſia, hanc phraſin, hoc ſenſû uſurpârit, illud interpretationi Johannis, legem non conſtituit. Quia appellationum, in uſum diverſum, commutationem accidere potuiſſe, & Paſchatis, & Pentecoſtes nomina (quę alio ſenſû, in ſcriptis Apoſtolorum; alio in conſecutæ Eccleſię ſcriptis uſurpantur) demonſtrant.

Reſp. 1. De annuo ac ſolenni reſurrectionis Domini die deinceps obſervando, nihil prorſûs in SS. Literis comparet; ſed de primo hebdomadæ, quo Dominus reſurrexit, plura comparent.

2. Annuus talis dies nuſquàm omninò *dies Dominicus* appellatur. Nec temerè ad ejuſmo-

ejuſmodi ſignificationem confugiendum; cùm in quæſtionibus de nomine, ſtandum ſit uſû & conſuetudine.

3. Ex uſû appellationis ſubſequenti tempore frequentato & obvio, rectè colligitur illius vis ac ſententia, cùm de ejus mutatione nihil planè conſtat.

4. Nomina Paſchatis & Pentecoſtes, à notatione annuâ ad hebdomadalem non ſunt commutata; atque adeò talis commutatio in *die Dominico* exindè probari, aut ſuaderi, nequaquàm poteſt. Alia quidem illis temporibus egerunt Chriſtiani, quàm ſub V. T. agi debuerunt; ſed ipſorum temporum non ità magna facta eſt mutatio.

XIX. *Obj.* 3. Neque Veterum quorundam teſtimonia certam fidem faciunt; quùm diem Dominicum, ab Apoſtolis ſacratum, tradunt: quia idem de Paſchatis feſto, maximâ contentione ac ſuperſtitione, aſſeruerunt; ut, ex Socrate ----- conſtabit.

Reſp. Teſtimonia illa Veterum fidem ſolummodò humanam facerent, ſi SS. Literarum conſenſû deſtituerentur: rejicienda

enda forent, ſi harum auctoritati adverſarentur: jàm verò, cùm iis conſona tradant, recipiuntur meritò. Superſtitioſæ contentionis de feſto Paſchatis alia omninò eſt ratio.

XX. *Obj.* 4. Si *diei Dominici*, pro die reſurrectionis Domini, ſeu primo hebdomadis, appellatio ab Apoſtolis promanâſſet, eaque in Eccleſiâ omninò fuiſſet recepta; an credibile eſt, potuiſſe fieri, ut *Juſtinus Martyr*, antiquiſſimus atque incorruptus ſcriptor, eâ (in accuratâ rituum illius deſcriptione) omiſſâ, *Solis diem*, aut *unam Sabbathorum*, aut *primam hebdomadis*, tantummodò nominaret? &c. Quemadmodùm in *Apologiâ pro Chriſtianis*, &c.

Reſp. 1. *Juſtinus Martyr* rem ipſam, quæ ab Apoſtolis promanavit, ſub nomine *unius Sabbathorum*, aut *primi hebdomadis*, illis quoque uſurpato, proponere, ſatis habuit; additâ tamen propter Gentiles explicatione, quòd is eſſet dies *Solis* illis appellatus. Sic antiquitas illa, & teſtimonium ejus, pro nobis militat. Quòd phraſin *diei Dominici* non adhibuerit, parùm ad rem facit; cùm teſtimonium negativum non probet. 2. At-

Digitized by Google

2. Attamen *Melito*, illi coætaneus, *de die Dominico* peculiarem librum ſcripſit; & *Tertullianus* frequenter iſtum diem, ejuſque obſervationem, & quidem ſub iſto nomine, commemorat; aliique deinceps plurimi.

XXI. Superiori capite th. v. allegata eſt *Athanaſii* homilia de Semente. *Occurrit opponens*; *Athanaſius* dixit, quòd Deus *Sabbatum transtulerit in Dominicam*; h. e. pro Sabbato, quod exſpectationem efficiebat, dederit ipſam diem reſurrectionis, tanquàm novi temporis, finem non habentis, exordium.

Reſp. Illam ſolennitatis Sabbathicæ, quæ hebdomadatim obſervari olim debuit, in diem Dominicum tranſlationem, ab ipſo Domino factam, dixit *Athanaſius*: Undè etiàm conſequenter hebdomadatim obſervatus fuit dies Dominicus. Diem igitur hebdomadalem, non univerſum tempus N. T. intellexit. Hinc porrò eâdem homiliâ: *Quòd igitur in veneratione habeamus Dominicum diem, id fit in gratiam Dominicæ reſurrectionis. Judæi verò, etiàm poſteaquàm dictum eſt ab Eſaia; Et Sab-*

Sabbata veſtra odit anima mea, ſuo Sabbato adhærent. Nihil ergò mihi commune cum eo Sabbato, quod Deus exoſum habet. Non loquor de circumactû dierum; ſed de Judaïſmo, &c.

XXII. Ad *Catechesin Belgicam*, quam porrò produxi th. VI. cap. ſup. *Objicitur:* Non habet Eccleſia Belgica diverſum à Reformatis Eccleſiis dogma; memor, neque à ſe prodiiſſe Euangelium, neque ad ſe ſolam perveniſſe. *Sabbatum* dixit Interpres, & intelligit Eccleſia in commune diem vacationis electum & deſtinatum cœtui ſolenniter agendo, quem quivis, qui ad Eccleſiam accedit, invenit, quique adhùc in particularibus Eccleſiis conſenſû Eccleſiaſtico inſtitui poteſt.

Reſp. Non gloriatur Eccleſia Belgica à ſe prodiiſſe Euangelium, vel ad ſe ſolam perveniſſe: interim confitetur, hoc Deum exigere quarto Decalogi Præcepto, ut etiàm nunc ſub N. T. habeatur Sabbathum aliquod hebdomadale; ſive dies Quietis, actibus religioſis tranſigendus. Talis eſt Confeſſio de Pręcepto, talis Praxis Confeſſionis. Alium verò iſtiuſmodi diem,

ab

Digitized by Google

ab eo, qui indè ab ipſius Chriſti & Apoſtolorum ſæculo obtinuit, nobisq; Θεοπνεύστως definitus eſt, in Eccleſiis particularibus inſtitui poſſe; neque iſtic, neque alibi, docet Catecheſis noſtra.

XXIII. Ad *Poſt-acta Synodi Nationalis Dordracenæ*, de quibus egi eodem iſto loco, *Opponens* notat: Cenſet Synodus,

1. *Ceremoniale aliquid in Sabbato eſſe.*

2. *Id eſſe quietem diei ſeptimæ; rigidamque ejus diei obſervationem Judaico populo peculiariter præſcriptam.*

Qui hæc nobis interpretari geſtit, quaſi tantùm intelligatur *determinatio iſtius diei*, (quæ ſi meri ordinis, in ſe non invariabilis, determinatio eſt, non ad cerimonias ſeu typos pertinet, ſed ad alîus generis placita) & *adjuncta ſpecialia cerimonialia typica* (quæ nulla fuerunt, præter ipſam ceſſationem, in tabulis fœderis, aút antè eas datas) *aut modus talem quietem, talem obſervationem exigendi conveniens œconomiæ V. T.* is nobis narrat, quid fortè una pars ſub illis verbis intellexerit; non in quid utraque pars conſenſerit.

3. *Morale verò, quod certus aliquis & ſtatus*

dies

dies cultui Dei ſit deſtinatus; & tanta quies, quanta ad cultum Dei ſanctamque ejus mediationem (alii *praxin*) *eſt neceſſaria.* Fatemur enim cum Catecheſi, Miniſterium Verbi & Congregationes conſervari debere: & ei rei ſtata debere eſſe tempora, ſolennis cultûs Dei ab Eccleſiâ celebrandi causâ.

4. *Abrogato Sabbato Judæorum* (quod benè notandum) *Chriſtiani diem Solis ſolenniter ſanctificare debent.* Quùm enim omnis dies, ſaltem privatim aut cum paucioribus, ſit ſanctificandus; dies congregationis, rationabiliter & per providentiam Dei introductus, eſt ſolenniter ſanctificandus.

5. *Hic dies indè ab Apoſtolis in priſcâ Catholicâ Eccleſiâ ſemper fuit obſervatus.* Fuit enim nominatus dies Dominicus, & illo non minùs quàm Sabbato congregationes actæ fuerunt: quin imò illo die *omnes in urbibus & agris morantes convenire* ſoliti ſunt. Quam conſuetudinem rationabilem meritò retinemus.

6. *Idem dies ſic cultui Divino eſt conſecrandus, ut in eo ceſſetur ab omnibus, quæ non*

ſunt

Digitized by Google

ſunt charitatis aut præſentis neceſſitatis : & ab omnibus recreationibus, quæ Dei cultum impediunt. - --- Diligenter notandum, quòd Synodus ne *recreationem* quidem tollat. Confer Nehem. VIII, 10, --- 13.

Reſp. 1. Ad *obſervationem populo Judaïco peculiariter præſcriptam*, certè etiàm pertinet jugeSacrificium, tùm matutinum, tùm veſpertinum, & quidem utrumque duplicatum; *Num.* XXVIII, 3, -- 10. Et peculiaris quædam quies præſcripta in Mannâ non ipſo Sabbatho, ſed pridiè, coquendâ; *Exod.* XVI, 23. atque item, Igne per iſtum diem in tentoriis non accendendo; *cap.* XXXV, 3. Accedebat rigida iſtius Præcepti, ut & reliquorum pro re natâ, ſub iſtâ œconomiâ exactio, ac dura ſanctio pœnalis; *Num.* XV, 32, -- 36. Quietem ad cultum Dei ſanctamque ejus praxin ſtato quodam die neceſſariam, Synodus etiàm Novo T. adſcribit; determinatam illam ſeptimi diei à creatione, ac rigidam obſervationem V. T. propriam attribuit.

2. Atque ſic nos defendimus & adſtruimus veritatem iſtius aſſertionis Synodalis.

3. Illud

3. Illud de certo ac ſtato die cultui ipſius Dei deſtinato; & quiete ad eum, ſanctamque ejus praxin, neceſſariâ; *Morale* eſt, ex Synodi ſententiâ. Sic non omnes dies perindè & indifferenter ſub N. T. habendi ſunt: atque hoc ipſum eſt *Morale*.

4. Abrogato Judæorum Sabbatho, reſpectû quietis ad ſeptimum diem determinatæ, cum rigidâ ejus obſervatione, iſti populo ſpecialiter præſcriptâ, Chriſtiani diem Solis, ſive Dominicum, ſolenniter ſanctificare debent. Iſte autem dies non communi aliquo modo rationabiliter & per Providentiam Dei introductus eſt; ſed ſpeciali ratione & modo: ſic enim Θεοπνεύστως in S S. Literis deſignatus eſt præ reliquis diebus.

5. Hic dies indè ab Apoſtolis in Eccleſiâ ſemper obſervatus fuit; & *Dominicus* appellatus Θεοπνεύστως, aliàs *primus hebdomadæ*: qui non eodem modo obſervatus eſt à fidelibus in Eccleſiâ primitivâ N. T. cum antiquo Judæorum die Sabbathico; ſed ſpecialiter Eccleſiis ordinatus, & *Dominici* appellatione iis commendatus.

Digitized by Google

Antiquus ille Judæorum dies aliquamdiù obſervatus quidem fuit, propter Judæos adhùc infirmos; quemadmodum & Circumciſio: ſed de ejus abrogatione ſatis clarè alibi admonentur fideles. Aliter res habet in *die Dominico*..

6. Iſte igitur dies ex ſententiâ Synodi, cultui Divino conſecrandus eſt & appropriandus; ità quidem ut ab omnibus operibus ſervilibus ſit quieſcendum; (niſi quòd interim charitati & præſenti neceſſitati locus detur) & ab omnibus ejuſmodi oblectamentis, ſive recreationibus, quæ cultum Dei impedire poſſent. Talis nunc quies ad Sabbathi Chriſtiani ſanctificationem, piamque praxin, neceſſaria eſt. Imò & integer Sabbathi dies ſanctificari debet; juxtà eandem Synodum, Seſſ. 14. excluſis aliis laboribus, & exercitiis profanis; quibus Sabbathum profanari contingit.

7. Non omnem prorſùs recreationem tollit Synodus. Fateor. Non utique ſpiritualem in Chriſto & gratiâ ſalutari, aut in Lege Dei. Vide *Pſal.* 1, 2. *Rom.* VII, 22. quęque ad cultum Dei neceſſaria eſt, vel utilis.

Digitized by Google

lis. At minimè permittit eam, quæ cultum impedit. Vide *Jeſ.* LVIII, 13, 14. *Neh.* VIII, 10, -- 13.

CAP. X.

Reſpondetur ad nonnulla, quæ aſſertioni Sententiæ oppoſitæ ſubſternuntur. De Jugo & Laßitudine V T. Quiete autem N. T. De Sanctificatione, &c. Quomodò in V. T. πάρεσις; atque item ἄφεσις? Conſideratio Decalogi, & Inſtitutorum Cerimonialium. Analogia Sabbathi V. T. & Quietis N. T. Locus Jeſ. LXVI, 23. *An Sabbathum nobis ex Moralitate quarti Præcepti obſervandum, ſit totum tempus N. T. Sabbatiſmus ſpiritualis & æternus. Diſcrimen eorum qui Sabbathum, aliaque Præcepta, olim ſervabant carnaliter ac ſecundùm literam; & eorum qui internam ac ſynceram obedientiam & ſanctimoniam præſtabant. An Sabbathum olim typus Sepulturæ Chriſti, & Redemtionis pridiè conſummatæ? Ratio obſervandi diei Dominici.*

I. PEccatorum ſervitutem, laborem, fatigationem eſſe miſerrimam, in confeſſo eſt: atque item liberationem, refocillationem, quietem, in Chriſto ſolùm

obtineri. Ejus impetratio in plenitudine temporis demùm facta eſt: credebatur tamen, deſiderabatur, exſpectabatur, ſub V.T. Effectus autem ſalutaris percipiebatur interim eo modo & gradû, qui iſti œconomiæ, ſecundùm Conſilium Dei, fuit conſentaneus. Quies iſta in hâc quidem vitâ inchoatur; ſed in altero demùm ſæculo conſummatur. Eam Deus ſub V.T. Verbo propoſuit, & Typis figuravit. Vide ea quæ ad locum *Hebr.* IV. ex *Pſal.* XCV. dicta ſunt Cap. V. Th. IX,--XII.

II. *Opponens dicit:* Indè *ab Adamo uſque ad Moſen peccatum fuit in mundo*, Rom. V, 13. h. e. peccatum nondùm fuit expiatum; remiſſio non fuit, κατάκειμα non fuit extinctum. *Sed peccatum non imputabatur*, ſive diſſimulabatur; quia erat promiſſio, & lex proponens homini debitum ſuum atque execrationem commemorans nondùm erat. Nondùm igitur erat *Pax*; ſed erat *Sitis* & exſpectatio, *Jerem.* XXXI, 14, & 25. Et erat in mundo id, propter quod jugum imponi poterat etiàm iis, qui in fœdere Dei per fidem promiſſionis ſtabant. Poſteà etiàm *jugum* Iſraëli impoſitum eſt, *Act.* XV, 10.

Lex

Lex enim *per Moſen data eſt*, Joh. 1, 17. quæ *iram operabatur*, Rom. IV, 15. *addita promiſſioni propter tranſgreſſiones*, Gal. III, 19. *ut abundaret delictum*, *&* *gratia eò eſſet illuſtrior & amplior*; Rom. V, 20, 21.

Reſp. 1. Peccatum ſub V. T. ipſo actû nondùm fuit expiatum; quia Chriſti Satisfactio nondùm preſtita. Fructus tamen expiationis iſtius ad fideles, tùm antè Moſen, tùm etiàm poſt eum, verè pervenit; & remiſſio verè fuit. Abraham juſtificatus fuit per fidem, remiſſionem peccatorum accepit, amicus Dei factus eſt. David peccatorum obtectionem, & remiſſionem, ac talem beatitudinem, celebravit. Vide *Rom.* IV, 3, & ſeqq.

2. Κατάκριμα virtute Satisfactionis Chriſti decretæ, futuræ, promiſſæ, creditæ, verè extinctum fuit; quia juſtificatio verè facta eſt; & reatus à fidelibus in Sponſorem erat tranſlatus. Sponſor igitur in obligatione erat: fideles verò liberationem acceperunt; quæ iis propoſita fuit, & applicata, etiàm in hâc vitâ, modo & gradû iſti œconomiæ conſentaneo.

 3. De

3. De loco *Rom.* v, 13, 14. Vide ſup. Cap. III. Th. II.

4. Antè Moſen etiàm erat Promiſſio. Rectè. Promiſſio ſcilicet de Meſſiâ venturo, & conditiones ſalutis impetrandæ ſuo tempore præſtaturo: ſic tamen ut ſalutares fructûs etiàm tunc ad fideles verè pervenirent, atque ab iis perciperentur, ſuo modo & gradû.

5. Lex homini debitum ſuum proponens, atque execrationem commemorans, nondùm erat ſcripto conſignata: Lex tamen erat; quia peccatum erat. Neque ea ſolùm cordibus inſcripta; ut in Gentilibus; *Rom.* II, 14, 15. ſed πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως inſuper revelata. Sic Deus Patriarchas, & alios, tùm immediatè, tùm mediatè, docuit, exercuit. Sed remedium ac liberationem per Chriſtum, ſub conditione fidei, ſimul propoſuit; *Hebr.* I, I.

6. Conſequenter etiàm erat *Pax*; cùm Deus eſſet Deus ipſorum; atque ipſi, amici Dei, populus Dei. Sic Pacem habuerunt apud Deum in Mediatore & Sponſore ſuo Chriſto, qui cauſas inimicitiæ in ſe receperat extinguendas. Pacem illam credi-

crediderunt, & conſcientiis ſuis ſenſerunt quodammodò; *Gen.* XVII, 2, 7, 8, 9, 13. XV, 1, 6, 15. *Pſal.* XXIII, 1, & ſeqq.

7. Sitis quidem erat & expectatio ipſius Meſſiæ in carnem venturi; atque ulterioris profectûs in gratiâ, & promotionis ad gloriam: ſic tamen ut initia interim haberent & ſentirent, cum multâ conſolatione & gaudio; *Pſalm.* IV, 7, 8, 9. XXXVI, 8, 9, 10. LXXIII, 23, -26. Licet uberior gratiæ menſura fidelibus N. T. obtingat; pro iſtâ diſpenſationis, juxta conſilium Dei, varietate.

8. In mundo erant peccata; imò & fideles habebant peccata: ſed & remedium pacificum habebant in Promiſſione.

9. Lex jugum fuit, & quidem δυσβάστακτον: Moralis ſcil. in conſideratione fœderali; & Cerimonialis, quatenùs peccatorum commemorationem quoque faciebat. Ad Chriſtum ideò Typis illis Cerimonialibus præfiguratum, ad Veritatem iſtarum Umbrarum, confugere debuerunt fide; per durum illum Pædagogum compulſi.

10. Lex per Moſen data eſt; ſub mo-

do ſcriptionis. Hæc iram operabatur adverſùs tranſgreſſores; in ratione fœderali. Addita eſt Promiſſioni, propter tranſgreſſiones; ut his cognitis, illa magis deſideraretur, æſtimaretur, apprehenderetur. Peccatis autem magis retectis, & alicubi per accidens auctis, gratia poſtmodùm evaſit illuſtrior atque amplior.

III. *Iterùm Opponens*: Habuerunt quidem ſancti, qui crediderunt promiſſioni & ſalutem exſpectârunt,— *incorruptionem manſueti & tranquilli ſpiritûs*; quæ eſt quies neceſſaria in omnibus filiis Dei omni tempore, oppoſita inquietudini concupiſcentiæ, quæ dominatur in *improbis* ſive injuſtis, qui ſunt *ut mare impulſum, quod quieſcere non poteſt.*

Sed non habuerunt, quod fideles N. T. habent: nempe 1. *aſperſionem conſcientiæ ab operibus mortuis*, Hebr. IX, 14. X, 22. ejuſque πλείωσιν, *conſummationem*, Hebr. IX, 9. X, 2. ut, habentes Sacerdotem magnum ſuper domum Dei, & viam novam ſanguine ipſius dedicatam, poſſent cum gratiarum actione propè accedere ad Deum, & ſine metû ei ſervire.

Hanc

Hanc conſcientiæ expurgationem ſitiverunt Veteres, à quâ ſiti illi, qui Chriſtum expectabant, vocantur κοπιῶντες, feſſi, laſſi, Matth. XI, 28. ubi Chriſtus talibus accedentibus ad ſe ἀνάπαυσιν, *requiem*, promittit. 2. Plenam libertatem: nempè, ut non tantùm non onerarentur, quemadmodùm Iſraël oneratus fuit; ſed etiàm onerari non poſſent. Qui ante Moſen fuerunt, non tulerunt Jugum cum Iſraële; ſed onerari poterant. Sunt igitur filii N. T. illorum quodammodò filii, ut Abrahami juſtificati in præputio, & ſic in quâdam libertate; ſed magis illorum, qui poſt militiam hujus vitæ in cœlum recepti ſunt; qui conſtituunt Hieroſolymam ſupernam, Gal. IV, 26. Qui nullo jugo ampliùs onerari poſſunt. Ità tùm ex ratione temporis & promiſſione, & naturâ legis, quæ ipſis impoſita fuit, cognoſci poteſt, quid ad *quietem* promiſſam pertineat. Ipſiſque fuiſſe expectandum, ut à præceptis oneroſis, & ab omnibus ſitim facientibus liberarentur, multa oſtendunt. Qualia ſunt, quòd *Legiſlatores* (poteſtatem habentes ad imperandum, eo fine, ut pręcepta carna-

lia ſervarentur diligentiùs) & *Siloh*, pacificator, *cui eſt obedientia populorum*, opponuntur, Gen. XLIX, 10. &c.

Reſp. 1. Fideles & ſancti V. T. non ſolùm habuerunt gratiam ſanctificationis; ad quam pertinet *incorruptio manſueti & tranquilli ſpiritûs*, oppoſita inquietudini concupiſcentiæ, quæ dominatur in improbis: ſed etiàm gratiam juſtificationis; atque adeò remiſſionem peccatorum, & jus vitæ æternæ, in Chriſto Mediatore & Sponſore. Signum Circumciſionis fuit illis ſigillum juſtitiæ fidei; *Rom.* IV, 11.Ità per gratiam Domini Jeſû ſalvati ſunt; quemadmodùm & nos ſalvamur; *Act.* XV, 11. Quæ ab Orthodoxis contra Socinianos, eorumque ſequaces, ex profeſſo adſtrui ſolent. Vide Diſputt. noſtras Tit. XI. de Fœd. Euang. th. XX, & ſeqq.

2. Conſequenter non fuerunt relicti in conſcientiâ immundâ, per opera mortua; ſed verè etiàm habuerunt ſuo modo & gradû aſperſionem conſcientiæ ab operibus mortuis. Veriſſimum eſt, quòd ſanguis taurorum & hircorum, & cinis juvencæ aſpergens inquinatos, per ſe ſanctificaverit

verit ſolùm ad carnis puritatem; *Hebr.* IX, 13. Quódque fundamentalis conditio impetrandę illis purificationis ſpiritualis à Chriſto tunc nondùm fuerit præſtita: ſed præſtanda demùm ſuo tempore; ipſisque deſideranda, credenda, expectanda; atque interim ſuus in ſe reatus agnoſcendus, qui in Sponſorem quidem tranſlatus, nondùm tamen ipſo actû per ejus Satiſfactionem extinctus erat; *Hebr.* X, 2. Attamen cùm Sponſor eſſet bonæ fidei; Deique decretum, ſtipulatio, & promiſſio infallibilis certitudinis; bonorum ſpiritualium & ſalutarium applicatio quędam ad illos etiàm facta fuit. Sic enim *Jeſus Chriſtus heri & hodiè idem* eſt, *& in ſæcula*; Hebr. XIII, 8.

3. Dona, Sacrificiaque, & reliqui Typi V. T. minimè potuerunt Cultores ſuos conſummare in conſcientiâ; *Hebr.* IX, 9. X, 1. Chriſtus illis præfiguratus *unicâ* tandem *oblatione conſummavit in perpetuum eos, qui ſanctificantur*; Hebr. X, 14. Undè ipſe actum illum in cruce perficiens, *dixit, Conſummatum eſt; & inclinato capite, tradidit Spiritum*; Joh. XIX, 30. Fru-

ctûs tamen ſalutares iſtius conſummationis fidelibus iſtorum temporum etiàm communicati fuerunt. Habuerunt eundem Sacerdotem magnum ſuper domum Dei, typico Pontifice figuratum: & viam novam (non Fœderis antiqui legalis & operum, ſed novi Euangelici & gratiæ) ſanguine illius dedicandam; illis tamen verè propoſitam, agnitam, calcatam, virtute prçviâ ſanguinis iſtius. Sic ad Deum propè acceſſerunt, eique ſervierunt cum gratiarum actione, & gaudio ſpirituali; ut amici ipſius Dei, populus gratis dilectus, & filii: quamvis non eo gradû illis ſubjectivè applicata & percepta fuerit gratia iſta ſpiritualis; ut quidem deinceps fit in N. T.

4. Ante Moſen Lex Moralis ſcripto quidem conſignata non fuit; attamen extitit quoad rem ipſam: ut oſtenſum eſt ſup. Cap. III. atque item Lex Cerimonialis extitit quodammodò; licet minùs plena, minùs ordinata. Sic homines ante Moſen in ſe onerati fuerunt, de peccatis convicti, de reatû & immunditie ſpirituali admoniti. Poſtmodùm, Lege per Moſen

ſen datâ, magis plenè & diſtinctè facta eſt illa admonitio & convictio: ſic tamen ut Typi lege Cerimoniali præſcripti, formaliter ad Euangelium pertinerent; Chriſtumque, & ſalutem, & quietem ſpiritualem, ſignificarent. Interim agnoſcimus, gratiam minùs amplam, & libertatem minùs illuſtrem fuiſſe, ſub Pædagogo illo, quo Deus tunc Filios ſuos exercere ac ducere voluit; adeò quidem, ut eorum conditio ſervili quodammodò foret ſimilis; *Gal.* IV, 1, 2. Vide Diſputt. Tit. XI. de Fœd. Euang. th. CIV, CV.

IV. *Alibi idem Opponens:* An neſcis, Chriſtum ſurrexiſſe propter *juſtificationem*; Rom. IV, 25. & ἄφεσιν cum ἀπολυτρώσει ac ſacrificio, poſt quod nullum eſt ſacrificium, demùm conjunctam eſſe? Eph. I, 7. Col. I, 14. Hebr. X, 18. Ubi ſacrificium inſtauratur, ibi eſſe ἀνάμνησιν ἁμαρτίας? & ubi lex eſt, eſſe ὀργὴν? & ubi ὀργὴ eſt, ibi eſſe παράβασιν; Hebr. X. Rom. IV. & quùm non punitur quod puniri poteſt, eſſe πάρεσιν, non ἄφεσιν? ubi autem eſt ἄφεσις, nullum eſſe κατάκριμα?

Reſp. 1. Chriſtus peractâ pro peccatis

Digitized by Google

noſtris Satisfactione in paſſionibus & morte ſuâ, ipſe deinceps dimiſſus eſt glorioſè; vivificatus, & juſtificatus Spiritû; 1 *Petr.* III, 18. 1 Tim. III, 16. Sic demonſtratum, quòd Juſtificationis noſtrę fundamentalis conditio eſſet præſtita; atque ejus fides planiſſimè facta eſt.

2. Ἀπολύτρωσις notat liberationem, quæ fit valore intercedentis pretii: atque adeò vel pretii iſtius actualis perſolutio ſpectatur; quę in ſacrificio & morte Chriſti peracta eſt: vel notat applicatè ipſam hominum liberationem virtute iſtius pretii. Ità *Eph.* IV, 30. ἡμέρα ἀπολυτρώσεως eſt dies conſummatæ applicationis in beatâ reſurrectione. Confer *Rom.* VIII, 23.

3. Ἄφεσις ſimiliter conſideratur vel reſpectû noſtrî, vel reſpectû Sponſoris noſtri. Reſpectû noſtrî; cùm nos ex reatû dimittimur. Hæc gratia fidelibus ſub V. T. etiàm obtigit; tranſlatione ipſius reatûs factâ in Sponſorem. Reſpectû Sponſoris; cùm is Satisfactionem pręſtitit ipſo actû; atque ità reatum extinxit, & in obligatione eſſe deſiit. Si ergò ſpectetur pœnarum exactio, & juſtitiæ ἀνταποδοτικῆς demon-

demonſtratio, rectè dicitur ſub V. T. fuiſſe πάρεσιν, non ἄφεσιν; reſpectû ſcilicet habito ad id quod in Sponſore futurum erat ſuo tempore: ſic *tranſmiſſio* fuit, & *dilatio.* Verùm iſta πάρεσις non excludit, ſed infert, remiſſionem ipſorum fidelium ſub V. T. Vide *Rom.* III, 25. 26. Confer Tractatum noſtrum de Satiſfactione Chriſti contra Joh. Crellium Socinianum, Lib. I. Sect. V. Cap. I. th. VI.

4. Sub V. T. iterabantur Sacrificia, quę peccatis expiandis, quoad ſtatum internum & æternum, non ſufficiebant: ſed expiationem per Chriſtum ſuo tempore peragendam præfigurabant. Sic in illis fiebat ἀνάμνησις ἁμαρτίας, recordatio aut commemoratio peccati nondùm expiati; attamen certò expiandi: adeò quidem ut fructûs iſtius expiationis jàm tùm quoque perciperentur à fœderatis.

5. Ubi *Lex* eſt in ratione *Fœderis operum*, ejuſque *transgreſſio*; ibi quoque eſt *ira.* Sed ubi per Fœdus gratiæ remiſſa eſt tranſgreſſio, quamvis Lex adhùc obtinet ſub ratione Normæ, ceſſat ira. Clariſſimum id eſt in Fidelibus N. T. atque idem ſtatuendum de Fidelibus V. T.

6. In

6. In V.T. fuit πάρεσις, reſpectû Chriſti, adhùc pro populo ſuo puniendi; & ſimul ἄφεσις, reſpectû ipſorum fidelium, quibus nullum fuit κατάκριμα.

V. Cæterùm indicat *Opponens*, ſe non negare Veteres, per fidem juſtos fuiſſe, & poſt mortem in gloriam intraviſſe. Rectè quidem iſta. Diſcurſum verò priorem perſequitur *in hunc modum:* Quicquid habuerunt Veteres, vel ut ſitim faciens & deſiderium accendens, vel etiàm ut iram operans & fatigans, ſive ut *jugum*, id non eſt *quietis*, quam Chriſtus debuit efficere & annunciare. Omnes Ceremoniæ & figuræ rem ipſam ſive τὴν σωτηρίαν & ἀπολύτρωσιν præcedentes pertinebant ad acuendam ſitim & deſiderium accendendum: ſed non omnes pertinent ad illud κατ᾽ ἐξοχὴν dictum *jugum*, quod *lex* dicitur impoſuiſſe. Statim poſt promiſſionem in paradiſo auditam fuerunt data ſacrificia; diluvium acceſſit, --- habens analogiam quandam cum liberatione per mortem & reſurrectionem; &c. Iris facta eſt ſacramentum Noacho & filiis ejus; quæ & ipſa analogiam quandam cum gratiâ habet: &c.

Præce-

Præcepta filiis Noachi data Gen. IX. nondùm oneroſa fuerunt. Circumciſionem Abrahamus accepit ſigillum juſtitiæ fidei, Rom. IV, 11. Paſcha in Ægypto datum eſt. Ibi & primogenitos juſſit Deus ſibi traduci Exod. XIII, 12. --- In decem verbis eſt etiàm verbum de Sabbato; Exod. XX, 8. ---- Hiſce addidit Deus præceptum de modo altaris; Exod. XX, 24, 25, 26. Hactenùs ſacrificia erant libera, non imperata: ut videamus, veriſſimum eſſe, quod Jeremias dicit cap. VII, 21. *non loquutus ſum, non præcepi Patribus veſtris, quùm eos educerem ex Ægypto, de holocauſto & ſacrificio.* Data ſunt, non imperata, ſacrificia. Stipulatio fœderis non pertinet ad illa: atque ideò etiàm libera relicta ſunt. Anni ſabbathici & trium feſtorum nova figura acceſſit, Exod. XXIII. 11, 15.

Reſp. 1. Omnes Cerimoniæ & figuræ V.T. formaliter conſideratæ, quatenùs Chriſtum ejuſque redemtionem & ſalutem præfigurabant; fidei confirmandæ, atque adeò quieti fidelium in Chriſto, quem credebant & expectabant, ſervierunt.

2. Quæ-

2. Quæcunque à Deo præſcribuntur obſervanda & facienda, neceſſitatem pręcepti habent: ut ſatis apparet in ipſis Sacramentis N.T. Quę gratiam ſignificant, fidelium quieti inſerviunt: eadem verò infidelibus, carnalibus, contemtoribus, oneroſâ ſunt; & præcepta Dei non obſervantibus, reatum imponunt. Circumciſio fidelibus fuit ſigillum juſtitiæ fidei: ſed eadem inſtitutio contemtoribus verè oneroſa fuit; cùm hi ex populo Dei exſtirpari deberent; *Gen.* XVII, 14. Similiter qui ſolenni die expiationis ſeſe non humiliâſſent, exſtirpari debuerunt; *Levit.* XXIII, 29. Satis rigida etiàm fuit ſanctio lapidationis, adverſùs violatores Sabbathi; *Num.* XV, 35. Et ſatis gravis Sacrificiorum neceſſitas: cùm ſine ſanguinis effuſione, ſecundùm legem non fieret remiſſio; *Hebr.* IX, 22, 23.

3. Ac proindè objectus locus Jeremiæ non ità accipi debet, quaſi Deus prorſùs non mandâſſet Sacrificia & Holocauſta: ſed quòd externa eorum obſervatio, abſque fide & reſipiſcentiâ, non ſufficeret; nec Deus eam ſuà inſtitutione principaliter inten-

Digitized by Google

intendiſſet. Rectè igitur interpretes Belgici in Notis ad locum: **De ſin is: Dit is geenſins het principaelſte geweeſt/dat ick hen belaſt hebbe/ gelijck ghy huychelaren dit neemt; maer eene ſulcke oprechte gehoorſaemheyt/die ſy my niet bewesen en hebben/ ende ghy noch minder doet/ als volgt. Siet van ſulcken gebruyck des woordeken s** niet, Hoſ. vi. op v. 6. ende ond. xvi. op v. 14.

VI. *Opponens pergit:* Decalogi imprimis neceſſaria eſt conſideratio. Nam, quæ poſt Decalogum acceſſerunt, licet non aliò poſſint pertinere, quàm quò ipſe Decalogus ſpectat; certum eſt tamen, non poſſe imponi liberis. Nam ea conſtituerunt Iſraëlem in ſtatû *ſervitutis*. Supereſt igitur, diſquirere, an nihil in decalogo ſit, quod cum *quiete* N. T. conſiſtere non poſſit. In Decalogo continetur, ut repetitio *Teſtamenti*, ità & Stipulatio *fœderis* gratiæ, &c. Ergò Decalogus nihil niſi fœdus gratię continuit, &c. Sed, quùm Moſes in montem aſcendiſſet, & Deus ibi formam Tabernaculi oſtenderet (quod ipſum inter Iſraëlitas collocatum nondùm majus onus attuliſſet), & Aharoni peculiare aliquod jus

Digitized by Google

ſacerdotii daret; Iſraëlitæ vitulum fecerunt; eâque re oſtenderunt, ſe fœdus Dei & præcepta ejus non revocâſſe ad animum; Ezech. xx, 13.

Quę (ut & confirmata filiorum duricies) occaſio & ratio fuit *dandi* eis *ſtatuta non bona* (ἀνωφελῆ) *& judicia in quibus non vivitur: & illos declarandi impuros cum donis ſuis, traducendo omne primogenitum*; Ezech. xx, 25, 26. In ipſâ Ægypto jàm imperatum erat, ut traducerent Domino omne primogenitum, quùm in terram veniſſent; Exod. XIII, 11, 12.---- Quandò autem hoc re ipſâ factum eſt, ſimul commutavit Deus primogenitos cum tribû Levi; atque ità ipſos primogenitos, quos *ſibi traduxerat*, cum toto Iſraële tanquàm impuros repudiavit, ne oblationes Deo offerrent. ---- Idem autem judicium eſt faciendum de ipſis Levitis; nempè illos non habere puritatem dignam ſacrificio, quod Deo gratum. Idque teſtatur ipſa diſtributio officiorum inter Levitas, cum interdicto ad alios: itémque quod ſoli ſacerdoti maximo licuit in ſanctuarii intimum intrare. At illius ipſius inpuritas declaratur,

tur, cùm vetatur omni alio tempore intrare: &, quòd nec ipſi licuit ſine ſacrificio Deum adire, & adorare in omni loco, ſine reſpectû ad habitaculum Dei terrenum. Quæ omnia teſtantur, quandò Deus venit ad populum Iſraëliticum quòd eum invenerit jacentem in ſanguine ſuo;----ut profectò mirum non ſit, ſi etiàm in decalogo aliquod verbum ſit, quo homo arguatur ſuæ impuritatis, & jubeatur expectare *ſanctificationem* futuram.

Porrò ſtatuta, quæ non proſunt, neque vitam conciliant, ſunt illa mandata, quæ vocantur δόγματα, *placita*; quæ Deus ad tempùs injunxit. Qualia ſunt de ſacrificiis pro peccato, pro reatû, de diſcrimine ciborum, rerumque purarum & impurarum, quę præcepta intolerabilem effecerunt ſervitutem per totum vitę tempus cum innumerabilibus ſcrupulis ferendam. ---

Atque ità in Iſraëlitis neceſſariò fuit *ſitis* atque exſpectatio *laſſans*, quam omnes figuræ & typi accenderunt: & prętereà ipſis quotidiana commemoratio & exprobratio peccati, & ſcrupuli moleſtiſſimi, & metus mortis, & perpetua ſervi-

tus

tus graviſſima & importabilis fuit.

Reſp. 1. Quòd Decalogus non rectè dicatur, nil niſi Fœdus gratiæ continere, oſtenſum eſt ſuprà Cap. VI, Th. III, & ſeqq.

2. Præcepta Legis Moralis, quæ Decalogo continentur, peccatoribus ſua peccata indicârunt manifeſtiſſimè; ſic impuritatem ſpiritualem detexerunt; eâdemque operâ maledictionem iis declarârunt per ſanctionem additam, à quâ non liberantur niſi fideles per Fœdus gratiæ.

3. De loco *Ezech.* XX, 25. vide ſup. Cap. VI. Th. XII. Reſp. 2. Undè apparet, non ſpectari iſtîc propriè inſtituta Cerimonialia. Traductio primogenitorum, de quâ iſtîc verſ. 26. alia eſt ab eâ, quæ mandatur Exod. XIII, 11, 12. Interpretes Belgici; Ende ik verontreynigde haer in hare giften/ om dat ſy [door het vyer] deden doorgaen al dat de baermoeder opent: Et in Notis ad verba illa, door het vyer; Dit is hier ingevoegt uyt het volgende 31. vers. Het is ook uyt den Text gelaten Lev XVIII, 21. Siet van deſen grouwel der Heydenen Lev. XVIII. op

verſ.

Digitized by Google

verſ. 21. Sommige meynen/dat de Joden deſen grouwel ook den waren God ter eeren hebben willen doen.

4. Deus per Moſen, Sacrificiorum reliquique cultûs Cerimonialis ordinem accuratiſſimum præſcripſit: multa limitavit, quæ priùs fuerant liberiora: multa etiàm de novo addidit. Sacerdotibus Aharonicis ſolis impoſuit munus offerendorum Sacrificiorum; & Sacerdoti maximo peculiare ſuum miniſterium. Quæ omnia Chriſtum, ejuſque ſanctitatem, & munus peculiare ad peccatorum noſtrorum expiationem, & ſalutis tùm impetrationem tùm applicationem, ſpectabant.

5. Populus Iſraëliticus per naturam omninò jacuit in ſanguine ſuo, implicatus reatui coram Deo; ſed per Fœdus gratiæ, & communionem quam ſic accepit cum Chriſto, liberationem & ſalutem adeptus eſt: atque iſta Cerimoniis iſtis figurata.

6. Totus Decalogus peccatoribus ſua peccata, ſuam impuritatem, detegit; & condemnationem proponit; niſi liberationem & ſanctificationem conſequantur juxtà Fœdus Euangelicum.

7. Sta-

7. Statuta de Sacrificiis pro peccato & reatû, de diſcrimine rerum mundarum & immundarum, &c. hominum in ſe impuritatem indicârunt; ſed ſimùl Liberatorem & liberationem figurârunt.

8. Statuta eadem, quatenùs neceſſitatem præcepti quoque habuerunt, materialiter, ut ſic ampliationes quædam ipſius Legis Moralis fuerunt pro iſto tempore & populo, oneris & jugi rationem verè habuerunt: ſed formaliter, quatenùs figuræ & typi fuerunt ipſius Chriſti & liberationis per eum conſequendæ, ad gratiam & ſalutem verè pertinuerunt.

9. In Iſraëlitis ſic peccatorum ſuorum conſciis; ſimulque intelligentibus quòd cultus iſte Cerimonialis per ſe ad expiationem & ſpiritualem ſanctificationem eſſet planè invalidus, omninò fuit ſitis & exſpectatio laſſans; ſed & fides Chriſti venturi ac ſalutis per eum conſequendæ: cujus quidem ſalutis applicatio ad eos etjàm facta eſt initialiter in hâc vitâ per vocationem, juſtificationem, ſanctificationem, &c. ac deindè etiàm per glorificationem cœleſtem.

10. Ob-

10. Obtinuit tunc quotidiana commemoratio & exprobratio peccati, injecti fuerunt ſcrupuli moleſtiſſimi, incuſſus mortis metus, & ſervitus graviſſima atque importabilis fuit impoſita, per Legem illam ſic ampliatam: ità interim ut liberatio, vita, libertas, & ſalus illis nihilominùs per Fœderis gratiæ prædicationem & figuras proponerentur; ipſiq; tantorum bonorum ſuo modo & gradû in hâc vitâ etiàm fierent participes. Sic ad conſolationem & gaudium fideles, per internam ac ſpiritualem Fœderis gratiæ communionem, iſtum cultum acceperunt & habuerunt. Quemadmodùm, in Feſtis nominatim & Sabbathis, lætitia ſæpè commemoratur.

VII. *Ampliùs Opponens*: Hæc omnia in Chriſti ------ *apparitione*, & *fuſione ſanguinis Teſtamenti* veri, ex quo vera hæreditas cœleſtis & hæreditas Mundi eſt, finiuntur: quippè in quo eſt ------ *conſummatio*, & ſacerdotis ac principis ſalutis, & operis redemtionis (quæ pars & fundamentum *ſanctificationis* eſt) & conſcientiæ accedentium ad Deum.

Undè conſequitur, magnum peccatum eſſe, & abnegationem *ſanctificationis* Divinæ, & rejectionem fœderis Dei, non agnoſcere eam *requiem*, & id tempus *requietis*; & ea, quæ ad *ſitim* excitandam & ad *fatigandum* faciebant, ſanctificatis in ſanguine Teſtamenti & conſummatis imponere, atque ità *ſatiatos adjungere ſitientibus*: ut eſt Deut. XXIX, 19. Quod peccatum quibus modis Deus in Judæis vindicaverit, ibidem declaratur.

Reſp. 1. Typi, qui Chriſtum venturum præfigurârunt, ejuſque redemptionem morte conſummandam adumbrârunt, in morte Chriſti omninò finem acceperunt; *Col.* II, 11, 12, 14, 16, 17. Qui enim præſens apparuit, & perfectè conſummavit id quod exſpectabatur; ejus adventus ut futurus, & conſummatio ut futura, non debet ampliùs exſpectari & præfigurari. Et ſtatus Eccleſiæ in libertatem à ſpeciali iſto jugo conſtitutæ, & ad majorem perfectionem per peculiarem Dei gratiam promotæ; non debet iterùm revocari ad conditionem quodammodò ſervilem, & longè imperfectiorem.

2. Pror-

Digitized by Google

2. Prorſùs igitur agnoſci debet liberationis, quietis, & ſalutis per Chriſtum nunc facta impetratio; ejuſque applicatio multò clarior & major; quàm ſub V. T. obtinuit.

3. An tamen hoc ipſum doceatur *Deut.* XXIX, 19. vehementer dubito. Vide Interpretes Belgicos, alioſque Commentatores.

VIII. Ille *propoſitum urget* hoc modo: Evidens eſt, hanc *quietem* habere analogiam cum *quiete Sabbati*, quàm Deus mandavit Iſraëlitis in quarto Decalogi verbo: & admodùm aptè vocari σαββατισμὸν; quemadmodùm appellat Apoſtolus Hebr. IV, 9. & Eſaïas, VI, 33. (leg. ni fallor, LXVI, 23.) --- Neque id negare poſſunt, qui fatentur, *cultum N. T. metaphoricè efferri per Novilunia & Sabbatha* illo in loco: quanquàm malim eam phraſin corrigi. Cultus enim N. T. ſignificatur per verba *venire & adorare coram Domino*; conditio autem temporis illius cultûs, & perpetuatio ejus, ſignificatur per *Novilunia & Sabbata* metaphoricè; ut intelligatur eſſe tempus novæ lucis & quietis. Neque

quicquam impedit, quominùs Eſ. LVI, 2. ſit idem *obſervare Sabbata Dei à violandis eis,* quod cap. LXVI, 23. *venire per omnia Sabbata & novilunia, & adorare coram Domino*; itemque Eſ. LVIII, 13. *reducere pedem ſuum à Sabbato*, ut & ab eo removere *facere voluptatem ſuam in die ſancto Domini, & vocare Sabbatum delicias*, & *Sanctum Domini honorandum*: nempè ut *honoremus id, ne faciamus vias noſtras, neque inveniamus oblectamenta noſtra, aut loquamur verbum*, ſive temerarios logos, ratiocinationes proprias & præcepta hominum.

Quemadmodùm etiàm Catecheſis noſtra, dùm *ſempiterni Sabbati exordium in hâc vitâ* conſtituit, intelligens ſine dubio tempus, quod Chriſtiani, poſt Chriſti mortem & exaltationem in hoc mundo agunt, ----- clarè indicat, ſe in *Sabbato* typum totius Chriſtiani temporis reperiſſe. Cui adſtipulantur Notæ Belgicæ ad Ezech. xx, 11, 30. ad verbum *ſignum:* quod interpretantur *Cerimonialem typum & ſignificationem ſpiritualis & perpetui Sabbati.* Quapropter ſecundùm analogiam fidei ver-

verba quarti præcepti, *Memento* vel *obſervato diem Sabbati ut ſanctifices eum*, poſſunt per conſequentiam accommodari ad rem ſignificatam hoc modo; Quùm illuxerit ille dies atq; id tempus, quo abſolutum erit opus Dei, quod ad ſanctificationem & purificationem conſcientię adhùc requiritur, vide & cura diligenter ut id tempus, tanquàm tempus quietis ſanctifices, tùm gratias agens illi *pacificatori*, tùm eum glorificans omnibus modis: nominatim id diſtinguas à tempore ſitis, ſervitutis, laſſitudinis, moleſtiæ nunquàm quieſcere ſinentis. Nam, ſi ceſſatio Iſraëlitis injuncta typus fuit ceſſationis à deſiderio & inquietudine V.T. & illa ceſſatio ſanctificanda fuit; multò magis ceſſatio per eum typum ſignificata ſanctificanda eſt. In quo ſenſû hoc præceptum ſine dubio *Morale* eſt, ſed pertinens ad fœdus gratiæ: & Ceremoniale, quatenùs ceſſationem aliquam externam imperavit, interim tanquàm figuram melioris quietis. Velim autem hîc obiter animadverti, quietem quietis eſſe typum, non verò numerum diei in ſeptimanâ ad typum ullo modo

Digitized by Google

pertinere: licet etiàm is in typo non ſit inutilis, ut deindè dicemus. Ea ſententia illius pręcepti, -----neceſſariò inculcanda eſt vel propter Judæos, &c.

Qui hiſce obſtrigillabit, is negabit, tempus ſequens abſolutionem operis Dei, quo homo peccator *ſanctificatur*, æquè eſſe *Sabbatum Domini* ac illud tempus, quod illuxit, perfecto opere creationis; & ità appellari à Prophetis ac Apoſtolis (quod manifeſtè falſum eſt) aut certè *diem Domini ſanctum* appellari poſſe: quùm tamen totum tempus ſequens Chriſti nativitatem *dies Domini* & *dies apparitionis ejus* appelletur, Mal. III, 2. & IV, 5. Confer etiàm Pſal. CXVIII, 24. ---

Atque etiàm primò propterea neceſſaria eſt inculcatio hujus ſenſûs, ut ipſi Chriſtiani ſciant, non unum modò diem, ſed totum tempus quod in hâc vitâ agunt, ſibi, quærendo regnum Dei, & juſtitiam ejus, ſanctificandum eſſe, quantum ejus fieri poteſt. Quod non ſatis diligenter facere procul dubio erit occaſio negligendi præceptum Prophetæ de eâ re, quod exſtat Eſa. LVIII. Sanè conſtat, qui non *die & nocte*

medi-

Digitized by Google

meditantur legem Dei, & eam exercent, omni die eſſe ineptos ad omne bonum. Et verò ratio, cur omne tempus illius quietis, quam præſtat Chriſti ſacrificium, ſanctificandum ſit, in evidenti ponitur. Siquidem hoc eſt reverà *ſignum*, ſive argumentum, ἔνδειγμα & oſtenſio, *quòd Deus ſit ſanctificator ipſorum*; h. e. ſanctificaverit per ſanguinem & ſpiritum ſuum eos, qui hanc quietem ſanctificant. Non abſtinentia à licito opere eſt argumentum, quo oſtenditur, quòd ſanctificatio Divina ad nos pertineat: ſed omiſſio *operum noſtrorum & viæ noſtræ*. ità ſolet Scriptura appellare conſilium & actûs peccatoris; quæ mala ſunt. Vide Eſa. LV, 7. LVIII, 13. Pſal. I, 1. &c. Hoc doceri in præcepto quarto, poſt omnes Patres, Catecheſis declarat; quandò dicit, Nobis præcipi ut *in omni vitâ à pravis actionibus vacemus*: ſignificans, quandò lex dicit, *Non facies opus tuum*, --- --- id venuſtâ antanaclaſi notare opus peccatoris, ſive peccatum. Cui Catecheſis opponit *opus Domini*, quod is *per Spiritum ſuum in nobis facit*. Profectò id demùm argumentum eſt ſanctificationis noſtræ, ſi

Digitized by Google

amore Dei ſanctificantis deſinamus amare & facere peccatum, opus noſtrum. Et, ſi hoc argumento populus Dei à non populo debet diſtingui, jàm omnis ſabbatizans & non credens in Deum ſanctificantem damnatur: & porrò clarum eſt, tùm demùm fore ut nomenclatura *populi* ſit vera & Deo glorioſa, quandò hi ſoli nominabuntur populus, qui à viâ & operibus ſuis in fide & amore ſanctificatoris deſtiterint. Quod ſub N. T. tantùm fit. Nam in V. T. populus nominabatur, qui in inſtitutis Moſis ſecundùm literam ambulabant, &, inter cætera, carnaliter ſabbatizabant, omittendo conſueta opificia & opera quotidiana.

Reſp. 1. Analogiam aliquam quietis Sabbathicæ, cum beatâ quiete ab omnibus hujus vitæ laboribus in Cœlis agendâ, libens admitto; juxtà *Hebr.* IV, 3. & ſeqq. cum *Apoc.* XIV, 13. XXI, 4. Non tamen analogia ſtatim probat typum. Inter Convivium, præſertim Nuptiale, & inter Regnum Cœlorum, intercedit analogia. Vide *Matth.* VIII, 11. XXII, 2. Quis propterea dixerit, omne Convivium, etiàm

Nu-

Digitized by Google

Nuptiale, fuiſſe, vel eſſe, ejus typum? Adde omnes ſimilitudines ad explicandum Regnum Cœlorum à Servatore propoſitas *Matth.* XIII, & alibi. Ordinatio Dei ad talem figurationem accedere debet: Quemadmodùm alibi ipſe Opponens; *Res, ſive actio, habens analogiam futuri & melioris boni, à Deo inſtituta ad id ipſum ſignificandum, eſt ſine dubio Typus.*

2. Dixi, Cultum N. T. metaphoricè efferri per Novilunia & Sabbatha, *Jeſ.* LXVI, 23. ut alibi etiàm per Sacrificia; (vide *Mal.* I, 11.) non abſtrahens *Novilunia & Sabbatha* à verbis *venire & adorare coram Domino;* ſed brevi complexû conjunctim conſiderans: hæc, cultum notant; illa, præſtandum eum ſub N. T. modo interim iſti œconomiæ convenienti: quotidiè ſcil. communi quâdam ratione; ſed diebus Dominicis, magis ſolenniter.

3. Libens etiàm admitto, ut ad cultum N. T. referantur loca *Jeſ.* LVI, 2. & LVIII, 13. ſed ſynecdochicè, cum ſpeciali reſpectû ad diem Dominicum.

4. Cùm Catecheſis noſtra, qu. 103. *Sempiternum Sabbathum in hâc vitâ in-*

choandum dicit, intelligit procul dubio ſpiritualem quietem in Deo per Chriſtum; quæ in hâc vitâ per praxin fidei & pietatis inchoatur, poſtmodùm verò cœleſti beatitudine perficitur. Illius enim promovendæ medium ſingulare eſt pia praxis Sabbathi hebdomadalis, ſive dieì Dominici. Vide ſup. cap. VIII. th. VI. Non autem intelligit præciſè tempus N.T. id enim non ordimur in hâc vitâ; ſed hâc vitâ pro noſtrâ parte abſolvimus. In hâc vitâ id propriè ordimur, quod poſt eam perficitur.

5. Atque ità Interpretes Belgici ad Ezech. XX, 12. n. 30. dicunt, Sabbatha V. T. data fuiſſe in *ſignum*; **dat is/ een Ceremoniale afbeeldinge ende beduydinge vanden geeſtelycken en eeuwigen Sabbath/ alſoo ond. vers** 20. non ad tempus N.T. præciſè referentes; ſed ad illud, quod ulteriùs patet, atque in æternum durat.

6. Nos negamus, nec Opponens ſolidè probavit, Sabbathum quarti Præcepti, vel ſolùm, vel primùm, pro N.T. intelligi debere de illo tempore, quo abſolutum foret opus Dei, quod ad ſanctificationem

&

& purificationem conſcientiæ ſub V. T. adhùc requirebatur: ut id tempus, tanquàm tempus quietis, foret ſanctificandum; oppoſitè ad tempus ſitis, ſervitutis laſſitudinis, & moleſtiæ V. T. atque hoc ſenſû iſtud Præceptum ſolummodò eſſet Morale. Tali certè modo omnia Præcepta Cerimonialia poſſent dici Moralia; quatenùs res per Typos pręfigurata in N. T. eſt exhibita, nobiſque fideliter agnoſcenda, & piè meditanda in cultû noſtro. Certum aliquem & ſtatum diem Sabbathicum hebdomadatim obſervandum, vi iſtius Pręcepti tanquàm Moralis, docet Catecheſis, & Synodus Nationalis, & paſſim Theologi Orthodoxi.

7. Meſſiam jàm adveniſſe, omneſque Typos V. T. impleviſſe, & implendo, juxta prædictiones V. T. abrogâſſe; ſic nunc credendum, ſic vivendum eſſe, contra Judæos ſeriò aſtrui debet; nec tamen praxis diei Dominici ex Præcepto Divino propterea vel omitti, vel ſolvi. Unum nos facere oportet; neque tamen alterum omittere.

8. Non totum illud tempus, quod

illuxit perfecto opere creationis, olim fuit Sabbathum Domini; ſed unus dies ſeptimus hebdomadatim recurrens: ſic dies Dominicus, & primus hebdomadæ in N. T. æquipollent. Toto tempore N. T. quod à Prophetis dies Domini, & apparitionis vel adventûs ejus, ſynechdochicè appellatur, ſanctè vivendum eſſe, omninò urgemus: ſic tamen, ut cultum ſolennem ad quemque primum hebdomadæ, ſpecialiter *Diem Dominicum* appellatum, referamus, ſecundùm SS. Literas.

9. Atque ex hâc noſtrâ inculcatione ſcient Chriſtiani, non unum modò diem, ſed totum tempus, quod in hâc vitâ agunt, ſeriò & piè ſanctificandum eſſe; ſed ſpeciali modo iſtum diem hebdomadatim ſanctificandum. Quod non ſatis diligenter facere, erit præceptum Dei per Prophetam *Jeſ.* LVIII. & alibi expreſſum, negligere.

10. Verùm etiàm ſub V. T. non ſufficiebat unum modò diem ſanctificare; tunc quoque toto tempore Deo obediendum & ſanctè vivendum fuit: & ad beatitudinem pertinebat *die & nocte meditari*

Legem

Legem Dei, eamque exercere; *Pſal.* 1, 2. cxix, 1, &c. *Deuter.* vi, 6, &c.

11. Totius temporis noſtri ſanctificatio, ſecundùm Opponentem, eſt reverà *ſignum*, ſive argumentum, ἔνδειγμα & oſtenſio, *quòd Deus ſit ſanctificator Chriſtianorum*; non tamen typus; nedùm nihil aliud quàm typus: ac proindè, cùm Sabbathum V. T. dicitur *ſignum*, quòd *Deus eſſet ſanctificator Iſraëlitarum*; id non infert, Sabbathum hebdomadale tunc fuiſſe merum typum, in N. T. abrogatum, adeò ut Chriſtiani ad hebdomadalis Sabbathi obſervationem non debeant obligari ex Præcepto Divino.

12. Non quælibet abſtinentia à licito opere eſt argumentum, quo oſtenditur, quòd ſanctificatio Divina ad nos pertineat: ſed quidem abſtinentia ab aliis operibus noſtris, eo fine & modo ut ſolennem cultum Dei ſtato die exerceamus, ſic in ſanctificatione proficiamus, & huic per reliquos etiàm dies magis conſequenter ſtudeamus.

13. Cùm quarto Præcepto ſex dies aſſignantur operibus noſtris; & prohibetur,

Digitized by Google

ne ea fiant die ſeptimo, quia ſit Sabbathum Jehovæ ſanctificandum: ut priore membro non permittuntur peccata per ſex illos dies; ſic neque ſola prohibentur die ſeptimo.

14. Neque mala conſilia & actûs peccantium abſolutè appellantur *opera noſtra*, aut *viæ noſtræ*, in locis ab Opponente allegatis. *Pſal.* 1, 1. nominantur *conſilium improborum*, *via peccatorum*, & *conſeſſus deriſorum.* Jeſ. LV, 7. dicitur; *Derelinquat improbus viam ſuam*, & *vir iniquus cogitationes ſuas*: ubi pronomen reciprocum ſpeciatim indicat viam improbi, & cogitationes iniqui. Sed Jeſ. LVIII, 13. cùm de Sabbatho dicitur, *non exercendo vias tuas*, nego peccata ſola ſpectari & prohiberi.

15. Neque Catecheſis noſtra verba Præcepti, *Non facies opus tuum*, exponit de ſolo opere peccatoris, ſive peccato; cùm enim Sabbathum & diem quietis appellat, quo præcipuè ad Eccleſiam Dei ſtudioſè accedamus, &c. quietem intelligit ab aliis operibus hujus vitæ. Sed piæ praxeos Sabbathicæ fructum inſignem rectè ſubjicit, quòd exercitiis iſtius diei ſic pro-

proficiamus in vitâ ſpirituali, veráque ſanctimoniâ; ut reliquis etiàm diebus ſtudioſè vacemus ab actionibus pravis, &c.

16. Serio & perpetuo ſanctimoniæ ſtudio verus Dei populus nunc rectè diſtinguitur à non vero populo Dei. Sed eadem diſtinctio ſimiliter quoque inſtitui debuit ſub V. T. Neque enim tunc ſufficiebat carnaliter ſolummodò ſabbatizare, & in inſtitutis Moſis ſecundùm literam ambulare: ſic hypocritæ faciebant, in externâ ſolùm communione Eccleſiæ viventes, internam verò communionem minimè habentes. Apoſtolus diſtinguit Rom. II, 28, 29. *Non enim qui eſt in propatulo* Judæus, *Judæus eſt*; *nec ea quæ* eſt *in propatulo* circumciſio, id eſt, *in carne, circumciſio* eſt: *ſed qui in occulto Judæus* eſt, *& circumciſio cordis*, id eſt, *in ſpiritû, non literâ*; *cujus* Judęi *laus non* eſt *ex hominibus, ſed ex Deo.* juxtà Gen. XVII, 1. *Indeſinenter ambula coram me*; *& eſto integer.* Deut. VI, 5, 6. *Itaque diliges Jehovam Deum tuum, ex toto corde tuo, & ex toto animo tuo, & ex totis viribus tuis. Et erunt verba iſta, quæ ego*

go præcipio tibi hodie, in corde tuo. Pſal. XXXII, 2. *Beatus homo, cui non imputat Jehova iniquitatem, & cujus ſpiritui non ineſt dolus.* LI, 8. *En, veritate delectaris in præcordiis; & in occulto ſapientiam notam feceras mihi.* Mitto alia quàm plurima.

IX. Chriſtus mortuus, ipſo die Sabbathi hebdomadalis, ad illud tempus in ſpecie ex ordinatione Divinâ obſervati, ſed ejuſdem iſto anno ſimul Paſchalis, quievit in ſepulchro; eoque execrationem noſtri condidit; poſtridiè verò iſtius Sabbathi à mortuis reſurgendo, typum Manipuli iſto tempore offerendi, juxta Legem Cerimonialem, *Levit.* XXIII, 11, 15. implevit. Sed nòn magis indè ſequitur, Sabbathum hebdomadale in ſe fuiſſe typum Chriſti, ejuſque Sepulturæ; quàm primum quemlibet diem ſeptimanæ fuiſſe typum Reſurrectionis ipſius. Sabbathi Paſchalis, ac diei proximè eum ſequentis, alia omninò fuit ratio.

X. *Opponens urget:* Non poteſt dubium eſſe, quin ipſum illud, quòd Chriſtus ſepultus poſt crucifixionem die Sabbati non viſus eſt in terrâ, ſignum certiſſimum

ſit,

Digitized by Google

ſit, eum pridiè illius diei opus ſuum, quod tanquàm ſacerdos & princeps ſalutis perficiendum habebat, abſolviſſe. Quemadmodùm ipſe dixit exſpiraturus, *Conſummatum eſt.* -- Sed, ſicut, quamdiù pependit in cruce, fuit -*execratio* (ſecundùm illud, -- *execratio Dei eſt ſuſpenſus*): ità, quùm, juxtà legem, detractus de cruce & ſepultus eſt, ceſſavit eſſe execratio & ipſe, & omnes, qui ſunt ipſius. Quemadmodùm etiàm perſpicuum eſt, quòd dies, quo Chriſtus non ampliùs viſus fuit ab omnibus, reſpondeat, per analogiam inſignem, diei, quo Manna, quod pridiè duplâ menſurâ, ut ſufficeret diei alteri, datum erat, viſum non eſt in terrâ: quam rem ſi Iſraëlitę conſideraviſſent, ſique eam comparaviſſent promiſſioni, facilè potuiſſent intelligere, Deum illâ re docere, cibum illum, qui vitam dat mundo, de cœlo deſcendere; & ità quidem viſum iri, ut cibus eſſe poſſit omni tempore, quo videndus non erat; &c.

Sanè, ceſſatio Dei poſt opus ſex dierum teſtimonium eſt, hominem, quem ultimò creaverat, eſſe colophonem omnium,

um, & *gloriam Dei*, 1 Cor. xi, 7. neque propter ullam creaturam factum, cui ſubderetur aut ſerviret; ità, quòd Chriſtus deſiit in mundo apparere Iſraëlitis, teſtimonio eſt, ipſum jàm eſſe, ut *lapidem* ſalutis, omnibus ſuis *cælatum cælaturis*, Zachar. iii, 9. & in eo nomen Dei patefactum; Deumque in eo plenè ſanctificatum, ipſumque Dominum omnium factum, & ſic Eccleſiam Deo plenè aſſertam eſſe.

Neque negari poteſt, quin iſta convenientia & reſponſus illorum dierum, nimirùm illius, quo Deus ceſſavit ab opere creationis, & quo Manna non apparuit, & quo Chriſtus ſuper terrâ non viſus eſt vivus, ut cognoſceretur verè mortuus, ſed oculis Iſraëlitarum primò ſe negavit, non videndum ampliùs, donec eum videant venientem in nubibus, evidens argumentum ſit, Deum illum diem ſeptimanæ etiàm ante creationem omnium, ad hoc beneficium *ſanctificâſſe*, & ſic ei *benedixiſſe*. Certè quidem negari non poteſt, diem Mannæ non viſi in terrâ poſt promiſſionem de Salvatore auditam, nihil

hil aliud potuiſſe ſignificare & quaſi loqui.

Quæ analogia etiàm obſervari poteſt inter diem, quo Deus juſſit lucem ex tenebris apparere (in quâ re & Paulus myſterium animadvertit. 2 *Cor.* IV, 6.) & eum, quo Manna rursùs viſum eſt, & poſt riduanum Sabbati, quo manipulus in Paſchate offerri jubebatur, & octavam Circumciſionis (cujus ſignificatio à Veteribus Chriſtianis benè notata eſt) & eam, quâ Dominus, videndus, non toti quidem populo, ſed antè ſuffragio lectis teſtibus, reſurrexit; ut credamus, hæc, quę in Chriſto facta ſunt ſecundùm promiſſionem & figuram, ità ante creationem à Deo delineata & diſpoſita fuiſſe: ea autem analogia diei ortæ lucis & reſurrectionis Chriſti habet uſum probandi deſtinationem Dei, poſtquàm res facta eſt; licet uſum ſigni & ſacramenti ante rem geſtam per ſe non habuerit. Atque ex his apparet, quòd definitio diei ſeptimi, ut ſit Sabbatum, ut nec diei octavi Circumciſionis, aut ſequentis Sabbatum in Paſchate, in typis illis inutilis ſit; ſed definitionem tem-

Digitized by Google

temporis beneficiorum Dei quaſi propheticam contineat.

Reſp. 1. Chriſtus, tanquàm Sacerdos & Princeps ſalutis noſtrę, opus ſuum, quantum ad impetrationem, moriendo abſolvit. Sed ad Mortem pertinebat quoque triduana manſio in ſtatû mortis. Sic Sepultura ad ejus humiliationem referri ſolet. Hinc Joh. XII, 24. ipſe Servator; *Niſi granum frumenti ceciderit in terram, & mortuum fuerit, ipſum ſolum manet; ſi verò mortuum fuerit, multum fructum adfert.* Et Paulus Rom. VI, 3, 4, 5. *An ignoratis, nos quotquot baptizati ſumus in Chriſtum Jeſum, in Mortem ejus eſſe Baptizatos; Conſepulti ſumus igitur ei per Baptiſmum in Mortem; ut ſicut ſuſcitatus eſt Chriſtus ex mortuis in gloriam Patris, ità & nos novâ vitâ ambulemus. nam ſi cum eo plantati coaluimus aſſimilatione Mortis ejus, nimirùm etiàm Reſurrectionis* aſſimilatione cum eo *coaleſcemus.* Similiter cap. IV, 24, 25. Fides noſtra refertur ad ſuſcitationem Domini Jeſû à mortuis, *qui traditus eſt propter offenſas noſtras, & ſuſcitatus ad noſtrî juſtificationem.* Itémque 1 *Cor.* XV, 17.

Quódſi

Quódſi Chriſtus non eſt ſuſcitatus, inanis eſt fides veſtra; adhùc eſtis in peccatis veſtris. Sepultura igitur ad Mortis complementum pertinebat: eâ ſic completâ, Sponſor tertio die, qui primus ſeptimanæ fuit, dimiſſus eſt ad vitam immortalem & glorioſam; quam ipſe adeptus populo ſuo communicat quoque. Hinc 1 Cor. xv, 20, 22, 23. *Nunc autem Chriſtus ſuſcitatus eſt ex mortuis, & primitiæ eorum qui obdormierunt factus eſt. --- Sicut enim in Adamo omnes moriuntur; ità & in Chriſto omnes vivificabuntur. Unuſquiſque autem ſuo ordine; primitiæ Chriſtus, poſteà qui ſunt Chriſti, in adventû ipſius.*

2. Non omnia, quæ perpeſſus eſt Chriſtus, oculis omnium expoſita fuerunt: non ea, quæ in horto Gethſemanê pertulit; ubi graviſſimè afflicta & contriſtata fuit anima ejus; ubi ſudor ſanguineus illi expreſſus, ſub onere iræ Divinæ laboranti.

3. Chriſtus ex cruce detractus & ſepultus, deſiit ſpeciali iſto modo eſſe *execratio*, cujus ſymbolum erat crux & ſuſpenſio in eâ: interim ad pœnam damni adhùc

adhùc pertinuit iſta mortis continuatio, & ab oculis hominum remotio; de terrâ viventium, in terrâ mortuorum. Cadavera ſanè rebus immundis accenſebantur ſub V. T. adeò quidem ut eorum contactû etiàm alii polluerentur.* Ad maledictionem & pœnam, propter peccatum olim denunciatam, pertinebat quoque illud, *In terram reverteris*, Gen. III, 19. Hanc Chriſtus expertus eſt quantum ſatis, per iſtud triduum. Deindè eum *Deus ſuſcitavit, ſolutis doloribus mortis, eò quòd fieri non poterat, ut ipſe ab eâ retineretur. David enim --- præſcius locutus eſt de reſurrectione Chriſti, non derelictam eſſe apud inferos animam ejus, neque carnem ejus ſenſiſſe corruptionem.* Act. II, 24, 25, 31.

4. Manna, typus Chriſti, panis ſpiritualis verè vivifici (juxta 1 Cor. x, 3. Joh. VI, 31, 32, 33. die Sabbathico non quidem cœlitùs deſcendit in terram; ſed pridiè deſcendebat duplâ menſurâ: quò magis Iſraëlitæ Sabbatho diſcerent quieſcere; & ab aliis operibus vacantes, vitam ac cibum ſpiritualem, & ſanctificationem in Chriſto, meditari.

5. Deus

5. Deus ſex diebus opera creationis perfecit; etiàm Hominem, reliquorum colophonem. Pręfinivit quoque & præſcivit jàm tunc, imò ab æterno (ſic enim ei nota ſunt omnia opera ſua; *Act.* xv, 18.) Chriſtum fore Salvatorem perfectiſſimum electorum ſuorum; ac tali ordine, tali tempore, talibus circumſtantiis reliquis, opus Redemtionis conſummaturum: hinc tamen non ſequitur diem ſeptimum jàm inde ordinatum fuiſſe in typum Chriſti, quódque pridiè ejus omninò conſummanda eſſent, quę ad Redemtionem ſpectarent. Imò (quia *lapidem* ſalutis appellat Opponens) conſideremus locum *Pſal.* cxviii, 21. *Quem lapidem ſpreverant ſtructores, is eſt in caput anguli.* Ad contemtum illum pertinebat etiàm Sepultura: ſed in reſuſcitatione iterùm vivens, ac ſpeciali modo vivificans & corroborans, Caput anguli factus eſt. Ità 1 *Petr.* 11, 4, 5. *Ad quem accedentes, qui eſt Lapis Vivus, ab hominibus quidem reprobatus, apud Deum verò electus* ac *pretioſus; ipſi quoque veluti Vivi Lapides, ædificati, ſiatis domus ſpiritualis; ſacerdotium ſanctum, &c.* Sed neutiquàm

indè

indè ſequitur, ob iſtam rationem typi, etiàm nunc non debere ex Præcepto Dei, diem unum è ſeptem, & nominatim Dominicum, ſolenniter ſanctificari. Alii certè non minùs ingenioſá & eleganti analogiâ, quàm eſt illa Opponentis, ad Dominicam referunt, quod in Pſalmo illo ſequitur verſ. 24. *Hâc ipſâ die effecit Jehova; exultemus, & lætemur in eâ.*

6. Textus 2 Cor. IV, 6. ità habet; *Quoniàm Deus, qui dixit ut è tenebris lux ſplendeſceret,* is eſt *qui ſplenduit in cordibus noſtris, ad* prębendum *lucem notitiæ gloriæ Dei in facie Jeſû Chriſti.* Sic convenientiam animadvertit Apoſtolus inter Lucem initio creationis verbo Dei productam, & Lucem gratiæ ac gloriæ verbo Euangelii in Chriſto revelatam. Diem, vel ejus numerum, non commemorat.

7. Analogias iſtiuſmodi meditari, ubi occurrunt, etiàm nobis volupe eſt: ſic tamen, ut ſciamus Theologiam ſymbolicam non eſſe argumentativam, niſi verbo Dei ſatis clarè præeunte. Et ad Typos deſtinatos requiri ſpecialem Dei ordinationem, ad tales res per eos præfigurandas; ut etiàm rectè alibi ipſe Opponens. XI.

Digitized by Google

XI. *Amplius Opponens*; Quia autem reſurrectio Chriſti ad vitam perpetuam ac beatam & regnum eſt primus fructus operis Dei in morte Chriſti conſummati, & teſtimonium evidentiſſimum juſtificationis in morte ipſius paratę, & ejus reſuſcitatio quaſi noſtrî, qui in ipſum credimus, abſolutio; ſimulque diſtributio dierum mundi per hebdomadem, indè à dato Manna (de quo certò conſtat) in mundo eſt, & ejus miraculi (quod Deum creatorem omnium demonſtrat) memoria uſû civili illius diſtributionis dierum conſervari poteſt; non abſque magnâ ratione factum eſt, ut *prima Sabbatorum*, ἡ τῆς ἀναστάσεως τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἡμέρα. Euſeb. libr. 5. 23. ἡ ἀναστάσιμος, Ignat. ad Magneſ. Clementi Rom. lib. 2. c. 58. *dies reſurrectionis Dominicæ*, Leoni 1. epiſt. 81. c. 1. *dies Dominica* à reſurrectione Domini, quaſi dies à Domino inſignitus, nominaretur. Quemadmodùm & *menſa Domini* & *cœna Domini*, appellatur, in quâ ut Apoſtoli, ità nos quaſi cum Domino epulamur. Quâ analogiâ Veteres non tantùm diem ſed & locum, in quo fit con-

gregatio in nomine Domini, κυριακὸν *Dominicum* appellavere. Undè factum, ut & *Eccleſia* Germanico vocabulo **kerrke/** τὴν κυριακὴν reſipiente, appelletur. Et hæc ratio, quare *Dominica dies* appelletur, manifeſta eſt, & ea ſatis eſt. Neque cogit hoc nomen præterea nos ſubintelligere, Dominum de eo die Eccleſiæ præceptum dediſſe; etiámſi fortaſſè actio aliqua *Dominica* appellaretur, quòd à Domino tradita vel præcepta ſit. ---- Quùm igitur primâ hebdomadis Chriſtus reſurrexerit, in cyclo ſeptimanæ primam ſeriò cum Chriſtianis nominare *Dominicam* eſt quædam fidei profeſſio & Chriſti glorificatio & ſanctificatio quietis N. T.

Cęterùm, quùm videamus ab Apoſtolo aliquo primam Sabbatorum nominatam eſſe ἡμέραν κυριακὴν (hoc enim potiùs quàm alia omnia credimus) & ab alio moneantur Corinthii, ut *prima Sabbatorum* aliquid apud ſe ponerent, undè parata eſſet, quùm ad ipſos veniſſet, eleëmoſyna in ſanctos; idque is teſtetur ſe etiam Eccleſiis Galatiæ ordinâſſe: prætereáque legamus primâ Sabbatorum fratres ali-

quand

quandò conveniſſe ad frangendum panem, Act. xx, 7. atque videamus, ab antiquo tempore uſque ad nos in omnibus Eccleſiis conſuetudinem obtinuiſſe, ut fideles eo die frequentes convenirent: quúmque pateat, hoc bonum, honeſtum & cum bono ordine conjunctum eſſe; & imprimis hanc utilitatem afferat, ut non ſit neceſſe deliberare, quo tempore omnes Eccleſiæ uniformiter conveniant in unum: conſtat, fortè non ſine Apoſtolorum conſilio & γνώμῃ & ſic Spiritûs Sancti, qui eſt *Deus non perturbationis ſed pacis*, inſpiratione (qui etiàm *conſulentibus* Apoſtolis affuit, ità ut utilia quidem commendarent, nunquàm tamen *conſilium ſuum* cum *præcepto Domini* confunderent, aut pręceptum darent, ubi pręceptum Domini non haberent, 1 Cor. VII, 12, 25, 40.) certè non ſine providentiâ Dei illam conſuetudinem introductam eſſe, ut omiſſâ tandem Sabbati feriatione, die Dominico convenirent præcipuè. Quæ conſuetudo quùm ſemel in totum mundum, ubicunque ſunt Chriſtiani, introducta ſit, & imprimis, quùm ea nomine τῆς κυριακῆς ac me-

moriâ τῆς ἀναστάσεως obſignata ſit, non niſi ſeditioſè & cum tacitâ abnegatione reſurrectionis Dominicæ impugnari, neque verò ullâ ratione mutari poteſt. Nam ſi quis contendat, dies hujus ſæculi non eſſe diſtribuendos per hebdomadas, is, prçter quàm quod videbitur velle tollere de mundo memoriam miraculi, quo Deus notificavit, ſe ſex diebus condidiſſe omnia & ſeptimo die quieviſſe; nullâ vel lege vel ratione uti poterit, ut id perſuadeat: imprimis, quùm conſtet Apoſtolos & Sabbatum & μίαν τῶν σαββάτων *primam Sabbatorum* ſine ſcrupulo nuncupâſſe cum aliis hominibus; quemadmodùm & Juſtinus Martyr eâdem libertate, juxta uſum paganorum *diem Solis* nuncupavit, & Lucas in Actis memorat, navi, in quâ vectus fuit Paulus, ſignum fuiſſe διοσκούρους, & Paulum ſermonem habuiſſe ad Senatum Athenienſium ἐν μέσῳ τοῦ Ἀρείου πάγου.

Neceſſe eſt autem eis, quos oportet regnum Dei & juſtitiam ejus ante omnia quærere, & Deum glorificare, & ædificationi ſui & proximi incumbere, non relinquere congregationes fidelium ad inflamma-

flammationem charitatis: atque etiàm ei rei vacare,& quantum poteſt, ſe ad talem ſpeciem cultûs & ędificationem ſui ac proximi paratos ſiſtere.

Ad quam rem etiàm Patres familias ſuam curam conferre decet, ut uxores, liberi, famuli & ancillæ ſint ad hoc ipſum parati. Nec malè Principes, quorum eſt gloriam ſuam in civitatem Dei inferre, rebus aliis agendis imponunt modum, ut cultus Chriſtianus non habeat impedimentum. Neque verò hîc neceſſe habemus, quæ Epiſcopi ſtatuerunt de *vacatione* Dominicę, vel plenariâ vel limitatâ; --- etiàm ſub pœnis & nominatim fuſtigationis, --- vel laudare vel improbare. Hæc enim pertinent ad pædagogicam poteſtatem, quam illis tùm Eccleſia & Principes conceſſerunt: non ad Κυρίου ἐντολάς. 1 Cor. XIV, 37.

Eſtque in propatulo, illos, qui ſuadent hominibus, alioqui ſatis negligentibus, imprimis iis, qui totâ ſeptimanâ aliud agunt, ut illo die, quùm congregatio, quantum fieri poteſt, celebranda eſt, magnâ cum contentione virium negotium Dei agant, ſuadere optima & officium

Digitized by Google

ſuum hac in parte facere: dummodò non permittant nobis ad placitum agere & *voluptates noſtras invenire* aliis diebus.

Reſp. 1. Diei Dominicæ inſtitutionem, atque iſtam Sabbathi tranſlationem, ad ipſum Dominum Sabbathi referendam eſſe, nos ſup. cap. VIII, & IX. probavimus ac defendimus. Atque ità totius Decalogi Moralitas optimè ſarta tecta conſervatur. Factum illud occaſione Reſurrectionis Domini, agnoſcimus.

2. Diſtributio dierum mundi per hebdomadas, non à dato Manna primum arceſſenda eſt. Ut enim Deus ab initio ſolem, lunam, aliaque ſidera, non ſolùm ordinavit ad illuminanda hæc inferiora; ſed etjàm ad diſtinguendos dies, annos, & ſtata tempora; *Gen.* 1, 14. Sic per novilunium, incrementi medietatem, plenilunium, & decrementi medietatem, ſatis manifeſta eſt iſta diſtributio. Et Noachus interjectis hebdomadis columbam ex arcâ emiſit, exploraturus quid eſſet de aquis diluvii; *Gen.* VIII, 10, 12. Et Circumciſio peragi debuit octavo die; *Gen.* XVII, 12. quoniàm puerpera per ſeptimanam ceri-

Digitized by Google

cerimonialiter immunda erat, & infans maſculus cum eâ; *Levit.* XII, 2, 3. Sed & Sabbathi hebdomadalis primævam illam antiquitatem probavimus ac defendimus ſup. cap IV, & V.

3. *Cœna Dominica* non appellatur ex eo, quoniàm iſtîc, ut Apoſtoli, ità nos quaſi *cum* Domino epulemur; ſic enim à quolibet convivâ ſimili denominatione appellari poſſet convivium. Dominus, auctor vel inſtitutor iſtius Cœnæ, ejus commemoratio, & ſic ſpecialis quædam communicatio, ſpectari debet neceſſariò; 1 *Cor.* XI, 20, 23, ---27. X, 16, 21. Sic phraſi & rei maximè conſentaneum eſt, ut in *die Dominico* ſimilis *Dominici* notatio obſervetur.

4. Locum, ubi in nomine Domini ſit congregatio, κυριακὸν appellari, indè noſtrum **Kercke** derivari; & (quod alii addunt) à Dominico deduci **den Dom**, commemorant & conjiciunt plures. Sed ex SS. Literis non oſtenditur iſta appellatio: neque in primâ antiquitate Eccleſiaſticâ eam obſervare, vel ab aliis obſervatam ac demonſtratam legere, memini.

5. De locis *Apoc.* I, 10. I *Cor.* XVI, I, 2. *Act.* XX, 7. actum eſt ſup. cap. VIII. & IX. Undè non ſolùm patet Eccleſiarum conſuetudo per Providentiam Dei introducta; nec dubium relinquitur Apoſtolorum conſilium & γνώμη, ac Spiritûs Sancti inſpiratio: ſed ordinatio θεόπνευςος omninò manifeſta eſt; quę pro Domini pręcepto habenda. Vide ſup. cap. IX. th. VII.

6. Cùm Opponens exiſtimat, dierum hujus ſæculi diſtributionem per hebdomadas propterea nominatim eſſe retinendam, ne tollatur de mundo memoria miraculi, quo Deus notificavit, ſe ſex diebus condidiſſe omnia, & ſeptimo die quieviſſe; reſpicit, ni fallor, ad Manna, quod ſex diebus datum eſt cœlitùs; ſeptimo autem non eſt datum. Ità res habet: Deus inter Iſraëlitas Sabbathi ſui obſervationem confirmare voluit; quod jam ante ab orbe condito fuerat inſtitutum, eâ occaſione, quòd Deus, operibus creationis per ſex dies abſolutis, ipſe quieverit ſeptimo die. His ità ſe habentibus, Iſraëlitæ per talem illam confirmationem admoniti fuerunt de primâ inſtitutione; & ſic

ſic de tempore, quo creatio mundi abſoluta eſt: quemadmodùm occaſio & cauſa eadem ab ipſo Deo aſſignata & repetita eſt in promulgatione quarti Præcepti, *Exod.* xx. Verùm cùm Opponens hanc antiquitatem Sabbathi, & primam talem inſtitutionem, non admittat; oſtendere ſaltem debuiſſet, miraculũ illud in Manna referri ad creationem ſex diebus conſummatam.

7. Et quæ nunc foret ratio Theologica conſervandæ memoriæ iſtius miraculi; niſi ex voluntate Dei hebdomadatim aliquis dies cultui ipſius eſſet tribuendus? Et quę neceſſitas unius ejuſdem diei ab omnibus ubique Eccleſiis ſimul obſervandi hebdomadatim; magis quàm aliorum dierum, qui non ubique iidem, ſed diverſi ſervantur per hebdomadas, vel menſes, vel annos; niſi inſtitutio Dominica neceſſitatem illis impoſuiſſet?

8. Non agitur nunc de nomine aliquo uſitato & recepto, ad rem ſecundùm uſum & conſuetudinem diſtinguendam, & ſignificandam; ſed de obſervatione *diei Dominici* ex præcepto Domini.

9. Parùm dicit Opponens, cùm in

hunc modum loquitur; *Nec malè principes*, *&c. rebus aliis agendis imponunt modum, ut cultus Chriſtianus non habeat impedimentum.* Synodus Nationalis Dordracena, magis ſeriò Seſſ. 14. (quoniàm Anteceſſoribus Eccleſiaſticis poteſtas coactiva non competit; ſed Miniſterium ſolùm ſpirituale) *Rogandi erùnt Magiſtratûs*, ut *opera omnia ſervilia ſeu quotidiana*,
,, atque imprimis luſûs, compotationes,
,, aliaſque *Sabbathi profanationes*, quibus
,, tempus pomeridianum diebus Domini-
,, cis, maximè in Pagis, plærumque tran-
,, ſigi ſolet, *ſeverioribus Edictis* prohibeant:
,, ut hâc quoque ratione (populus) ad Con-
,, ciones illas pomeridianas meliùs addu-
,, ci poſſit; atque ità *integrum Sabbathi*
,, *diem ſanctificare* diſcat. Sanctum igitur eſt Sabbathum, atque integrum nobis ſanctificandum: ſanctum verò à Sanctiſſimo illo, qui ipſum ſibi ſanctificavit. Ne autem ſanctum illud profanetur, hoc omnes Chriſtiani agere debent; & ſpeciatim rogandi Magiſtratûs, ut profanationes etiàm ſeverioribus Edictis prohibeant. Similiter tùm alias, & alibi, ſæpiùs decreverunt

verunt Synodi; atque hoc egerunt DD. Ordines ac Magiſtratûs in hiſce Provinciis: tùm nominatim nuper in Hollandiâ exemplo laudabili.

10. Pii & fideles Eccleſiarum Miniſtri, dùm Sabbathi ſanctificationem, quâ publicam quâ privatam, ex Præcepto Dei urgent ſeriò; minimè intermittunt pietatis & ſanctimoniæ ſtudium, per reliquos etiàm hujus vitæ dies coram Domino preſtandum, inculcare: nequaquàm verò permittunt hominibus ad placitum agere, & *voluptates* mundanas *invenire*, aut ſequi, ullo tempore.

CAP. XI.

Defenditur, Chriſtianis incumbere Præceptum ceſſandi aliquandò ab operibus quotidianis, ut exercitiis pietatis & ſanctimoniæ ſolenniter vacent. Reſpondetur ad arg. 1. contrarium, à naturâ, ſubjecto, & tempore Præcepti ceſſationis. Et ad Arg. 2. ab eo, quod Sabbathum ſit ſignum.

I. MOralitatem quarti Præcepti, ut & reliquorum in Decalogo, aſſeruimus ſup. cap. IV. & VIII. Atque ad-

Digitized by Google

eò ſtatuimus, Chriſtianos teneri omninò Præcepto quieſcendi certo aliquo die hebdomadatim ab operibus quotidianis; ut exercitiis pietatis & ſanctimoniæ diem iſtum ſolenniter impendant. Vide quæ locis modo indicatis produximus; ac nominatim etiàm ex Catecheſi Belgicâ, & Synodo Nationali.

II. *Opponens quæſtionem* ſic *proponit*, An Chriſtianos obliget mandatum illud, *Non facies ullum opus? Dicitque*, in illâ opinione eſſe Judæos, qui cenſent, & ſe omni tempore mundi teneri ad tale ocium ſeptimi diei, & omnes veros proſelytos Iſraëlis; & id ocium eſſe ſanctificationem illius diei, atque adeò ſe illo præcepto ociandi, ut aliis præceptis, ſanctificatos à Deo eſſe.

Et addit: Quod Judæos attinet, per ceſſationis mandatum illos non ſanctificari, neque per ceſſationem propriè diem illum ſanctificare; ſiquidem ſanctitas hominis non conſiſtit in abſtinentiâ ab opere licito vel etiàm utili. Fateor, inter Judæos quoque reperiri, qui agnoſcant aliud eſſe ociari ſimpliciter, aliud ociando ſanctificare

diem

Digitized by Google

diem aliquem ; quippè cùm hoc requirat conſiderationem operum Dei, & meditationem̄ legis. Vide, quos citat Rivetus pag. 111. in Explic. Decalogi. quibus adde Joſephum de Bello Jud. lib. 2. cap. 32. ---- *Sabbatho*, -- *in quo propter exercitium ſacrorum habent ſuſpenſionem operum.* At, etiámſi Judæi tanquàm volentes obedire Deo, ceſſent, & nihil aliud agant, quàm ut legem recitent; quia tamen verbum Dei non habent manens in ſe, & neſciunt finem pręcepti, impoſſibile eſt illos facere, quod hîc præceptum eſt. ---- quia non agnoſcunt *Sanctificationem Dei*, quâ Deus ſecundùm promiſſionem ſuam ſemen Abrahami ſanctificaturus erat, quam ipſum nomen ipſius, *Deus Iſraëlis*, quod ſibi per gratiam ſumſerat, pollicebatur, neutiquàm *ceſſatio* illorum eſt *ceſſatio ſancta Domino.* ---

Reſp. 1. Nos (qui per Dei gratiam à Judæorum infidelitate quàm longiſſimè abſumus; & ſeriò oramus ac laboramus, ut illi ad fidem ſalutarem quoque convertantur) nequaquàm ſtatuimus Christianos teneri, vel ad ſeptimum diem, vel ad otium

propter ſeipſum, quaſi id ſic ad ſanctificationem pertineret. *Quies* quarto Decalogi Præcepto mandata eſt; non quaſi per ſe Cultus Dei foret, vel ejus pars; ſed ut inſigne adminiculum, impedimenta removens; ſeriò interim obſervandum, quia Divinitùs præſcriptum eſt. Certè ceſſatio ob omni opere ſervili, abſque interno cultû, non eſt verum Sabbathum hominibus præſcriptum; nec λογικὴ λατρεία, quæ ſpiritû & veritate obeunda; neque adeò præciſa obſervatio ſeptimi diei. Quies ab operibus ſpecialis vocationis in ordine ad hoc ſæculum, eſt remotio impedimentorum; & ſic idonea occaſio λογικῆς λατρείας tunc præſtandæ: atque hoc modo & fine, Divinitùs præſcripta; *Memento diei Sabbathi, ut ſanctifices ipſum*; Exod. xx, 8. Ac ſimiliter Jeſ. LVIII, 13, 14. *Si -- vocaveris Sabbathum delicias, ſanctumque Jehovæ honoratum, &c. Tunc oblectabis te in Jehovâ, &c.* Et juxtà phraſin, Jeſ. LXVI, 23. *Erit --- de Sabbatho in Sabbathum alterum, ut veniat omnis caro ad incurvandum ſe coram me, ait Jehova.* Confer illud de Pſalmo Sabbathico; *Pſal.* XCII. deque jugi

Sacrifi-

Sacrificio tunc duplicando; *Num.* XXVIII, 9. Et conſequenter etiàm praxin legendi, ac docendi, iſto die ſpeciatim; *Luc.* IV, 16, 31. *Act.* XIII, 14, 15, 27, 42, 44. XV, 21. XVI, 13. XVII, 2. XVIII, 4. Itemque pro N. T. expreſſiùs *Act.* XX, 7. I *Cor.* XVI, 1, 2. *Apoc.* I, 10. Quin & ipſe Deus ſic quieviſſe exiſtimandus eſt die ſeptimo, ut acquieverit ſimul & complacentiam habuerit in operibus creationis, jàm ſic propter ipſum & in ipſius gloriam factis.

2. Locis ex Judæorum ſcriptis à Riveto in Explic. Decalogi in hanc ſententiam allegatis, quibus Opponens addidit teſtimonium ex Joſepho, addo ſimiliter locum *Maimonidis* in more Nevochim parte 2. Cap. 31. Noſti ex verbis meis, „quòd Leges vel ſententiæ remanere & „conſervari non poſſint, niſi cum illis „conjuncta ſint *opera & exercitia*, quibus „in Vulgo conſerventur, propagentur, & in æternum continuentur. Et poſt quę„dam; Ideóque ſpeciatim quoque nobis „pręcepit in Lege *Ceſſationem & Requiem*, „*ad duas iſtas rationes conjungendas, fidem* „nempè de Novitate Mundi, quæ in prin-

„principio ſtatim *cogitationis* & levi faci-
„lique conſideratione nos *erudit de Exi-*
„*ſtentiâ Dei*; deindè *Memoriam beneficio-*
„*rum Dei in nos collatorum*, dùm nobis
„requiem largitus eſt à moleſtiâ intole-
„rabilium eorum Ægypti onerum, &c.

Clariſſimè autem *Menaſſeh Ben-Iſrael* in Conciliatore quæſt. 35. in Exod. Terti-
„us articulus fidei, quem nobis Sabbathum
„inculcat, eſt *ſtudium Divinarum literarum*,
„*cui illo die incumbendum eſt*. Nam *nota-*
„*bilis error eſt, putare, otii ergò Sabbathum*
„*inſtitutum eſſe*. Etenim cùm *otium mater*
„ſit *omnium vitiorum*, plus ſanè ex Sabba-
„tho mali, quàm boni proveniret. Qua-
„rè omninò ſtatuere oportet, *Sabbathum*
„*inſtitutum eſſe, ut homo expeditus, ac ſe-*
„*poſitis tàm animi quàm corporis curis, ſe-*
„*met totum Legis ſtudio applicaret*; Synago-
„gas, Academias adiret; de gravibus lo-
„cis S. Scripturæ, de arduis, quas ignorat,
„quæſtionibus, ſuos interrogaret. Undè
„diſertim in *Thalmud Hieroſolymitano* di-
„citur; *Sabbatha, & dies feſtos, Iſraëlitis*
„*non niſi ad meditandum in Lege datos eſſe.*
„Idem etiàm inferre eſt ex eo, quod in
Gemarâ

„Gemarâ Sucot dicitur; cùm Sunamithis „quædam filio moriente, Prophetam „quæreret, maritum arguiſſe eam, rogan„tem, quo fine id faceret, cùm nec Neo„menia, nec Sabbathum eſſet. Etenim „jàm tùm *receptum* fuiſſe videtur, *ut* „*quiſque de rebus intricatis Prophetas ac Sa*„*pientes interrogaret. Sabbathum*, ut notat „R. *Joſephus Sarſati*, *ad ſanctificandum* „*obſervari Lex jubet.* Etiàm *R. Moſes*, tra„dente in Gloſſis ſuis R. Bahie, ex verbis, „*dies ſeptimus Sabbathum eſt Domino Deo* „*tuo.* colligit, *totum hunc diem cultui Di*„*vino dedicandum*, *non autem epulis*, *aut* „*colloquis*, quæ ſæpè non modò fructû ca„rent, verùm & ſermones inutiles habent, „quîs proximus offendatur, aut irâ ac vin„dictæ ignis accendatur; quem *ignem*, „morali expoſitione, vetat Dominus *ac*„*cendi Sabbatho.* Adeò ut *hebdomadæ fru*„*ctus*, quemadmodùm obſervat *R. Jehu*„*dâ Levita*, ſit *Sabbathum*; cujus *benedictio* „illa eſt, quòd *ſacris meditationibus homo* „*Numini copulatur*, uti ſcribunt *R. Aben* „*Ezra*, & *R. Moſes Gerundenſis*. Igitur *Sab*„*bathum obſervari eo modo & fine, quo inſti-*

tutum

Digitized by Google

,, *tutum eſt*, Deo placet. At Jeſaiæ tempo-
,,ribus, cùm Iſraël nihil aliud quàm corpo-
,,ris voluptates quęreret, non injuriâ Do-
,,minus dixit, *Novilunia & Sabbathum, con-*
,, *vocare convocationem*; quo ſignificat, ni-
,, hil ea præter inane nomen apud eos eſ-
,,ſe; at opera, quæ facerent talibus diebus,
,, minimè convenire. Ergò, ut loca Scri-
,,pturæ concilientur, dico, Dominum ab-
,, horrere Sabbatha impiorum; cæterùm
,, ubi *piè ea coluntur*, nihil illi gratius eſſe.
Hactenùs ille.

3. Interim Judæi, pro infidelitate & pertinaciâ ſuâ, Meſſiam verum adhùc abnegantes & blaſphemantes, Cerimoniis quibuſdam & cortici Legis, ac ſuperſtitionibus variis, inaniter adhærentes, ſic Sabbathum die, quo nunc non oportet, carnaliter obſervantes, nequaquàm rectè ſabbatizant.

III. *Occurrit alius in hunc modum*; Et certè vel ſola ceſſatio externa ab operibus ordinariis hîc præcipitur, & erit tantùm Sabbatum Judaïcum & externum, nullo modo internum & ſpirituale, quale ſolum Chriſtianis convenit, vel illa quies ex intentione

tentione Legiſlatoris referri debet ad aliquid majus & ſpirituale, quod non à carnali Judæo in ſolâ literâ, ſed à ſolo Chriſtiano in ſpiritû & veritate celebrari queat. Si ſola quies externa ab opere noſtro, in hoc præcepto, intenditur à Deo; tùm nulli exactiùs hoc præceptum ſervârunt & ſervant, quàm olim priſci & nunc hodierni Judæi, qui & vero tempore, à Deo conſtituto, illud celebrant, & ſcrupuloſiſſimè ab omni opere abſtinent. Neque eſt, in quo manifeſtus hypocrita, quoad hoc pręceptum, diſcerni poſſit à vero cultore. Quia ſic omne diſcrimen inter verum & ſpiritualem Judæum, & carnalem, & qui tantùm in propatulo eſt Judæus, tollitur. Quomodò ergò Quies externa, ſi ſolitaria conſideretur, poteſt eſſe præcepti Moralis? An non quod ſub Morale præceptum cadit, eſt verè virtus Moralis? Virtus ergò erit non facere ullum opus; & quidem ab opere alio tempore licito, & quod in ſe non eſt malum, ſed indifferens in ſe & naturâ ſuâ, abſtinere, id erit virtus & cultus primæ tabulę. Atqui omnis virtus Moralis, ſicut in agendo habet pro obje-

Digitized by Google

cto rem vel actionem in ſe & naturâ ſuâ bonam; ità in eo quod non agere vel cavere debet, habet pro objecto rem vel actionem in ſe & naturâ ſuâ malam & turpem. At res mala in ſe, ſemper eſt mala & illicita. Si ergò die Sabbati non facere opus ſuum eſt virtus, ſemper oportet abſtinere ab opere illo, quo die Sabbati interdictum eſt. Non ergò ideò die illo illicitum eſt nobis opus noſtrum, quia in ſe malum; ſed tantùm vi præcepti. At quod tantùm vi pręcepti obſervandum, non eſt in ſe Morale. Quid? quòd præceptum Morale omnes obligat, etiàm Sacerdotes, qui tamen impunè profanârunt Sabbatum, jugulando, excoriando beſtias, imponendo eas altari, accendendo ignem, adolendo ſuffitum, &c. quæ omnia fuere opera manualia & λατρευτά.

Reſp. 1. Ex ſuperioribus jàm clariſſimè patet, quòd ſecundùm rei veritatem, & ſententiam noſtram, & praxin piorum, non ſola ceſſatio externa ab operibus ordinariis hîc pręcipiatur; atque adeò non tantùm Sabbathum Judaïcum externum, quale ab ipſis quoque ſapientioribus Judæis

dæis refutari & perſtringi audivimus: ſed pia praxis ſolennioris cultûs & ſanctimoniæ; quâ mens in Deum & res Divinas fertur, illis intenta eſt, ibi quietem internam & ſpiritualem quærit & invenit; in hâc vitâ æternum Sabbathum iſtâ ratione ordiens. Verùm, ut pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus, ab aliis interim laboribus quotidianis ad temporalis hujus vitæ curam pertinentibus, tantiſper quieſcendum eſt, juxta hoc Decalogi Præceptum. Praxis iſta mandatur principaliter; quies autem, ut praxi ſubſerviat; tanquàm remotio impedimentorum, & conditio ſine quâ non.

2. Sic illa quies ex intentione Legislatoris referri debet ad aliquid majus & ſpirituale; ſcil. ad piam & ſanctam illam occupationem jàm ſæpiùs memoratam, cui eam ſervire oportet.

3. Judæorum, ſive priſcorum, ſive hodiernorum, carnalium & ſuperſtitioſorum, vel ſcrupuloſiſſima ab omni operè abſtinentia, nequaquàm haberi debet pro exactâ iſtius Præcepti obſervatione; uti ex ſuperioribus conſtat planiſſimè.

4. Illi

4. Illi quidem ſuo modo Sabbathum ſervant die olim à Deo conſtituto; ſed poſteà Divinitus abrogato; ſic tamen ut praxis illa in alium diem tranſlata ſit, Divinâ item ordinatione. Hinc pluribus modis peccant Judæi.

5. Si praxis illa ritè attendatur, ſatis manifeſtum eſt diſcrimen, quoad hoc Præceptum, inter verum cultorem & hypocritam.

6. Praxis illa Sabbathi verè eſt virtus Moralis: ſic omninò cadit ſub Præceptum Morale. Praxi ſervit quies; atque indè hæc bonitatem accipit, quam in ſe aliàs minimè haberet. Sic Media participant de bonitate Finis: & Conditiones de bonitate Actionum, ad quas eæ requiruntur.

7. Virtus eſt, & cultus prioris Tabulæ, totùm ſe die Sabbathico applicare exercitiis ad Deum & res Divinas ſpectantibus; atque in eum finem, removere omnia impedimenta, etiàm opera alio tempore licita. Qui etiàm alio quovis die Deum ex profeſſo precatur, ſive ſolus, ſive cum familiâ ſuâ, aliisve piis, pro re natâ, is tanti-

tantiſper ſaltem ceſſare debet ab actionibus aliis, tùm internis, tûm externis, quamvis aliàs licitis: quoniàm piæ & ſeriæ precationi impedimento forent. Imò inter precandum non ſolummodò abſtinendum eſt ab aliis actionibus naturâ ſuâ indifferentibus; ſed etiàm aliis moraliter bonis, quæ cum precatione attentâ conſiſtere non poſſent; utpotè à meditatione myſteriorum fidei, difficiliorum locorum S. Scripturæ, controverſiarum Theologicarum, &c. quæ ſunt præter materiam precationis noſtræ. Nihil mirum igitur, ſi opera aliàs licita Sabbatho propter Præceptum Dei fiant illicita, quatenùs cum praxi tunc neceſſariâ ſimul conſiſtere non poſſunt. Ità Synodus Nationalis Dordracena *Morale eſſe* docet, ut eo die quieſcamus, *quantum ad cultum Divinum, ſanctamque ejus praxin neceſſarium eſt*; atq; adeò definit, *ab omnibus operibus ſervilibus quieſcendum eſſe, (exceptis iis quæ charitas & præſens neceſſitas poſtulant) & ab omnibus ejuſmodi oblectamentis, quæ cultum Divinum impedire poſſent.* Imò etiàm decrevit rogandos Magiſtratûs, ut *omnia ope-*

ra

ra quotidiana, inprimis luſûs, compotationes, aliasque Sabbathi profanationes *ſeverioribus Edictis prohibeant*; ut hâc etjàm ratione populus ad Conciones pomeridianas meliùs adduci poſſit, atque ità *integrum Sabbathi diem ſanctificare* diſcat.

8. Negamus, quæcunque Præcepto aliquo Morali prohibentur, ea omnia naturâ ſuâ, antecedenter ad Præceptum, eſſe mala ac turpia: multa enim idcircò mala & turpia ſunt, quia Deus ea prohibuit. Similiter neque neceſſarium eſt, ut quicquid vi Præcepti eſt obſervandum, id in ſe citra reſpectum Præcepti eſſe bonum Morale: ſufficit ipſum eſſe tale vi Pręcepti; atque eo modo & fine, quo præcipitur. Suo enim loco probatum eſt, quædam Præcepta Moralia eſſe juris Divini liberi ac poſitivi.

9. Præceptum Morale obligat omnes. Rectè. Non tamen ut abſtineant ab iis, quę in ſpecie mandata ſunt: ſed contrà, ut ea faciant. Hęc Sacerdotum V.T. conditio fuit in beſtiis jugulandis, &c. ad Sacrificia ipſo Sabbatho peragenda.

Moralia etiàm obligant ſemper. Fateor.

Non

Non tamen omnia ad ſemper;ſed demùm poſitis ponẽdis. Non teneor dare eleëmoſynam, cùm non adeſt pauper; nec audire concionem,cùm ea non habetur:ſic neque celebrare Sabbathum, cùm Sabbathi tempus non eſt. Ac proindè nulla in iſtis eſt ratio ſolida, cur Sabbathum hebdomadale propriè & duntaxat Cerimoniale diceretur.

IV. *Idem denuò*:Si quies præſcripta non eſt Cultus, nec pars Cultûs; ſed ejus tantùm, circumſtantia aliqua, & adminiculum: Ergò pręceptum quartum,quod tantùm agit de determinatione diei ſeptimi, & de quiete illo die agendà, non agit de Cultû, aut parte Cultûs Divini: nec Judæi olim ſervantes externum Sabbatum, ſanctificando illam quietem Deo, coluerunt Deum. Quod dicere ideò neceſſe habent, quia tantùm poſitivi Juris agnoſcunt, nec aliquid in eo ceremoniale obſervant. Quid enim tunc aliud eſt Sabbątum, quàm aliquid ſpectans ad externam diſciplinam? Certè circumſtantia rei, & adminiculum, non eſt virtus: ſicut jejunium, id eſt, non edere, non eſt virtus, nec in ſe bonum opus. Ità non laborare, in

ſe non eſt opus bonum morale, & quod propter ſe præſtatur: ſed tantùm, quia impoſſibile eſt, ut quis auditui verbi interſit, & ordinariam functionem, domi vel in agro exerceat; & ut tanto liberiùs pietatem colat. Sed quomodò ergò illud quartum prę̨ceptum eſt ipſis morale, cùm tamen quod illo prę̨cepto injungitur non ſit opus morale, nec cultus ſit aut pars cultûs? Certè ut illa extenuatio Sabbati non benè convenit Sabbato Judaïco Ceremoniali; ità optimè diei Dominico, quem nos obſervamus, qui nunc exutus omni eo, quod in eo erat Ceremoniale, verè nec eſt cultus, nec pars cultûs, ſed ad ſummum neceſſaria ejus circumſtantia & inſigne adminiculum, minimè negligendum. Tantas verò lites in Eccleſiâ ob rem tantillam, id eſt, ob circumſtantiam aliquam & adminiculum ſerere & fovere, an juſtum eſt, an probari poteſt?

Reſp. 1. Negamus Præceptum quartum tantùm loqui de determinatione diei ſeptimi, & de quiete illo die agendâ. Sanctificationem, ſive piam & ſanctam praxin illo die exerçendam, prę̨ſcribi, nos probavi-

bavimus. Opponens ſententiam ſuam contrariam non probavit hactenùs. Iſta autem praxis ſtato die hebdomadatim prę-ſtanda, atque ejus gratiâ vacatio ab operibus aliis, verè eſt cultus Dei, Præcepto Morali quarto prę́ſcriptus.

2. Judęi olim, vel etiàm hodiè, ſimplici quiete externum Sabbathum ſervantes, non coluerunt Deum: non magis homines, quàm beſtiæ, ſimili etiàm modo quieſcentes. Sed Judæi fideles & pii ſanctam illam praxin olim exercentes, juxta modum pro iſto tempore ſibi præſcriptum, omninò coluerunt Deum.

3. Sabbathum, quoad determinationem diei, agnoſcimus tantùm eſſe Juris Divini poſitivi. Neque aliter ſentiunt Opponentes. In Sabbatho V. T. omninò agnoſcimus quædam Cerimonialia, cum Poſt-actis Synodi Nationalis. Sed negamus, Sabbathum hebdomadale in primâ ſui inſtitutione ante lapſum fuiſſe tale: negamus etiàm, ſub V. T. fuiſſe merè Cerimoniale; atque adeò in N. T. prorſùs abrogatum.

4. Jejunium in ſe non eſt virtus aut bonum opus. Rectè. Piè tamen adhibitum

ad majorem noſtrî coram Deo humiliationem in ſupplicationibus extraordinariis, majoremque Spiritûs intenſionem, participat de bonitate Morali, tanquàm bonum adminiculum, ab ipſo Deo tùm in V. tùm in N. T. præmonſtratum & commendatum.

5. Quarto igitur Præcepto non injungitur præciſè tempus in ſe; ſed tempus ad praxin, & propter eam: ſic Cultus injungitur: ſic Mores informantur: ſic Præceptum illud Morale eſt.

6. Nos Sabbathum minimè extenuamus, qui pro V. T. Moralem praxin aſſerimus; atque inſuper uſum Cerimonialem agnoſcimus: pro N. autem T. abrogato illo Cerimoniali, Moralem praxin adhùc ſervandam aſſerimus, eo die, qui in N. T. præſcriptus eſt in eum finem.

7. Qui extenuationem illam dicunt optimè convenire diei Dominico, graviſſimas prębent cauſas, aſſerendi contra ipſos Praxin illam Moralem, ad cujus extenuationem & omiſſionem tàm proclivis eſt corrupta hominum natura. Nos interim in iſtis Controverſiis primi non fuimus,

Digitized by Google

mus, nec lites in Eccleſiâ ſevimus. Novit Deus; novit etiàm Eccleſia Dei.

V. *Pergit alius opponens:* Athanaſius pronunciat, ἀεργίαν *ſive abſtinentiam ab opere* non eſſe προηγουμένως & ex ſe rem ſanctam. Quarè confutat illos Judæos, qui putant ſe ociando diem ſanctificare; quaſi Deus ocio delectaretur. Innuit autem, à Deo Judæis præceptam eſſe ceſſationem propter ſignificationem. Nunc autem, ut ſignificationem, ità & prçceptum tranſiviſſe. Chriſtiani, quanquàm diù etiàm Sabbato congregarentur, tamen id putârunt ſe facere ex libertate & non ex neceſſitate; neque ſe teneri ad ceſſationem illo die: atque ideò etiàm Dominicam non Judaïcè, ſed Chriſtianè agendam arbitrati ſunt: h.e. in libertate, non ità ut putarent non licere illo die ullum opus facere per ſe. Ità Synodus Laodicena: *Non oportet Chriſtianos in Sabbato feriari, ſed operari; diem autem Dominicam præferentes*, εἰ δύναιντο σχολάζειν. (Latinus vetuſtus Interpres, *ſi vacare voluerint, ut Chriſtiani hoc faciant.*) *ſi qui autē reperiantur Judaïzare, anathema ſint apud Chriſtum.* Apparet veteres Chri-

ſtianos ità cenſuiſſe, non teneri Chriſtianos hoc præcepto *Non facies ullum opus.* Ignatius ad Magneſ. Μηκέτι σαββατίζωμεν Ἰουδαϊκῶς καὶ ἀργίαις χαίροντες, &c. *Ne ampliùs Sabbatizemus Judaicè ceſſatione gaudentes.* Reſpicit is ſine dubio Judæos ſui temporis. Non diceret hoc tamen ſi putaret ullo die ἀργίαν eſſe præceptam. Nec contrà ſenſit hactenùs Eccleſia Reformata. &c.

Reſp. 1. Etiàm nos fatemur, imò contendimus, abſtinentiam ab opere non eſſe προηγουμένως & ex ſe rem ſanctam; neque Deum otio delectari.

2. Chriſtiani aliquamdiù cum Judæis idem Sabbathum obſervârunt; ex infirmitate, vel ſcandali evitandi cauſâ. Cùm verò iſta obſervatio in ſuperſtitionem verteretur, fideles & pii Anteceſſores eam prohibendam cenſuerunt.

3. Ità Synodus Laodicena feriationem iſtius Sabbathi prohibuit; ſed vacationem Dominicæ Chriſtianis commendavit, εἰ δυνάιντο, ſi poſſent: factâ licentiâ eorum operum, quæ fortè neceſſitas poſtularet. Vide *Hoornbekii* Tractatum de obſervando à Chriſtianis Præcepto Decalogi

Digitized by Google

logi quarto, Die Dominicâ; pag. 157, 158, 159.

4. Rectè item Ignatius; Ne ampliùs ſabbatizemus *Judaicè*, *ceſſatione gaudentes*. Praxis enim Chriſtiana die Dominico præſtanda plurimùm diſcrepat ab ignavâ ceſſatione, & carnali otio, Judæorum carnalium.

5. Neque nos agnoſcimus, Præceptum aliquod abſolutè dicere, *Non facies ullum opus*; vel ἀργίαν abſolutè præceptam eſſe ullo die.

VI. *Argumentum primum Opponentis* ſic habet: Quod Iſraëlitis præceptum eſt per Moſen, ſervandum *per generationes ipſorum* (quo verbo, ut ex vocatione gentium patet, notatur duratio Iſraëlis in iſtâ politiâ; quamdiù ſcil. erant futuri *dies illi* priores, & donec *ſignum* illud *ſanctificationis futuræ* per *veritatem impleretur*, Exod. XXXI, 13, -- 17: collato Gen. XVII, 12.) & tale eſt, ut naturâ notum non ſit, & gentibus ſive hominibus omnibus imperatum non eſt: id gentibus non ſine temeritate imponi poteſt, & novæ creaturæ imperatum non eſt. Atqui debitum ceſſandi Sab-

Digitized by Google

[illegible] patet.
[illegible] omiſ-
[illegible] Teſtes eo
[illegible] Abra-
[illegible] neque
[illegible] Itaque à
[illegible]
[illegible] membre
[illegible] Deus i-
[illegible] intervallum
[illegible] ita re-
[illegible] Sanchi
[illegible] pe-
[illegible] Atque
[illegible] Je-
[illegible] iuiſſe
[illegible]
[illegible] 16,
[illegible] 21.
[illegible] verò
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] ctiis
[illegible]
[illegible] principium
non

non ſit naturâ notum. Nos autem negamus omnia Moralia naturâ, qualis ea nunc per lapſum corrupta eſt, nota eſſe plenè & diſtinctè. Sabbathum inſuper dicimus Naturæ humanæ in ſuá integritate olim præſcriptum & notificatum, atque ſic propagandum fuiſſe, niſi lapſus interveniſſet. Imò etiàm nunc aliquas ſaltem reliquias in ipſis quoque Gentibus obſervari poſſe; utpotè ſtata tempora ſacrorum, hebdomadum diſtinctiones, & ſpeciales in numero ſeptenario ſuperſtitiones. Vide ſup. Cap. VII, th. V, VI.

3. *Tertium membrum* eſt; quòd Gentibus, ſive hominibus omnibus, non ſit imperatum. Hoc nos ſimiliter negamus de Sabbatho hebdomadali; ſive de ſtato aliquo die hebdomadatim cultui Divino ſolenniter tribuendo. Vide cap. VII. th. VI.

4. Abrahamum, alioſque Patriarchas, Sabbathum etiàm obſervâſſe, defendimus cap. VII. th. I, – IV.

5. Retorquemus etiàm Argumentum opponentis hoc modo; Quod Iſraëlitis præceptum eſt obſervandum, per genera-

bato, naturâ notum non eſſe, ex ſe patet. Hominibus autem, poſt auditam promiſſionem, imperatum non eſſe, Veteres eo argumento conficiunt, quia nec Abraham, nec filii ejus ſabbatizârunt, neque ullum verbum eâ de re legitur. Idque à Judæis vulgò non contradicitur.

Reſp. 1. *Argumentum* illud *trimembre* eſt. *Primum membrum* eſt, quòd Deus ipſum Iſraëlitis mandaverit obſervandum *per generationes ipſorum*. Verùm iſta reſtrictio non pertinet abſolutè ad Sabbathi hebdomadalis obſervationem; ſed ad ſpecialem rationem ſigni & fœderis. Atque ità omninò concedimus, & contrà Judæos urgemus, in Sabbatho V. T. fuiſſe aliquid iſti œconomiæ in iſtis generationibus proprium. Vide *Exod.* XXXI, 13, 16, 17. Confer Diſputt. noſtras, ad Tit. XI. de Fœd. Euang. th. CXXVIII. Aliter verò habet Moralis ratio Sabbathi hebdomadalis, prout ipſum ab initio mundi inſtitutum, Decalogo poſteà inſertum, atque etiàm in N. T. repetitum eſt: ut ſuis locis probavimus.

2. *Secundum membrum* eſt; quòd ipſum

non

non ſit naturâ notum. Nos autem negamus omnia Moralia naturâ, qualis ea nunc per lapſum corrupta eſt, nota eſſe plenè & diſtinctè. Sabbathum inſuper dicimus Naturæ humanæ in ſuá integritate olim præſcriptum & notificatum, atque ſic propagandum fuiſſe, niſi lapſus interveniſſet. Imò etiàm nunc aliquas ſaltem reliquias in ipſis quoque Gentibus obſervari poſſe; utpotè ſtata tempora ſacrorum, hebdomadum diſtinctiones, & ſpeciales in numero ſeptenario ſuperſtitiones. Vide ſup. Cap. VII, th. V, VI.

3. *Tertium membrum* eſt; quòd Gentibus, ſive hominibus omnibus, non ſit imperatum. Hoc nos ſimiliter negamus de Sabbatho hebdomadali; ſive de ſtato aliquo die hebdomadatim cultui Divino ſolenniter tribuendo. Vide cap. VII. th. VI.

4. Abrahamum, alioſque Patriarchas, Sabbathum etiàm obſervâſſe, defendimus cap. VII. th. I, — IV.

5. Retorquemus etiàm Argumentum opponentis hoc modo; Quod Iſraëlitis præceptum eſt obſervandum, per genera-

 tiones

tiones ipſorum, quod naturâ notum
eſt, neque hominibus omnibus imp
tum; id Gentibus non poteſt ſine tem
tate imponi, & novæ creaturæ non
imperatum: ſed certi alicujus diei heb
madatim ---- appropriatio ad cult
Dei ſolenniter, & cum vacatione in
rim ab aliis operibus, Gentibus, ſive fi
libus ex Gentiliſmo converſis, ſine te
ritate imponi poteſt, & imperari no
creaturæ. Sic enim factum eſt indè à
mordiis Eccleſiæ Chriſtianæ; & adhùc
in Eccleſiâ Reformatâ: quam, ſiquis
nomine temeritatis inſimulare velit,
eam defendimus, atque ampliùs per
gratiam defendere parati ſumus. Nunc
Præmiſſis illis fiat Concluſio.

VII. *Opponens addit:* Prætereà Deu
pud Ezechielem xx, 10, 12. claris ver
teſtatur, ſe *in deſerto dediſſe* populo *S*
bata ſua. Quod Deus in deſerto dedit Iſr
litis, id Abrahamo & aliis Patribus cu
promiſſione non dedit. confer Nehe
ix, 14.

Reſp. 1. Locus Ezech. xx, 10, 11,
ſic habet: *Itaque eduxi ipſos è terrâ Ægyp*

& abduxi ipſos in deſertum: ubi dedi ipſis ſtatuta mea, & jura mea nota ſeci ipſis; quæ qui faceret homo, viveret per ea: ac etiàm Sabbatha mea dedi ipſis, &c. Hîc Deus clariſſimè monet, ſe non ſolùm Sabbatha, ſed & reliqua ſtatuta ſua dediſſe, & jura ſua nota feciſſe, Iſraëlitis in deſerto; *quæ qui faceret homo, victurus eſſet per ea.* De totâ igitur Lege loquitur, deque Præceptis Moralibus; quæ hic noſter Opponens ſolet contradiſtinguere *Placitis*, ut qui hæc faceret, non eſſet victurus per ea. Non magis ergò ex iſtâ deſerti commemoratione colligi poteſt, Sabbathum hebdomadale tunc primò eſſe inſtitutum; quàm reliqua omnia Præcepta, & nominatim Moralia, in deſerto primùm data eſſe; neque obtinuiſſe tempore Abrahami, vel etjàm antè.

2. Similiter Nehem. IX, 13, 14. ſic extat; *Deindè ſuper montem Sinaï itàdeſcendiſti, ut alloquereris eos è cælis: & dediſti eis judicia recta, & leges veras, ſtatuta ac præcepta bona. Sabbathum quoque ſanctum tuum notum feciſti eis: quùm præcepta ſtatutáque & legem præciperes eis per Moſen ſervum*

Digitized by Google

vum tuum. Hinc non magis Sabbathi, quàm reliquarum Legum, ſtatutorum, ac præceptorum omnium, prima inſtitutio iſto loco ac tempore facta, colligi poteſt.

VIII. *Ille pergit*: Imò inquies, *repetivit, reſtituit.* Qui hoc dicit, eum neceſſe eſt fingere cum Philone aquas & ignes (quos Origines irridet) qui ſuſtulerint memoriam Sabbati. Et quomodò Sabbati memoria periit, & promiſſio non periit? Aut, ſi & promiſſio periit ac reſtituta eſt Abrahamo (Nam & pater Abrahami inter idololatras aliquandò numeratus fuit, Joſ. XXIV, 3.) quarè non unà Sabbatum reſtitutum eſt Abrahamo? Et quarè dicit, נתתי *dedi*, & non השיבותי, *reſtitui*? Deindè, per *Sabbata* ibi etiàm intelliguntur feſta. Numquid igitur & feſta repetivit, reſtituit?

Reſp. 1. Sabbathi hebdomadalis, non primam inſtitutionem, ſed repetitionem, iſtic intelligi debere, hinc patet; quòd alia ejus inſtitutio antiquior alibi occurrat. Vide ſup. cap. IV, & V.

2. De memoriâ Sabbathi conſervatâ; ſubla-

ſublatâ, reſtitutâ, ubi, quandò, quomodò, nos nihil definimus temerè, ubi non præfulgent SS. literæ. Sufficit antiquiſſimam inſtitutionem apertis teſtimoniis aſſeruiſſe, undè ſubſequentium temporum officium innoteſcit: quemadmodùm ex ſimili antiquiſſimâ Conjugii inſtitutione, unius maris cum unâ fœminâ individua ſocietas colligitur: ſi alia ſubſequentium temporum facta objiciantur, in promptû eſt reſponſio, *A principio non fuit ità;* Matth. XIX, 18. Multò magis in negotio Sabbathi, ubi ſolùm negativè objicitur, in vitis Patriarcharum non commemorari ejus obſervationem, per primævam inſtitutionem tollitur difficultas. Quid, quòd non commemoretur ibidem obſervatio ſingulorum quæ Noacho mandata ſunt?

3. Irriſerit Origenes aquas & ignes illos Philonis; non deſunt tamen Patres, qui antiquiſſimam illam Sabbathi hebdomadalis inſtitutionem agnoverunt.

4. Verbum illud נָתַתִּי, *dedi*, Ezech. XX, 11. non minùs uſurpatur de *Statutis* & *Juribus*, *quæ qui faceret homo victurus eſſet per ea*; ac verſ. 12. de *Sabbathis*. In

illis non primam inſtitutionem, ſed rep
titionem & ſolennem quandam traditi
nem procul dubio intelligit ipſe Opp
nens: de Sabbatho igitur ex eodem ver
prima inſtitutio colligi non poteſt.

5. Feſtorum antiquior inſtitutic
quàm quæ in deſerto facta eſt, per SS. I
teras non docetur; ac proindè ea repe
ta eſſe non dicimus. Nihil verò obſt
quo minùs idem verbum commune div
ſis ſubjectis diverſimodè applicetur.

IX. *Opponens argumentum ſuum ſec*
dum proponit hoc modo: Etiàm hi
patet, Judæos aut Pſeudo-Apoſtolos Sa
batum Chriſtianis imponere non poſ
quia *Sabbata* Domini *data ſunt ipſis in*
gnum inter Dominum & ipſos, ad cog
ſcendum, quòd is ipſos ſanctificaturus e
Exodi XXXI, 13. Ezech. XX, 12.

Reſp. Exod. XXXI, 13. extat quide
Sabbatha mea ſervatote: nam ſignum eſt
ter me & vos, per generationes veſtras;
cognoſcendum me Jehovam eſſe, qui ſancti
vos. Similiter ferè Ezech. XX, 10, 11, 1
Eduxi ipſos è terrâ Ægypti; & abduxi ip
in deſertum: ubi dedi ipſis ſtatuta mea,

ju

Digitized by Google

jura mea nota feci ipſis ; quæ qui faceret homo, viveret per ea. Ac etiàm Sabbatha mea dedi ipſis ; ut eſſent ſigno inter me & ipſos, ut ſciretur me Jehovam ſanctificare ipſos.

Verùm 1. Cùm numero multitudinis Sabbatha appellantur, collectivè intelligenda ſunt omnia, quibus iſtud nomen convenit: utpotè *Levit.* XVI, 31. XXIII, 32, 39. XXV, 2, 4. non autem præciſe ipſum hebdomadale.

2. Iſto hebdomadali die ſacro fideles Deum ſanctificabant ſuo modo: ipſique à Deo ſimul ſanctificabantur; hoc eſt, in verâ ſanctimoniâ confirmabantur, ac promovebantur; hoc ipſum experiebantur in præſenti, ac ſimul ex Dei promiſſione certi reddebantur de futuro, per obſervationem Sabbathi. Verùm non omne ſignum eſt typus œconomicus V. T.

Imò etiàm 3. Obſervatio, qualis præcepta erat ſub œconomiâ V. T. per talia Sacrificia, &c. rationem talis typi habuit; non autem ſic ipſum Sabbathum hebdomadarium per ſe.

Fateor, non contingere Sanctificationem ulli homini poſt lapſum, citra communio-

munionem, & citra redemtionem Chri-
ſti. Verùm indè non ſequitur, quicqui
ullo modo eſt ſignum notificans, comm
nefaciens, vel etiàm obſignans ſanctifi-
tionis, id ipſum ſtatim eſſe typum Chri
nedùm eſſe merum typum.

In loco *Ezech.* jàm allegato indi-
tur quidem tempus repetiti, aut reſtit
inter Iſraëlitas Præcepti, de obſervan
Sabbatho: non tamen primæ ejus in-
tutionis. Agitur ibidem de præceptis M
ralibus; quamvis non ſolis. Poſt lapſ
verò ſub V. T. & inſtituta alia inſuper S
batha, atque agenda Cerimonialia in i
Sabbatho, fatemur ſuperveniſſe uſum
liquem ſpecialem, indicandæ ſanctifi
tionis à peccatis per Meſſiam ventur
quemadmodùm Iridi ſupervenit uſus
gni, obſignantis mundum non eſſe am
iis periturum Diluvio; *Gen.* IX, 12, &c. N
hil ergò prohibet, quominùs Sabbath
hebdomadale in quarto Decalogi Præ
pto mandatum in ſe ſit Morale.

Neque ſanè illìc comparet talis diſt
ctio, ut ipſum Sabbathum hebdomad
ad Cerimonialia typica referatur. V

Digitized by Google

11. appellantur *ſtatuta & jura, quæ qui faceret homo viveret per ea;* deindè verſ. 25. ſubjicitur, Deum dediſſe ipſis *ſtatuta non bona, & jura per quæ non viverent.* Sed neutiquàm video, hoc præciſè ad Cerimoniarum choragium pertinere, διὰ τὸ ἀνωφελὲς καὶ ἀσθενὲς αὐτῶν; Hebr. VII, 18. multò minùs ſpecialiter ad Sabbathum hebdomadale, ut tale.

Dictum illud verſ. 11. fateor propriè referendum ad Legem Moralem, ſub ratione Fœderis operum; quod iſtic repetitur. Non autem ſic repetitur, quaſi homines adhùc fuiſſent in tali conditione, ut per illud re ipſâ juſtificari, & ſic vitam æternam conſequi potuiſſent; ſed ut de peccatis ſuis, miſeriâ, juſtoque reatû convincerentur: *Rom.* III, 19, 20. *Gal.* III, 19. Conſequenter, eis exprobrat Deus, verſ. 24. quòd *jura ſua non feciſſent, ſtatuta ſua ſpreviſſent, ac ſabbatha profanâſſent;* adeóque, verſ. 25. *dediſſet ipſis ſtatuta non bona, & jura per quæ non viverent*: quoniàm per peccata, non bona promiſſa ad ipſos pertinebant; ſed pœnæ in ſanctione comminatoriâ expreſſæ: *Et inventum eſt illud præceptum quod*

quod erat *ad vitam*, illis cedere *ad mortem: Itaque Lex ipſa quidem, ſancta; & Præceptum illud, ſanctum, ac juſtum, & bonum. Ergò quod bonum eſt*, illis *factum eſt mors? Abſit: imò peccatum* illis factum eſt mors; *ut manifeſtum fiat, quòd peccatum* illis, *per id quod bonum eſt, efficiat mortem*; Rom. VII, 10, 12, 13. Confer Notas Belgicas, itémque Junii & Tremellii, ad locum Ezechielis, alioſque Commentatores. Vide etiàm ſup. Cap. VI. th. XII. reſp. 2. & cap. X. th. VI. reſp. 3.

Veriſſimum interim eſt, quòd actûs Cerimoniales Typici V. T. materialitèr in ſe, non ſufficerent hominibus Deo reconciliandis, & à reatû ſuo ſecundùm conſcientiam liberandis; juxta *Hebr.* VII, 18. IX, 13, 19. aliaque loca: cùm omninò formaliter debuerint conſiderari, in relatione ad Chriſtum, rem ſignatam; ubi *gratia* habetur, oppoſitè ad illud Fœdus Legale, & *Veritas*, oppoſitè ad illos Typos; Joh. I, 17. Atque ſic plurimùm profuerunt fidelibus; cùm juſtitia Euangelica comprobata ſit teſtimonio Legis ac Prophetarum; *Rom.* III, 21.

Sabba-

Sabbathi obſervatio ſub V. T. convenienter iſti œconomię, ſano ſenſu ac ſuo modo dici poteſt, quietem animæ & pacem conſcientiæ per Chriſtum procurandam præfiguråſſe. Et nunc procul dubio inſigne adminiculum eſt quietis ac pacis illius ſpiritualis acquirendæ & percipiendæ in conſcientiâ, ſanctæque oblectationis in Deo noſtro; *Jeſ.* LVIII, 13, 14. eâdemque operâ prægustatio quędam, & inſigne medium æterni ac beati ſabbatiſmi cœleſtis. *Hebr.* III, 15, *& ſeqq.* IV, 3, *& ſeqq.* Multi Iſraëlitæ *propter incredulitatem non potuerunt ingredi in quietem Dei*: typicè, in quietem terræ Canaan; principaliter verò, in quietem æternæ beatitudinis. Qui duce Joſuâ terram promiſſam ingreſſi ſunt, typum ſaltem externè habuerunt; rem ſignatam ille conferre non potuit: ſed ea per gratiam Dei in Chriſto obtineri debuit. Ad hujus ſtudium excitamur, quoties *vocem Dei audimus*, omni *Hodiè*: omnibus fidelibus eadem ejuſdem beatitudinis promiſſio proponitur; ſic omnes ad officium ſuum excitantur; neque enim illi conſummati ſunt ſine nobis; *Hebr.* XI, 40. Hęc

40. Hæc eadem ut Chriſti ſatisfactione & merito impetranda, ac fidelibus poſt hanc vitam applicanda, conſiderari debuit ſub V.T. nunc autem ſub N. ut jàm impetrata, ſed adhùc applicanda nobis. Sic iterùm ex illis non rectè colligitur ratio Typi deſtinati ac propriè dicti in Sabbatho hebdomadario: ſed quidem occaſio meditationis de quiete illâ beatâ, & ſtudii ejus conſequendæ; quódque ſpecialis uſus Cerimoniæ typicæ ſupervenerit.

Quòd autem Sabbathi obſervatio *Jeſ.* LVI, 2, 4, 6. ſynecdochicè praxin pietatis & religionis notet; & tanquàm inſignis ejus pars proponatur, *Jeſ.* LVIII, 13. quódque cultus N. T. metaphoricè efferatur per Novilunia & Sabbatha, *Jeſ.* LXVI, 23. ut alibi etiàm per Sacrificia: (Vide *Mal.* I, 11.) indè non ſequitur ipſum Sabbathum hebdomadale fuiſſe nihil aliud quàm umbram, vel typum, temporis & quietis N. T.

X. Ad reſponſionem noſtram primam *regerit Opponens*: Nos facilè poſſumus concedere, omnia Sabbata intelligenda eſſe, quæ hactenùs nominaverat, quùm id

id diceret Exod. XXXI, 13. vel etiàm in poſterum erat nominaturus: ità tamen, ut præcipuè dies Sabbati hebdomadalis intelligatur, quod patet ex verſ. 14, 15. ubi id vocatur שבת שבתון, *ceſſatio ceſſationis.* q. d. ἀργία ἀκριβεστάτη. ſaltem ut non excludatur Sabbatum hebdomadale. deindè, ut nobis viciſſim concedatur omnia illa Sabbata eſſe ejuſdem naturæ.

Reſp. 1. Spectantur ergò omnia Sabbatha ſub V. T. obſervanda. Sed quod de genere aliquo affirmatur indefinitè, id non neceſſariò de ſingulis ejus ſpeciebus accipiendum eſt; ſaltem non æqualiter & eodem modo. In aliis Sabbathis V. T. rationem typi à primâ eorum inſtitutione agnoſcimus; in Sabbatho hebdomadali non item; quia alia antiquior ejus inſtitutio comparet.

2. Atque adeò negamus, omnia illa Sabbatha eſſe prorſùs ejuſdem naturæ.

XI. Ad tertiam reſponſionem noſtram *regerit:* Si hoc eâ mente dicatur, quaſi ſignum ſanctificationis futuræ ſint Sacrificia & non Sabbatum, eſſe eam admodùm violentam expoſitionem; quâ in præcepto & ratio-

ratione præcepti mutatur *Sabbatum* in *Sacrificia Sabbati.* Nam pro eo, quod dicitur, *Sabbata mea obſervatote, quia ſignum ſunt*, fiet, *Sacrificia Sabbatorum meorum obſervatote, quia ſignum ſunt.* Et, quòd de Sacrificiis id intelligi non poſſit, patet; quia de Sacrificiis Sabbati nullum adhùc verbum dictum erat Moſi, quùm Exod. XXXI. Deus juberet *Sabbata ſua obſervari.* *Secundò*, ſi hoc eâ mente dicatur, quaſi propterea, quia Sacrificia ſunt typus, Sabbatum non poſſit eſſe typus; eam eſſe apertam contradictionem verborum Dei. *Tertiò*, ſi ratio obſervandi Sabbata eſt, quia ſunt ſignum ſanctificationis Dei; & illa ſanctificatio per Sacrificia Sabbati ſignificatur; & Sacrificia Sabbathi abrogata ſunt; & ſic ratio obſervandi Sabbati ceſſat: conſequenter præceptum de Sabbato ceſſabit. Itaque, ſi quis dicat, *ſignum ſanctificationis eſſe in Sacrificiis*, & nihilominùs Sabbati ceſſationem obſervari velit, ſibi contrarius erit.

Reſp. 1. Verba mea ſup. th. IX. n. 3. repetita, clara ſunt. Loquor de obſervatione Sabbathi, qualis præcepta fuit ſub Oeconomiâ

nomiâ V. T. *per talia Sacrificia, &c.* h. e. etiàm per reliqua omnia populo V. T. in genere cultûs cerimonialis peculiariter mandata. Illam obſervationem dixi habuiſſe rationem typi; non autem ſic ipſum Sabbathum hebdomadarium per ſe: utpotè antiquius; & ad N. T. quoque pertinens, quamvis tranſlatum in alium diem.

2. Non mutavi *Sabbathum* in *Sacrificia Sabbathi.* De ipſâ obſervatione Sabbathi locutus ſum; juxta textum, *Veruntamen Sabbatha mea obſervatote: nam ſignum eſt inter me & vos per generationes veſtras, ad cognoſcendum me Jehovam eſſe, qui ſanctifico vos.* Obſervatio Sabbathorum ſignum dicitur; non ipſum tempus, ſive obſervatum ſive neglectum; ſed obſervatum, & quidem debito modo, juxta præſcriptum ipſius Dei.

3. Neque de obſervatione per Sacrificia ſolùm, locutus ſum; ſed reliqua, ad iſtam œconomiam in obſervatione Sabbathi pertinentia, connotavi ſimul; atque in tali obſervatione rationem typi agnovi. Eſto igitur, quòd Deus Sacrificia Sabbathica poſtmodùm diſtinctè mandaverit; ſc.

Num

Num. XXIII, 9, 10. Illa ſaltem ab eo tempore quo mandata fuerunt, ad obſervationem Sabbathi V. T. referri debuerunt.

4. Conſequentiam illam, *Quia Sacrificia ſunt typus*, *Sabbathum non poteſt eſſe typus*, ego nunquàm formavi, nunquàm indicavi; qui ſatis ſcio, plures typos in V. T. fuiſſe quàm Sacrificia.

5. Sub V. T. ratio ſpecialis obſervandi Sabbatha fuit, quòd hoc ipſum eſſet ſignum ſanctificationis: ſanctificatio illa inter alia ſignificabatur per Sacrificia Sabbathica: Sacrificia illa, & reliqua Cerimonialia V. T. ad Sabbathum pertinentia, abrogata ſunt in N. T. & ſic illa ratio obſervandi Sabbathi ceſſat: non tamen omnis ratio obſervandi Sabbathi hebdomadalis ceſſat. Sublato Cerimoniali, manet Morale; manet præceptum Dei, quatenùs Morale eſt; & ſic obligatio noſtrî ad ſtatum diem hebdomadatim, qui nunc eſt Dominicus, cultui Divino tribuendum.

XII. Ad ſecundam reſponſionem meam *Opponens regerit*: 1. Sabbatum, h.e. ceſſationem ſeu quietem eſſe *ſignum præfigurans*; idque non poſſe negari ab iis, qui, *Sabba-*

Digitized by Google

Sabbathum metaphoricè appellari tempus quietis N. T. à ſervitute Vet., concedunt. Nam res ſive actio habens analogiam futuri & melioris boni, à Deo inſtituta ad id ipſum ſignificandum, eſt ſine dubio typus. Undè & Apoſtolus Col. 11, 16, 17. Sabbata dicit fuiſſe *umbras futurorum*. Aut, ſi dicat, Poſſe fieri, ut aliqua res maneat, & non maneat *ſignũ*; quia etiàm fuerit, antequàm eſſet ſignum; veluti *iris*: Reſpondebimus, Rem naturalem, aut opus Dei, poſſe à Deo appellari ſignum rei futurę, & eam ceſſare eſſe ſignum, quandò id, quod Deus promiſerat, factum eſt: ſed id, quod homini imperatur ex placito, ſi id vocetur ſignum, non poſſe manere pręceptum, uti non poteſt ampliùs eſſe ſignum; niſi Deus diſtinctè præceperit, alio quidem tempore præceptum eſſe obſervandum ut ſignum, alio verò tempore non ut ſignum, ſed ex aliâ cauſâ obſervandũ eſſe. Cujuſmodi præcepti tamen non occurrit nobis exemplum.

Reſp. 1. Sabbathum prout in V. T. mandatum, & à fidelibus fuit ritè obſervatum; fuiſſe ſignum præfigurans, & typicum, ipſe dixi dudùm.

Nolim autem quietem meram ſpecta-

ri: ſed quietem ab aliis operibus, ut cultui Divino vacaretur iſto tempore; quemadmodùm tunc præſcriptum fuit.

2. Dixi antehàc, Cultum N. T. metaphoricè efferri per Novilunia & Sabbatha, *Jeſ.* LXVI, 23. De Tempore quietis N. T. à ſervitute Veteris in univerſum, id ego non dixi.

3. Sabbathum inſtitutum fuiſſe ante Cerimonias typicas V. T. probatum ac defenſum eſt ſuo loco. Initio igitur Typus Chriſti non fuit. Poſtmodùm, ut totus cultus inſtitutus, ſic etiàm obſervatio Sabbathi, magnam accepit mutationem; atque hæc facta eſt Typica. Sub N. T. abrogatum eſt illud Typicum, manente interim Morali; quod item probatum eſt ſuo loco.

4. Interim ante lapſum Sabbathum quoque videtur habuiſſe rationem ſigni convenientis iſti Fœderi: quemadmodùm etiàm nunc ſignum appellari poteſt: quatenùs pia praxis diei Dominicæ nobis eſt argumentum gratiæ, & communionis noſtræ cum Deo in Chriſto; juxta quam ſperamus fore, ut in cœleſtem requiem ac beati-

beatitudinem, ęternum illud Sabbathum, transferamur, eoque fruamur, poſt hanc vitam. Hoc indicat Catecheſis noſtra qu. 103. Simili etiàm modo Opponens univerſum Sabbatiſmum N. T. ſignum alibi appellat: Cùm dicit, Et verò „ratio, cur omne tempus illius quietis „quam præſtat Chriſti Sacrificium, ſan„ctificandum ſit, in evidenti ponitur. Si„quidem *hoc eſt reverâ ſignum*, *ſive argu„mentum*, ἔνδειγμα *& oſtenſio*, *quòd Deus „ſit ſanctificator ipſorum*, *h.e. ſanctificaverit „per ſanguinem & ſpiritum ejus*, *qui hanc „quietem ſanctificant*. Non abſtinentia à li„cito opere eſt *argumentum*, *quo oſtenditur*, „*quòd ſanctificatio Divina ad nos pertineat*: „ſed *omiſſio operum noſtrorum*, & *viæ noſtræ*.

XIII. *Ille regerit ſecundò*: Reſpondebimus 1. Sabbatum eſſe ſignum oblatum ad ſignificandum propoſitum Dei, nempè quòd *ipſos ſanctificaret*: quod de futuro æquè intelligendum eſt, ut illud, *Ego Deus veſter*. Hoc enim ſignificat, *Fiam vobis in Deum*. Et ſic Exod. xx, 12. *quam ego do tibi*, h.e. paratus ſum dare. 2. Eam ſancti-

ficationem non peragi in ceſſante, quatenùs ceſſat; uti nec in eo qui totam legem ſecundùm literam obſervaverit; ſed, pro modulo illius temporis, ſanctificationem Divinam operari in ſperantibus, & exſpectantibus illud tempus, quo Deus erat futurus juſtitia Iſraëlis. Quemadmodùm & Notæ Belgicæ n. 31. docent. 3. Simpliciter loquendo non fuiſſe Iſraëlitas ſanctificatos, &, ut Epiſtola ad Hebræos loquitur, *conſummatos* aut juſtos declaratos ullâ re ante aſperſionem cordium à conſcientiâ malâ. Hebr. x, 22. Idque clariſſimis verbis teſtari Ezechielem xx, 25, 26. qui Iſraëlitas *impuros declaratos dicit.* --- Cujus ſanè impuritatis anniverſaria accuſatio fiebat in jejunio. vide Levit. xvi, 16. *Et expiabit ſanctuarium ab immunditiis filiorum Iſraël.* Ità ſanctificatio Iſraëlis vera & ſpiritualis fiebat per fidem, quæ operabatur confeſſionem impuritatis & reatûs adhùc incumbentis; *puritas* autem *carnis* fiebat per elementa mundi ad hoc ordinata, ut peccatum necdùm expiatum & remiſſum teſtarentur. Reſtat igitur, quemadmodùm Circumciſio fuit *ſignum* datum à Deo

Deo *ſigillum juſtitiæ ſidei*; ità etiàm *Sabbatum* fuiſſe *ſignum*, quo Deus ſe populo obligabat, quòd futurus eſſet illis in Deum, & quòd illis futurus eſſet ſanctificator, conſummatè illos ſanctificans ab omni reatû & immunditie. --

Reſp. 1. In textû dicit Deus, *Signum ad cognoſcendum me Jehovam eſſe, qui ſanctiſico vos.* Deus ergò gratiam juſtificationis & ſanctificationis etiàm tunc applicatè præſtitit fidelibus; ſed nixam ſatisfactione & merito Chriſti, quæ ſuo tempore demùm præſtanda erant. Jàm tunc obtinuit Fœdus gratiæ; & Deus fuit Deus fœderatorum ſuorum: ut paſſim ipſe teſtatur.

2. Enallage temporis præſentis pro futuro non rectè probatur ex allato loco *Exod.* xx, 12. Ab uno loco ad alterum non procedit conſequentia. Quid, quòd Deus terram Canaan etiàm ab illo tempore, & ante illud, dederit Iſraëlitis, quantum ad jus attinet; licet aliquot annos poſt, eos demùm in poſſeſſionem miſerit.

3. Gratia illa ſanctificationis non obtigit ceſſantibus, quatenùs talibus. Rectè. Ceſſantibus quâ talibus nunquàm dele-

ctatus fuit Dominus; ſed fideliter & piè ſe exercentibus in opere Divinitùs prę̨ſcripto. Praxis fidei, reſipiſcentię, gratitudinis, novæ obedientiæ, prorſùs neceſſaria fuit. Qui ſic obſervârunt Sabbathum, habuerunt argumentum ſanctificationis Divinæ; quòd ipſi verè eſſent populus Deo ſanctus, eique in promiſſo & exſpectato Meſſiâ gratus atque acceptus. Sic Notę Belgicæ ad Ezech. xx, 12. Dat ick de HEERE ben / diese heylige. Dat is/ uyt genade affonderen van andere menſchen/ op dat ick haer Godt zy/ ende sy mijn volck / het welck ick my door het bloet des Meſſiæ reynige / ende door mijn Woordt ende Geeſt heyligh make.

4. Iſraëlitæ fideles verè fuerunt juſtificati & ſanctificati in Chriſto; licet *non conſummati ſine nobis*, ſive ſeorſim à nobis; *Hebr.* xi, 40. *Unicâ enim oblatione conſummavit in perpetuum eos qui ſanctificantur.* Cap. x, 14. *Alioquin oportuiſſet eum ſæpè paſſum fuiſſe à jacto mundi fundamento; ſed nunc ſemel in conſummatione ſæculorum, ad peccatum per immolationem ſui ipſius è medio tollendum, factus eſt manifeſtus.*

ſeſtus. Cap. IX.26. Virtute prævià conſummationis illius certò peragendæ, fideles etiàm tunc habuerunt *aſperſionem cordium à conſcientiâ malâ*, de quâ Hebr. X, 22. Fides, & conſcientia mala, ſive immunda, quàm maximè adverſantur ſibi invicem: *Per fidem purificantur corda;* Act. XV, 9. *Pollutis autem & incredulis nihil eſt mundum; ſed polluta eorum & mens, & conſcientia;* Tit. I, 15.

5. Locus Ezech. XX, 23, 24, 25, 26. ſic habet. *Etiàm ego ſublatâ manû meâ* juraveram *eis in deſerto; me diſperſurum eos in gentes, & ſparſurum eos in regiones; eò quòd jura mea non facerent, & ſtatuta mea ſpernerent, ac Sabbatha mea profanarent, denique ſtercoreos Deos patrum ſuorum ſequerentur oculi ipſorum. Atque etiàm ego dederam ipſis ſtatuta non bona, & jura per quæ non viverent; Impurans eos cum donis ipſorum, eò quòd traducerent omnem aperientem vulvam; ut deſolarem eos, ut experirentur me eſſe Jehovam.* Hæc non de omnibus & ſingulis Iſraëlitis, non certè de fidelibus & piis; ſed de infidelibus, impiis, Idololatris, &c. accipienda ſunt; qui ra-

Digitized by Google

tione peccatorum iſtîc expreſſorum impuri declarati ſunt à Deo ; & ſacrificia eorum , quæ hypocriticè offerebant, impura. Notæ Belgicæ: **Ick verklaerde/bewees / ende betuyghde / dat sy onreyn/ dat is onheylig/grouwelijk/en my onaengenaem waren in 't offeren van haregiften / die sij mij toebrachten.**

6. Interim dùm impuritas ipſorum fidelium in Sponſorem Chriſtum fuit transmiſſa, qui pro eâ luiturus erat ſuo tempore ; illi ſuam in ſe conditionem , ſuam indignitatem atque impotentiam, humiles confiteri debuerunt, ſimulque agnoſcere ſe nulla aliâ re, quàm virtute ſanguinis ipſius Meſſiæ, purificari ; & ſpeciatim non ſacrificiis ſuis , quæ expiationem pro ſtatû hominis interno & æterno figurabant quidem , ſed minimè præſtabant. Hinc impuritatis propriæ, cui fideles tùm conditione naturali, tùm ratione reliquiarum poſt regenerationem & ſanctificationem inchoatam , adhùc erant obnoxii , anniverſaria , & frequentior, accuſatio fiebat; quâ ad praxin fidei ac reſipiſcentię ſtimulari debuerunt.

7. Ce-

7. Cerimoniæ Typicæ, & Elementa mundi, per ſe nihil aliud, niſi carnis puritatem in ſtatû externo ac temporali, adferre potuerunt: ſed puritatem ſpiritualem in virtute Meſſię ſimul pręfigurabant; ad hanc fideles excitabant & dirigebant.

8. Signum Circumciſionis fidelibus verè fuit ſigillum juſtitię fidei; juſtitię autem tunc acceptę per fidem in Meſſiam venturum. Atque item Sabbathum à fidelibus fideliter ac piè ſervatum, fuit etiàm ſignum ſive argumentum ſanctificationis tunc acceptę. Sed Sabbathum hebdomadale merum Typum fuiſſe, nihil in eo Morale, hactenùs minimè probatum eſt.

XIV. Poſthæc *Opponens cupit doceri*, quomodò *Sabbatum* poſſit eſſe *ſignum notificans quietem* N. T. ab accuſatione immunditiei, & ſiti ac ſervitute, ſi non per eam ipſam ceſſationem (quæ Iſraëlitis, peccatoribus ſine dubio, pręcepta eſt) comparatam cum initio decalogi, *Ego ſum Jehova Deus tuus*; ea quies propriè notificabatur. Ideò etiàm, *inquit*, Deus ad Moſen in monte dicens, quòd *Sabbata ſua ſint Signum ad cognoſcendum, quòd ipſe*

Jehovah illos ſanctificaret, ſignificat ſe eo modo Sabbata dediſſe populo, ut ſi prudens is ſit, non poſſit non hoc cognoſcere. Habetque ſine dubio Sabbatum aliquid diverſum ab aliis ſignis notificantibus, quòd ſanctificaturus illos eſſet. Ipſum hoc quòd Deus ſe vocabat *Deum ipſorum* Idem notificabat; & multa iſtiuſmodi; ſed Sabbatum, ut actio mandata (nam obſervare ceſſationem eſt agere) eſt ſignum ex inſtituto Dei. Et hoc prætereà clarum eſt ex eo, quòd Moſes Deut. v. Sabbatum dicit μνημόσυνον ſervitutis, quam in Æpypto obierant. Notabilia ſunt verba verſ. 15. *Et recordaberis, quòd ſervus fueris in terrâ Ægypti, & eduxerit te Dominus Deus tuus indè manû validâ & brachio extenſo: IDEO juſſit te Dominus Deus tuus facere Sabbatum.* Sive *ceſſationem agere.* Sic argumentor. Ceſſatio, quæ mandatur in memoriam eductionis ex Ægypto domo ſervitutis, eſt ſignum, ſacramentum, typus liberationis per Chriſtum ab omni ſervitute; & ſic eſt typus quietis, quam habiturus erat Iſraël in N. T. poſtquàm ſanctificatus eſſet in ſanguine Chriſti.

Reſp.

Reſp. 1. Ex eo quòd non contingat ſanctificatio ulli homini poſt lapſum, citra communionem, & citra redemtionem Chriſti; dixi non ſequi, Quicquid ullo modo eſt ſignum notificans, commonefaciens, vel etiàm obſignans, ſanctificationis, id ipſum ſtatim eſſe Typum Chriſti. Conſideretur verbum prędicationis Euangelicæ, ipſa praxis fidei & reſipiſcentiæ, teſtimonium Spiritûs S. in conſcientiâ hominis ſanctificati, tùm ſub V. tùm ſub N. T. Opponens reſtrictè dicit, *ſignum notificans quietem* N. T. *ab accuſatione, &c.* Sabbathum piè obſervatum fuit etiàm ſub V. T. ſignum ſanctificationis Divinę; quemadmodùm etiàm nunc eſt ſub N. T. Cùm enim fideles Sabbathum Deo ſanctificarent, ſimulque expenderent præfationem Decalogi, aliaſque promiſſiones Euangelicas, habebant argumentum & ſignum notificans ſanctificationis ſuæ. Atque hæc reſponſio poterat ſufficere adverſùs objectionem, quòd Sabbathum, vel ejus obſervatio, alicubi in V. T. diceretur Signum: Attamen obſervationem Sabbathi ſub V. T. juxta modum in iſtâ œcono-

conomiâ præſcriptum, in ſpeciali conſideratione Mannę, conſideratione Sacrificiorum & quidem duplicatorum, ac peculiaris rigoris, aliquid Cerimoniale & Typicum habuiſſe, agnoſco; atque item expreſſi.

2. Moſes in repetitione quarti Præcepti *Deut.* v. addit rationem motivam, à liberatione Iſraëlitarum ex ſervitute Ægyptiacâ, atque ob illam quoque rationem ab iſto populo ſpecialiter Sabbathum obſervari voluit; unius enim rei plures ſæpè ſunt rationes. Ipſa eductio Iſraëlitarum ex Ægypto fuit Typus liberationis noſtræ ſpiritualis per Chriſtum; inde tamen non ſequitur, quicquid memoriam iſtius eductionis renovabat, vel etiàm memoriâ iſtius eductionis commendabatur, id ipſum fuiſſe Typum, & quidem merum Typum, ut ad N.T. non poſſit pertinere.

XV. *Opponens* confert ſe ad verba Exod. xx, 11. *Propterea benedixit diei ſeptimo, & ſanctificavit eum.* Dicitque, Si penetremus ad mentem eorum, inveniemus 1. in eo, quòd Manna, cibus cœleſtis, datum eſt ad epulandum ſine labore & quæſtione, non viſum ut deſcendens in terram

ram, aut ut excoctum & quicquid patiens eò, ut cibus fiat; eſſe præfigurationem manifeſtam illius ſtatûs, quem Iſraël verus habet poſt abſolutum opus redemtionis. -- 2. Eum diem, quo is ſtatus incepit, qui eſt Sabbatum, finem impoſuiſſe ſiti & labori quęrendi. Nam Chriſtus ut princeps ſalutis, per paſſiones conſummatus eſt, Hebr. 11, 10. 3. Eum à Deo ad hoc ipſum delectum eſſe & ſanctificatum, ut in hebdomade initium eſſet ablati jugi, & ſitis ac quæſtionis cibi cœleſtis, vel requirendi illud, quod ad afferendum ſermonem juſtificationis deſiderabatur, neceſſitatis: nempè ut is, qui ex cœlo deſcenderat, etiàm ad inferos deſcenderet. Deut. xxx, 13. Quis enim negabit, Deum & tempora & annos & dies & horas & momenta diſtribuiſſe & præfixiſſe operibus ſuis, quæ facturus erat ſalutis noſtrę causâ? & dignum ipſo eſſe, ut id voluerit in ipſo operis maximi colophone à nobis cognoſci? 4. Rectè poſſe dici, Deum & ante jacta mundi fundamenta, ut illam conſummationem illius operis, ità etiàm diem illius operis prædeſtinâſſe; Id-

que, poſt promiſſionem ac typos & Euangelium, ex iis, quæ in exordio rerum facta ſunt, cognoſci per analogiam, quam habent cum conſummatione operis redemtionis. Quarè & Apoſtolus ſic audet argumentari, Quandò Deus quieſcit ab opere ſuo, etiàm nos quieſcere, Hebr. IV, 10. Uno ſermone vetera & nova complectens.

Reſp. 1. Manna in Sabbatho non deſcendit cœlitùs; nec ab Iſraëlitis colligi, quæri, aut parari debuit, juxta Divinam ordinationem. Ipſum etiàm fuit Typus Chriſti, cibi cœleſtis & ſpiritualis. Sed rationem Typi in eo etiàm conſiſtere, quòd Chriſtus pridiè Sabbathi totum opus redemtionis eſſet conſummaturus; atque adeò in Sabbatho non ampliùs quęri aut deſiderari deberet, probatum non eſt. Imò poſtridiè Sabbathi Chriſtus demùm reſurrexit ad juſtificationem noſtram, ſeque omnia ad humilem impetrationem pertinentia conſummâſſe, palàm demonſtravit. Sabbatho in ſepulchro Chriſtus jacuit; quod mortis appendix fuit, & ſic ad humiliationem ſalutis impetratoriam pertinuit.

2. Hæc

2. Hæc ſitis, hic labor quærendi Chriſtum, ut principem vitę ac ſalutis, ſpectari debet; quòd fideles deſideraverint perfectam conſummationem omnium eorum, quæ ad ſalutis impetrationem requirebantur, uſque ad claram demonſtrationem peractæ illius conſummationis. Duravit igitur ſitis & labor quærendi, ſaltem aliquo modo, uſque ad demonſtrationem illam, quæ in reſurrectione demùm facta eſt. Chriſtus quidem per paſſiones conſummatus eſt; *Hebr.* 11, 10. ſed duravit paſſio, in genere damni, etiàm per triduum mortis.

3. Sic initium ablatæ neceſſitatis requirendi illud, quod ad afferendum ſermonem juſtificationis deſiderabatur, non fuit dies ſeptimus; ſed primus hebdomadæ. Septimo enim die adhùc dici poterat; *Quis deſcendet in abyſſum? hoc eſt Chriſtum ex mortuis reducere*. Poſtridiè tota res confecta fuit, de quâ porrò; *Propè te eſt verbum in ore tuo, & in corde tuo. Hoc eſt verbum illud fidei, quod prædicamus*. Nempè, *ſi profeſſus fueris ore tuo Dominum Jeſum, & credideris in corde tuo, quòd Deus eum ſuſcitavit ex mortuis*,

mortuis, ſervaberis; Rom. x, 7, 8, 9. ex Deut. xxx, 12, 13.

4. Ut Deus opera ſua omnia & ſingula, ſic eorum quoque circumſtantias, definivit ab æterno. Non tamen omnium operum, quę futura prędixit, omnes circumſtantias vel antè prædixit, vel præfiguravit; imò nec Verbo ſuo poſtmodùm expreſſit. Magnum ſanè opus erat Incarnatio Domini; ejus tamen annus, menſis, dies, nuſquàm definitè reperitur in S. Scripturâ. Nec annus mortis, vel à mundo condito, vel ab ipſius nativitate, vel ſimili aliquo termino, definitè. Quę tamen majoris momenti viderentur, quàm ſolus dies ſeptimanæ; niſi dies ſeptimanę, qui diſertè adſcribitur in commemorandâ reſurrectione, ad cultum N. T. haberet ſpecialem uſum & obligationem.

5. Analogia, quam profert Opponens, non omninò convenit: ut oſtenſum.

6. Apoſtolus Hebr. iv, 10. dicit: *Qui ingreſſus eſt in requiem ipſius, requievit & ipſe ab operibus ſuis, quemadmodùm à ſuis Deus.* ſic explicuit ſenſum ſatis obvium iſtius phraſios, *ingredi in requiem Dei*, Pſal. xcv, 11.

Requies

Requies ipſius Dei clarè notat ceſſationem ab operibus producendis: ergò cùm Homines ingrediuntur in Requiem Dei, ipſi etiàm in Deo & cum Deo ceſſant ab operibus, quorum reſpectû Requies iis tribuitur. Opponentis collectio planè diſſimilis eſt.

CAP. XII.

Reſpondetur porrò ad Arg. III. *Opponentis; Quòd Sabbathum ſit onus. Itèmque ad Arg.* IV. *à Naturâ Præceptorum N. T. & ad Arg.* V. *ab eo, quòd in Prophetiis de N. T. Sabbathum non ſignificet diem otii ab opere licito.*

I. OPponens tertiò argumentatur *in hunc modum*; Non poſſunt Judæi aut Pſeudo-Apoſtoli imponere Chriſtianis, quod eſt onus. Atqui ceſſatio imperata Judæis, tametſi *quies* diceretur, tamen habebat onus admixtum; nempè 1. Quòd opera illorum declarabantur impura, peccatis nondùm expiatis inquinata, & adhùc inquinantia & ipſos & omnia, propter reatum adhùc vigentem: niſi ità eſſet, ceſſatio non diceretur *ſanctificatio diei*

illius

illius, aut ceſſatio ſancta Domino. Prætereà id ex promiſſâ inpoſterum *ſanctificatione* invictè demonſtratur. Nam qui purus & non inquinatus eſt, non opus habet, ut ab impuritate ſanctificetur. Non confugient hîc Judæi plerique ad *inſtitutionem primævam.* Si tamen alii eò confugiant, dicemus, eam eſſe petitionem principii; & illos qui noſtrum argumentum enervare ſatagunt, ad conſcientiam interrogabimus, An non perindè ſit cibum impurum dicere, qui per ſe bonus & utilis eſt, durante tempore œconomiæ V. T. & opera quędam impura dicere per intervalla dierum. Item, An non dicere, *hæc opera ſi fiant, non ſanctificari diem*, ſit opera talia impura vocare. Non ſufficit igitur dicere, *quòd agnoſcendæ impuritatis neceſſitas ex occaſione peccatorum ſupervenerit*; Quia ipſa ceſſatio ad hoc inſtituta eſt, ut eſſet teſtatio impuritatis, & reatûs manentis adhùc etiàm in fidelibus propter ſacrificii & ἱλασμȣ̃ dilationem. 2. Quia faciebat exſpectationem & ſitim. Omnis enim rectè (non tantùm ſecundùm literam) Sabbatizans, intuebatur verbum illud, *E-*

go

go ſanctifico vos, & in hoc verbo ſcrutabatur & ruminabatur vim promiſſionis, *Ero vobis in Deum*, ut patet ex Levit. XXII, 31, 32, 33. *Et obſervabitis præcepta mea, & facietis ea.* *Ego* ſum *Jehovah. Et non profanabitis nomen meum ſanctum, & ſanctificabor* (Vide Eſ. v, 17.) *in medio filiorum Iſraëlis. Ego Jehovah ſanctifico vos. qui eduxi vos ex terrâ Ægypti, ut* FIEREM *VOBIS IN DEUM. Ego* ſum *Jehovah.* Succedunt cap. XXIII Pręcepta de Feſtis & Sabbato. Accedit 3. Quòd per illud præceptum Iſraël conjectus eſt in magnas anguſtias & ſcrupulos infinitos, dùm definire neceſſe habuit, quodnam eſſet opus vetitum, quod licitum. --- Et non tantùm propter congregationes coactos fuiſſe Judæos ceſſare, patet, quià debuerunt ceſſare à veſperâ ad veſperam; item, quià non licuit & in itinere ariſtas commolere manû, niſi propter famem. Ità & circumciſio fuiſſet opus vetitum, niſi à Deo fuiſſet imperata in octavum diem. Sed ---- 4. arguimus. Quod ſine timore mortis (à quo Chriſtus nos liberavit) redintegrato & ſine ſcrupuloſiſſimæ abſtinentiæ

Digitized by Google

nentiæ neceſſitate, & judicio circa tranſgreſſores, & ſic reſtitutione ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας priſtinę, Chriſtianis imponi non poteſt; id Judæi Chriſtianis nullatenùs imponere poſſunt. De firmitate Majoris non eſt nobis dubitandum. Minor ſic patet: Cui ſigno vel ſacramento Deus annexuit timorem mortis, & ſcrupuloſam curam, & judicia patrum carnis eorumque παιδείαν καὶ τὸ δοκοῦν αὐτοῖς, id ſine illis incommodis imponi non poteſt. Atqui Deus illa annexuit Sabbato; quod ſigni atque ſacramenti uſum habet. Ergò id à nemine Chriſtianis imponi poteſt. Judæi non dubitant de veritate Majoris, &c.

Reſp. 1. Chriſtianis, quibus à Chriſto onus leve eſt factum; *Matth.* XI, 30. aliud onus imponi non debet. Obligat tamen eos Lex Moralis, tanquàm norma gratitudinis & novæ obedientiæ; hinc ad Sabbathum hebdomadale, quatenùs Morale eſt, tenentur quoque. Ejus obſervatio non debet cenſeri onus Chriſtianis indignum; ut nec obſervatio reliquorum Præceptorum Decalogi.

2. Negamus intermiſſionem operum

ſer-

ſervilium iſto Sabbatho, hùc propriè ſpectâſſe, atque ex primævâ inſtitutione; ut Iſraëlitæ, etiámſi toto opere ſuo per integram ſeptimanam facto ſe non placere Deo teſtari cogerentur, tamen diem ſeptimum, dummodò illa omitterent, imò illa omittendo, & impuritatem ſuam teſtando, viderentur ſanctificare. Aliter enim habet conditio primævæ inſtitutionis; quamvis etiàm impuritatis agnoſcendæ neceſſitatem ex occaſione peccatorum ſupervenìſſe poſtmodùm, in propatulo ſit.

3. *Ceſſationem* in ſe, dici *ſanctificationem* illius diei, ſimiliter non probavit. Quies mandata fuit cum ſanctificatione, & propter eam; ut *quies ſancta Domino.* Si Judæi ab operibus ordinariis Sabbatho debuiſſent ceſſare ad declarandam impuritatem illorum operum; cur non etiàm ceſſandum iis fuit ab omni actû ad cultum Dei pertinente, ad declarandam ſimiliter ejus impuritatem?

4. Ubi ceſſatio ſancta dicitur, quòd per eam cultui Divino vacandum ſit, ſimul declarantur opera alia, à quibus ob Pręceptum Divinum ceſſari debet, eſſe illicita;

licita; atque eatenùs impura in iſtis circumſtantiis; quicquid enim ex conſtitutione Divinâ illicitum eſt, id ſic quoque impurum eſt.

5. Pia obſervatio Sabbathi eſt ſignum ſanctificationis noſtræ in Chriſto, qui nobis factus ſanctificatio; 1 *Cor.* 1, 30. Stat hæc veritas ſub N.T. ut ſtetit ſub V. mutatâ temporis differentiâ, & diſpenſationis modo.

6. Sanctificatio noſtra naturalem impuritatem arguit, & nunc, & olim ſub V.T. Atque in examine conſcientiæ coram Deo ſimiliter agnoſci debet iſta impuritas, undè liberati ſumus, quantum attinet ad applicationem; ſuperſunt interim ejus reliquiæ, plurimumque negotii nobis faceſſunt in militiâ ſpirituali.

7. Primævam Sabbathi inſtitutionem ab orbe condito, nos ſuo loco aſſeruimus ac defendimus.

8. Homo per peccatum excidit jure illo, quod primò ei Deus in alias creaturas dederat: & ſimul terra maledictioni, atque omnis creatura ſervituti & vanitati ſubjecta eſt, propter hominem; *Gen.* 111, 17, 18.

17, 18. *Rom.* VIII, 20, 21. *Pollutis & incredulis nihil eſt mundum: ſed polluta eſt eorum & mens & conſcientia*; Tit. 1, 15. Hanc immunditiem agnoſcere debuerunt homines, per durum Legis Cerimonialis, & nominatim de multorum eſculentorum immunditie, Pædagogum compulſi. Verùm ut animalia quædam immunda vocantur; ſic non item opera quotidiana immunda vocantur ſpecialiter.

9. Quòd non omnis prohibitio operum aliàs ordinariorum, pertineat ad Pædagogiam V. T. patet ex primævâ Sabbathi inſtitutione: quemadmodùm Deus pro ſuo placito in eſculentis tunc etiàm prohibuit Arborem ſcientiæ boni & mali.

10. Ipſam ceſſationem ad hoc inſtitutam eſſe, ut foret teſtatio impuritatis, & reatûs manentis adhùc etiàm in fidelibus, propter ſacrificii & ἱλασμȢ̃ dilationem, non probavit Opponens.

11. In Sabbatho, prout ipſum ſub V. T. præſcriptum & obſervandum fuit, agnoſcimus quædam exſpectationem & ſitim facientia. Sed ipſum Morale ab illis diſtingui poteſt, & debet. In perpetuâ medi-

meditatione & obſervantiâ ſingulorum Præceptorum Dei, Iſraëlitæ etiàm agnoſcere debuerunt Jehovam ipſos ſanctificare; & in iſtâ ſui ſanctificatione, atque in omnibus donis gratiæ reſpicere debuerunt in Chriſtum venturum, à quo omnia ejuſmodi beneficia pendebant & pendent.

12. Circa alia Decalogi Pręcepta non minùs occurrunt caſûs varii, de quibus dubitare & angi poteſt conſcientia ſcrupuloſa; quàm circa quartum: nec tamen illa idcircò deſinunt Chriſtianos obligare. Judęorum analogicè eadem fuit ratio. Superſtitioſæ opiniones, & patrum traditiones, quemadmodùm in aliis, ità etiàm hîc ab ipſis Pręceptis Dei debuerunt diſtingui. Satis obvia erat regula, & ratio quam Chriſtus allegat, *Marc.* 11, 27. Ità per totum illum diem ceſſandum ab omni opere ſervili aut quotidiano, atque exercitiis religionis & ſanctimoniæ incumbendum, ut cogitetur Sabbathum eſſe propter hominem: atque adeò ſaluti, ædificationi, & ſpeciali charitati ac præſenti neceſſitati locum dandum.

13. Negamus obſervationem Sabbathi

thi hebdomadalis abſolutè talem eſſe, ut ſine timore mortis redintegrato,&c. Chriſtianis præſcribi non potuerit. Non magis quarto Præcepto, quàm reliquis, annexuit Deus timorem mortis, & ſcrupuloſam curam. Cujuſque Præcepti tranſgreſſio quęlibet timorem mortis incutere apta fuit olim, atque etiàm nunc apta eſt. A timore illo nunc fideles liberationem habent in Chriſto; ſed eandem quoque habuerunt fideles ſub V. T. juxta modum diſpenſationis illius. Similiter ſcrupuloſę curę & nunc remedium adhibendum eſt, & olim adhibendum fuit, circa quęlibet Præcepta Dei, aſſiduâ, ſeriâ, & piâ obſervatione ac meditatione Voluntatis Divinę.

14. Quomodò Opponens dicat, Deum judicia patrum carnis, eorumque παιδείαν κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτοῖς, annexuiſſe Sabbatho, non ſatis intelligo. Et hîc, & alibi, patres judicare debuerunt, & filios erudire, non ſecundùm placita ſua: ſed ſecundùm Voluntatem ipſius Dei; qui fruſtrà colitur docendo & obſervando mandata hominum; quorum traditionibus mandatum Dei fit irritum; *Matth.* xv, 9, 6.

V II. Ad

II. Ad illud quod dixi, *Circa Sabbathum olim adhibitum eſſe modum exigendi & ſanciendi convenientem œconomiæ iſti V. T. Regerit Opponens*; 1. Clariſſimè conſtare, quòd Scriptura V. & N. T. per abolitionem legiſlatorum & illorum principum, qui populum Iſraëliticum habebant ſub diſciplinâ, ſignificet legis ipſius, quam illi poterant curare & exequi, abolitionem. Qualis lex in placitis conſiſtebat, & in rebus, quas populus videbat fieri, vel non fieri. Deindè multum diſquirit, quid intellexerim per *modum exigendi*.

Reſp. 1. Conditio fidelium ſub pædagogiâ V. T. non multùm differebat à ſervili: tàm rigidè perpetuò inculcabatur lex, ejuſque maledictiones; parciùs verò & obſcuriùs, atque in umbrâ, proponebatur doctrina Euangelica. Pędagogicus iſte rigor, ut in aliis Præceptis, ſic ſpeciatim in quarto, conſiderari poteſt, & debet.

2. Atque hùc etiàm pertinebat ſanctio iſta pœnalis, ut qui Sabbathum violâſſet, lapidatione puniretur; *Num.* xv, 35.

3. Ab hoc modo exigendi & ſanciendi, qui œconomiæ V. T. fuit peculiaris, libe-

liberati etiàm ſunt Chriſtiani ſub N. T.

4. Cùm verò Opponens loquitur de abolitione Legis, quam curare & exequi poterant legiſlatores & principes illi, qui populum Iſraëliticum habebant ſub diſciplinâ; non ſatis intelligo, quomodò dicat, legem illam conſtitiſſe in placitis, & in rebus quas populus videbat fieri, vel non fieri. De peccatis adverſùs qualiacunque Pręcepta Dei, ſive juris naturalis, ſive poſitivi, quibus ſanctiones appoſitæ erant, juxta eas illi pœnas exigere potuerunt ac debuerunt. Per homines certè puniri non poſſunt, quę prorſùs in oculos non incurrunt. Interim de actibus clandeſtinis & interioribus, homines officia ſua docere, atque hæc confirmare quoque potuerunt, propoſitâ in eum finem maledictione, quam ipſa Lex Dei minatur.

III. *Quartum Argumentum* Opponens hoc modo proponit: Quod non eſt præceptum fidei vel charitatis, neque pertinet ad numerum præceptorum, quæ qui facit vivet in illis, neque eſt Sacramentum N. T. id Judæi Chriſtianis imponere non poſſunt. Siquidem lex Dei ſub N. T. quæ in-

ſcribitur cordi, nulla alia eſt, quàm lex fidei & charitatis, ---. Sacramenta V. & N. T. eadem eſſe non poſſunt. Atqui præceptum de *Sabbatho*, hoc eſt *ceſſatione* ſeptimæ, non eſt ipſum præceptum fidei; --- neque de illo genere; quæ qui facit vivit in illis; neque Sacramentum N. T. Ergò, &c. Agnoſcitur etiàm indè ejus natura, nempè quòd pertineat ad Sacramenta V. T. quia indicat & obſignat promiſſionem de futuro, idque præfigurat (quod negare non poterunt ii, qui ſtatuunt, Sabbatum in ſtatû innocentiæ fuiſſe Sacramentum) vel ſaltem pertinet ad diſciplinam V. T.

Minor in quibuſdam partibus manifeſta eſt. Nam non eſt Sacramentum N. T. quippè fuit ſub V. T. Non eſt præceptum fidei. Aliud enim eſt dicere, *non facies ullum opus;* aliud, *crede*, *imprimis Euangelio.* ---Non eſſe de præceptis, quæ qui facit vivet in illis, ſic patet. Quod Ezechiel à præceptis, quæ qui facit in iis vivit, diſtinguit; id tale non eſt. Atqui diſtinguit Ezech. xx, 11, 12. *Et dedi illis ſtatuta mea, quæ qui facit, vivit in eis. Atque ETIAM Sabbatha mea*

mea dedi eis. Adde verſ. 20. Confer etjàm Nehem. IX, 13, 14. *Et in montem Sinai deſcendiſti; & loquendo* locutus es *cum ipſis de cœlo, & dediſti ipſis judicia recta, & leges Veritatis, & ſtatuta & præcepta BONA. Et Ceſſationem tuam ſanctam notificâſti ipſis*; hoc eſt, quo die quieveris ab operibus tuis, ---. *& præcepta, & ſtatuta, & legem, præcepiſti ipſis in manû Moſis.* In hoc cumulo jàm continentur leges non bonæ. Ezech. xx, 25. nam Moſes & bonum & malum, & vitam & mortem, & benedictionem & execrationem, propoſuit ipſis. *Deut.* xxx, 19.

Reſp. 1. Præceptum de Sabbatho non eſt quidem formaliter Præceptum de Fide; Fides enim primo Decalogi Pręcepto mandatur. Sed obſervatio illius ex Fide procedit, quemadmodùm & reliqua opera bona; Fideique confirmandæ inſigniter ſervit.

2. Eſt etiàm Præceptum Charitatis ergà Deum. Hanc enim inſigniter excitamus, exercemus, promovemus, iſtâ praxi. Atque ità pertinet ad priorem Legis Tabulam; cujus hæc eſt ſumma; *Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, &c.*

Digitized by Google

3. Non eſt propriè Sacramentum N. T. Nam ſub Fœdere operum obſervari debuit ante lapſum, juxta primævam inſtitutionem & benedictionem: tunc quietem ac beatitudinem cœleſtem adumbravit; ejuſque fidem & ſtudium promovit, juxta *Hebr.* IV, 3, &c. Deindè ſub V. T. convenienter iſti œconomiæ Fœderis gratiæ, ſignum & argumentum fuit ſanctificationis Divinæ, ſimulque adumbratio Sabbatiſmi ſpiritualis ac cœleſtis. Si qui laxè & impropriè Sacramentum appellare velint, de nomine non contendam. Interim idem analogicè ad N. T. quoque applicari poteſt cum Catecheſi, Qu. 103.

4. Quod ſub V. T. fuit Sacramentum propriè & ſtrictè dictum, id non eſt Sacramentum N. T. Sed quod laxè ſic appellatur, atque item analogicè in ſtatû innocentię tale fuit, nihil obſtat, quô minùs iterùm analogicè tale ſignum & argumentum ſit ſub N. T.

5. *Ezech.* XX. non comparet talis diſtinctio, qualem vult Opponens. Vide ſup. Cap. XI, th. IX. pag. 424.

6. Similiter apud *Nehem.* Judiciis rectis,

ctis, legibus veritatis, ſtatutis & præceptis bonis, nominatim etiàm adjicitur ceſſatio Dei ſancta. At quomodò Lex de ceſſatione ſanctâ, foret in ſe Lex non bona? Ezechiel certè xx, 15. Præceptum de Sabbatho non accenſet ſtatutis non bonis; ſed ab iis diſtinguit clariſſimè. Sic enim loquitur verſ. 23, 24, 25, 26. *Etiàm Ego ſublatâ manû meâ* juraveram *eis in deſerto; me diſperſurum eos in gentes, & ſparſurum eos in regiones. Eò quòd jura mea non facerent, & ſtatuta mea ſpernerent, ac Sabbatha mea profanarent; denique ſtercoreos Deos patrum ſuorum ſequerentur oculi ipſorum. Atque etiàm Ego dederam ipſis ſtatuta non bona, & jura per quæ non viverent; Impurans ipſos cum donis ipſorum, eò quòd traducerent, &c.* Sabbathum igitur ab Iſraëlitis fideliter & piè obſervatum non pertinuit ad malum, mortem, & execrationem; ſed ad bonum, vitam, & benedictionem, per gratiam Dei in Chriſto; neglectum verò, cauſa pœnarum fuit.

IV. *Ille inſtat & urget:* Eſt *præceptum poſitivum*, ---- atque ità *placitum*, δόγμα; pertinetque ad νόμον ἐντολῶν ἐν δόγμασι,

(Eph. II, 15.) ſine quibus imago Dei in homine integra eſſe poteſt. Ampliùs id confirmari poteſt, quia Ezechiel verſû 13, 16, 24. ubi agit de inobedientiâ Iſraëlitarum, *ſtatuta* & *Sabbata* diſtinguit. Neque admittendum eſt, ſi quis dicat, Ezechiëlem ibi nihil aliud quàm tranſgreſſionem legis operum *per peccata* indigitâſſe. Ut videatur Sabbatum ad legem operum pertinere, quaſi hîc locum habeat, quod eſt Rom. VII, 10, 12, 13. *Inventum eſt illud præceptum, quod erat ad vitam, mihi ad mortem*, &c. Nam in epiſtolâ ad Rom. *Præcepta, quæ qui facit, vivit in illis*, conſiderantur, ut conſtituunt fœdus operum. Sed Ezechiel, quamvis pręcepta pleraque Decalogi illo elogio exornet, quòd faciens ea in eis habeat vitam, non tamen docet, ſic Iſraëli ea tradita eſſe, ut in operatione eorum poneret juſtitiam ſuam. Deindè Apoſtolus in epiſtolâ ad Romanos docet, quid omnis peccator inveniat in lege; & quid lex, quæ dicit, *Qui fecerit ea, vivit in eis*, efficiat in omni peccatore; ubi deeſt verbum gratiæ. Sed Ezechiel docet, Iſraëlitas rejeciſſe fœdus Dei, quod

Deus

Digitized by Google

Deus cum peccatore facit intercedente *ſanctificatione*, & nominis ſui, & peccatoris, per ſacrificium; & non tantùm bona promiſſa (quæ legi operum adjuncta erant) perdidiſſe, ſed ſe oſtendiſſe extraneos à juſtitiâ Dei, quâ homo peccator apud Deum ſtat; & ſibi accerſiviſſe illo ſtupore & tranſgreſſione fœderis jugum grave functionum carnalium, quæ ad ſanctitatem aut conſcientiæ pacem non faciunt, cum judiciis, quibus ad illas compellebantur ---. Quippè eſt in Decalogo ſtipulatio fidei; Quæ excludit opinionem Juſtitiæ ex operibus. Ergò inobedientia, de quâ Deus conqueritur apud Ezechielem, eſt *infidelitas*, & τὸ ἀμετανόητον, ſive ſpretio ſtipulationis fœderis gratiæ quâ poſtulatur *fides per charitatem efficax.*--- quarè, ſi quis *non dubitet*, *ſi ratio naturalis recta foret & lux integra, quin modum Dei colendi & Sabbati eo fine obſervandi notitiam æquè haberent* homines, *atque nunc naturaliter habent notitiam Conjugii, quódque duo ſint in carnem unam.* is neceſſe eſt ſupponat, in iis, qui non vident, quòd præceptum cultûs Dei & ejus amandi *cum omnibus cogitationibus,*

& ex omnibus viribus, importet, aut naturaliter includat prçceptum dicens de ſeptimo die, vel de die aliquo, *Non facies ullum opus*; aut, quod ex quiete Dei poſt creationem ſex diebus abſolutam naturaliter ſequatur neceſſitas non faciendi ullum opus ipſo die ſeptimo hebdomadæ, nedùm aliquo die hebdomadę; & tamen credunt in Chriſtum; rationem per fidem illuminatam non eſſe ſic rectam, ut ſuam, de eo non dubitantis. Certè tale, *non dubito*, non eſt principium fidei noſtræ.- -- Adeò vel hinc conſtat, Sabbatum eſſe ad ſigna & Sacramenta referendum, quia non poteſt ad legem naturæ referri; & poſſumus dicere Judæis, *Quid facitis*, quùm ſabbatizatis, ſi non datur requies à ſervitute vobis impoſitâ, & remiſſio, & reſurrectio mortuorum, & æterna tùm animæ tùm corporis gloria? ---- Prava eſſet cogitatio; Deus jubet me hoc die quieſcere & quietem ſanctificare, Ergò Deus exigit ſeptimum diem ad cultum ſuum. Melior cogitatio eſt, Si Deus me jubet quieſcere & quietem ſanctificare, quid poſſum facere ſecundùm debitum meum, quo teneor

neor Deum meum amare cum omni cogitatione & contentione virium, niſi ut mediter virtutes, opera & beneficia ipſius, & ipſius negotium agam, ut ipſum glorificem? Nonne bonum eſt, ut nos, quorum Deus appellari vult, eum celebremus in cœtû magno? &c. Quare aut Deus mandans vacationem, ut occaſionem cultûs, & dans quietem illam, intelligendus eſt hæc omnia polliceri, aut inutilia & ſupervacua pręcipere.

Reſp. 1. Quartum Decalogi Præceptum eſſe juris Divini poſitivi; quemadmodùm & alia quædam ad Decalogum, & Legem Moralem pertinentia, aſſeruimus ac defendimus Cap. 1, & 11. Hinc ergò non magis ſequitur Sabbathum hebdomadale ad Cerimonias typicas prorſùs referendum eſſe; quàm alia iſta Moralia poſitiva.

2. Apoſtolus Eph. 11, 15. Legem Cerimonialem appellat νόμον ἐντολῶν ἐν δόγμασι, ubi ſynechdochicè placita Cerimonialia typica, & ritûs iſtius generis, pro ſubjectâ materiâ, intelligi debent. Moralia verò, quæ perpetuam obligationem habent, ab

iſtis diſtinguenda ſunt; utpotè inſtitutis tantùm uſque ad tempora correctionis; *Hebr.* IX, 10.

3. Sine obſervatione Moralium poſitivorum, ex hypotheſi quòd ea præcepta ſint, imago Dei in homine integra eſſe non poteſt. Fidelis nunc uſum Sacramentorum negligens peccat procul dubio contra integritatem imaginis reſtitutę; & Adam comedens de fructû vetito, contra Præceptum Dei procul dubio poſitivum, peccavit contra integritatem imaginis primùm creatæ; atque ſic eam amiſit.

4. Ezechiel diſtinctè quidem nominavit *ſtatuta* & *Sabbatha*; quemadmodùm etiàm diſtinctè appellavit *jura*. Inter ſtatuta & jura tamen non fecit diſcrimen reale. Sic enim verſ. 11. *Dedi ipſis ſtatuta mea, & jura mea nota feci ipſis; quæ qui faceret homo, viveret per ea.* Similiter Sabbatha non diſtinxit à ſtatutis, quaſi his non comprehenderentur: ſed diſtinctè nominavit, tanquàm aliis illuſtriora, & praxin magis ſolennem requirentia; atque ut ſpecialia ſigna ſanctificationis Divinę.

5. *Paulus* in epiſtolâ ad Romanos

conſiderat Præcepta, quę qui facit vivit in illis, juxta Fœdus operum. Atque item *Ezech.* xx, 11. neque magis docet *Paulus* quàm *Ezechiel*, ſibi, vel Iſraëli, vel ulli homini, aut populo, poſt lapſum Pręcepta illa ſic eſſe tradita, ut in eorum operatione poſſet conſiſtere juſtitia ſua. *Propterea ex operibus Legis nulla caro iuſtificabitur in conſpectû eius: per Legem enim* eſt *cognitio peccati*; Rom. III, 20.

6. *Paulus* etiàm docet, quid ipſe ex accidente peccati & corruptionis, invenerit in Lege; quidque omnis peccator in eâ inveniat; ubi deeſt, & quatenùs deeſt, Verbum gratię. Similiter etiàm *Ezechiel* docet, Iſraëlitas illos Fœdus gratiæ externè quidem accepiſſe: ſed ad internam ejus communionem, per veram fidem ac reſipiſcentiam, non perveniſſe; atque adeò peccatis ſuis plurimis & graviſſimis accerſiviſſe ſibi judicia graviſſima: ut ſuperiùs oſtenſum. Leges Cerimoniales & Politicas Moſaïcas intelligi debere per *ſtatuta* illa *non bona*, hactenùs non probavit Opponens.

7. Obſervatio cultûs illius Cerimonia-

iſtis diſtinguenda ſunt; utpotè inſtitutis tantùm uſque ad tempora correctionis; *Hebr.* IX, 10.

3. Sine obſervatione Moralium poſitivorum, ex hypotheſi quòd ea præcepta ſint, imago Dei in homine integra eſſe non poteſt. Fidelis nunc uſum Sacramentorum negligens peccat procul dubio contra integritatem imaginis reſtitutę; & Adam comedens de fructû vetito, contra Præceptum Dei procul dubio poſitivum, peccavit contra integritatem imaginis primùm creatæ; atque ſic eam amiſit.

4. Ezechiel diſtinctè quidem nominavit *ſtatuta* & *Sabbatha*; quemadmodùm etiàm diſtinctè appellavit *jura*. Inter ſtatuta & jura tamen non fecit diſcrimen reale. Sic enim verſ. 11. *Dedi ipſis ſtatuta mea, & jura mea nota feci ipſis; quæ qui faceret homo, viveret per ea.* Similiter Sabbatha non diſtinxit à ſtatutis, quaſi his non comprehenderentur: ſed diſtinctè nominavit, tanquàm aliis illuſtriora, & praxin magis ſolennem requirentia; atque ut ſpecialia ſigna ſanctificationis Divinę.

5. *Paulus* in epiſtolâ ad Romanos conſi-

conſiderat Præcepta, quę qui facit vivit in illis, juxta Fœdus operum. Atque item *Ezech.* xx, 11. neque magis docet *Paulus* quàm *Ezechiel*, ſibi, vel Iſraëli, vel ulli homini, aut populo, poſt lapſum Pręcepta illa ſic eſſe tradita, ut in eorum operatione poſſet conſiſtere juſtitia ſua. *Propterea ex operibus Legis nulla caro juſtificabitur in conſpectû ejus*: *per Legem enim* eſt *cognitio peccati*; Rom. III, 20.

6. *Paulus* etiàm docet, quid ipſe ex accidente peccati & corruptionis, invenerit in Lege; quidque omnis peccator in eâ inveniat; ubi deeſt, & quatenùs deeſt, Verbum gratię. Similiter etiàm *Ezechiel* docet, Iſraëlitas illos Fœdus gratiæ externè quidem accepiſſe: ſed ad internam ejus communionem, per veram fidem ac reſipiſcentiam, non perveniſſe; atque adeò peccatis ſuis plurimis & graviſſimis accerſiviſſe ſibi judicia graviſſima: ut ſuperiùs oſtenſum. Leges Cerimoniales & Politicas Moſaïcas intelligi debere per *ſtatuta* illa *non bona*, hactenùs non probavit Opponens.

7. Obſervatio cultûs illius Cerimonia-

lis materialiter quidem, & propriâ virtute inſitâ, nihil faciebat ad interiorem ſanctitatem & conſcientiæ pacem. Sed formaliter, quatenùs fideles iſtorum temporum per iſta ſigna excitabantur & dirigebantur ad gratiam Dei in Chriſto, multum procul dubio effecerunt.

8. In Decalogo; h. e. decem illis Verbis, ſive Pręceptis, non eſſe ſtipulationem fidei, quæ excludit opinionem juſtitiæ ex operibus, oſtendimus ſup. cap. VI. Interim Paulus eundem Decalogum ſpectavit; undè verſ. 7. allegavit Verbum iſtud, *Non concupiſces.*

9. Infidelitas, impœnitentia, contemptus Fœderis gratiæ, ubi hoc revelatum eſt, Decalogo, ſive Legi Morali planè adverſantur.

10. Quomodò Præceptum de Sabbatho, cum naturâ humanâ fuerit inſtitutum, atque ſic naturam obliget à primâ origine, & agnoſci debeat, &c. explicatum ac defenſum eſt ſup. cap. VII. th. V, VI, VIII. Quantum verò ad illud incommodum, quod nunc objicit Opponens, dico liberè; *ex parte cognoſcimus*, *&*

ex

Digitized by Google

ex parte prophetamus; juxtà 1 Cor. XIII, 9. In quibus per regenerationem & ſanctificationem imago Dei reſtituta eſt, & ratio recta; niſi ex primævâ Sabbathi inſtitutione, Gen. II, 1, 2. magis autem collato quarto Decalogi Præcepto, & porrò locis N. T. ſuprà vindicatis, intelligant ſibi etiàm unum diem hebdomadatim, & quidem nominatim Dominicum, cultui Divino ſolenniter impendendum, ac proindè tunc aliis operibus ſuperſedendum eſſe; non vereor dicere, hunc in illis eſſe defectum quendam rectitudinis. Nunc autem id ago, per Dei gratiam, ut ſuppleri poſſit iſte defectus eâdem gratiâ. Adſis propitius, Domine Jeſu: tua res agitur, populi tui, diei tui!

11. Id nolo, ut mea aſſertio, ſive in hâc, ſive in quâcunque aliâ materiâ Theologicâ, cuiquam ſit principium fidei. Didici, & doceo, non eſſe principium fidei Divinæ, niſi teſtimonium ipſius Dei. Iſto teſtimonio aſſertiones meas probare ſatago; neque aliter eas recipi volo.

12. Ità Sabbathum ad Legem naturæ ab initio præſcriptam referri poteſt & debet.

bet. Interim Judæis carnalibus rectè dicitur; quid facitis cùm Sabbatizatis veſtro more, ſi non adeſt cultus ſpiritualis, requies animi in Deo per Chriſtum; ſi non ex ſpectatur conſequenter requies æterna cœleſtis?

13. Non video, quomodò prava dicatur cogitatio; Deus jubet me hoc die (Dominico) quïeſcere, & quietem ſanctificare, Ergò Deus exigit ſeptimum diem (poſt ſex alios operarios) ad cultum ſuum (quà publicum, quâ privatum): ità ſcil. ut cultus Dei interim per reliquos dies minimè omittatur; licet magis ſolenniter præſtetur iſto die.

14. Deus cultum ſuum mandans, atque iſtud tempus cultui ſolenniori præſcribens, ut gratis coli non vult; ſic omninò ſpiritualem quietem in Chriſto largitur Prçceptum illud fideliter & piè obſervantibus, atque æternam inſuper quietem in cœlo poſteà largiturus eſt. Ità minimè inutilia & ſupervacua præcepit.

V. *Quintum Opponentis argumentum* ità ſonat: Quod præceptum à Deo non præſcribitur, ubi tempus N. T. Sabbatum appel-

appellatur, id Chriſtianis à nemine præſcribi poteſt, tanquàm Divinum præceptum. Conſentaneum enim eſt, in eis locis, ubi tempus N.T. Sabbatum appellatur, ut res per figuram quietis ſeptimi ſignificata; quod perpetuâ ceſſatione ab operibus utilibus conſtare non poteſt; ſi aliquis dies in eo præcipuus ſit, in quo non oporteat ullum opus facere, ità ut ea ceſſatio ſit cultus præceptus (Nam, quod præceptum eſt, cultus eſt, ſi propter præceptum fiat) præcipuum illum vel peculiarem cultum deſignari. Atqui ceſſatio ab opere utili omnimoda, obſervanda ſeptimo vel ullo die, in talibus locis non memoratur. Ut Jeſ. LVIII, 13. ibi enim *Sabbatum & dies Sanctus Domini* ſignificant tempus N.T. quod ità appellatur propter requiem, quam vetus populus ut futuram exſpectabat. Liquet verò, de eo Sabbato novo Prophetam agere, quia omnia illa à cap. LIII. agunt de rebus N.T. Et nominatim, quia cap. LVI, 2. quod dicitur *Sabbata Dei ſervare,* pertinet ad N.T. quippè ad illud tempus, quo peregrinus & eunuchus non ampliùs habet

dicere,

dicere, *Deus me ſeparavit à populo ſuo.* Et, quo *domus Domini domus orationis vocatur omnibus populis*; & ubi oblationes populorum *ad εὐδοκίαν aſcendunt in altare Domini.* Quemadmodùm autem in N.T. non ſunt holocauſta pecudum, neque altare aut templum manûfactum; ſed *domus Dei* eſt, ubi Deus habitat, nempè Eccleſiâ, ſive corpus & anima fidelium, & *altare Domini* eſt Chriſtus: Ità quoque in N. T. non ſunt *Sabbata*, quæ ceſſatione omnimodâ, ut cultû, celebrentur. Porrò cap. LVIII. id dicitur de *Sabbato* N.T. quod eſt omnis temporis N. T. Eſt enim tempus gratiæ, tempus ſatietatis ----; & verò ab illo avertendæ ſunt *viæ noſtræ*, non ut non liceat nobis facere utilia cum gratiarum actione, ſed ut relinquamus viam, quæ non eſt via Dei; neque *faciamus* vel *inveniamus quod nobis volupe ſit*. Sed faciamus quod Deo volupe eſt, &c.

Reſp. 1. Licet iſtis locis, quæ pauca ſunt, Chriſtianis non præſcriberetur diſertè obſervatio diei Dominici, tanquàm Sabbathi Chriſtiani hebdomadalis; ex aliis tamen locis ſatis probari & confirmari poteſt iſta praxis. 2. Ceſſa-

2. Ceſſationem omnimodam nos minimè dicimus eſſe cultum præceptum; ſed ſanctificationem, ſive piam & ſanctam praxin Sabbathi. Hæc pręcepta eſt, & cultus eſt.

3. Jeſ. LVI, 2. *Servare Sabbatha Dei* pertinet ad N. T. quatenùs adhùc obſervandum eſt quod in Sabbatho eſt Morale. quæ verò iſtic fuerunt Cerimonialia pro V. T. quemadmodùm & Templum, Altare, &c. non obligant nos in ſpecie. Ut aliundè patet. Sed veritas illis figurata fide agnoſci & apprehendi debet; ſimulque cultus Deo præſtari in ſpiritû & veritate, ſecundùm normam pro N. T. præſcriptam. Hinc Interpretes Belgici in Notis ſynecdochicè explicant: Onder het woort Sabbath moet men den ganſchen Godsdienſt verſtaen/ die inſonderheyt op den Sabbath moet geoeffent worden; nemende een deel voor het geheele.

4. Similiter cap. LVIII, 13. *Sabbathum & dies Domini ſanctus* ad tempus N. T. quidem pertinet; ſed non ſignificat totum illud tempus æqualiter & indifferenter. Neque id probavit Opponens. Interpretes

Belgici:

Belgici: Indien ghy uwen voet op den Sabbath af-hout/ dat ghy niet en doet wat u behaeght. ofte/ om des Sabbaths wille. Ac porrò ad verba; Dat ghy uwe wegen niet en doet: Dat is/ uwe gewoonlike wercken niet doende.

CAP. XIII.

An Chriſtianis incumbat Præceptum directum ceſsandi die aliquo ex ſeptem, cultûs Divini gratiâ? Locus Col. II, 16, 17. Gal, IV, 10, Rom. XIV, 5, 6. Marc. II, 27, 28. Hebr. IV, 9. *Solvuntur etiàm aliæ Difficultates.*

I. OStenſum ac defenſum eſt hactenùs, Chriſtianos omninò obligari quarto Decalogi Præcepto, prout ipſum Morale eſt; atque adeò ad Sabbathi hebdomadalis alicujus obſervationem teneri, pro quâ in N. T. dies Dominicus ſatis clarè definitus eſt.

Et quoniàm eadem Lex Moralis Decalogo ſummatim comprehenſâ ad N. T. ſimiliter pertinet, ut ad V. T. atque adeò utriuſque Libris paſſim explicatur & applicatur; explicationes & applicationes omnium & ſingulorum Præceptorum Moralium,

ralium, quæ in Libris V. T. occurrunt, ad N. T. quoque extendi debent. *Tota enim Scriptura Divinitùs eſt inſpirata, & utilis ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, ad diſciplinam in juſtitiâ: ut perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonum perfectè inſtructus*; 2 Tim. III, 16, 17. *Quæque antè ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam antè ſcripta ſunt*, &c. Rom. XV, 4. Et ſpecialiùs etiàm, quæ in exemplum evenerunt Iſraëlitis, *ſcripta ſunt, ad noſtri admonitionem, in quos fines ſæculorum devenerunt*; 1 Cor. X, 11. Conſequenter ad obſervantiam Sabbathi, ſive Diei Dominicæ Chriſtianis præcipiendam, piamque ejus praxin urgendam, rectè quoque referuntur ea, quæ exſtant *Jerem.* XVII, 21, 22, 27. aliiſque locis ſimilibus: utpotè ejuſdem reſpectû noſtri, quantum ad rem ipſam attinet, auctoritatis ac veritatis. Si quis hoc Libertati Chriſtianæ planè contrarium dicat; nos juxta ſuperiora Moralitatem Sabbathi reponimus: & Libertatem Chriſtianam nequaquàm eſſe exlegem, ad inſtar effrenis licentiæ; ſed ad Legem Libertatis exigendam, aſſerimus.

II.

II. *Oppon'ens* hîc provocat ad Calvinum, ità de Monachis graviter loquentem, Inſtit. lib. 2. cap. 8. §. 34. *Pſeudoprophetæ Judaïcâ opinione populum ſuperioribus ſæculis imbuerunt, nihil aliud adferentes, niſi abrogatum eſſe, quod Cerimoniale erat in hoc mandato (id vocant ſuâ linguâ diei ſeptimæ taxationem) remanere autem, quod Morale eſt, nempè unius diei obſervationem in hebdomadâ:* quo dicto, *inquit*, Calvinus non illos reprehendit, qui ſtatuunt, ſaltem die aliquo ſeptimanę conveniendum eſſe; & tùm, quantum pote, vacandum præcipuè meditationi & inſtitutioni (quod non eſt in dubium vocandum). Sed eos, qui putant, ceſſationem eſſe cultum; ----aut aliquod opus utile cum gratiarum actione non intempeſtivè nec cum perturbatione ordinis facere, propter Δόγμα Divinum, ullo die peccatum eſſe. ---- Idque ità edicunt, ut non probent neque conentur probare ſententiam ſuam ex Scripturis; ſed obtrudant auctoritatem ſuam, & multitudinis ſibi obedientis, quam vocant *Eccleſiam*, &, quùm leges facit, audiendam aſſerunt,

pro-

Digitized by Google

propter Spiritum ſcil. quem dicunt eam ducere in omnem veritatem. Qui ſanè *Pſeudo-prophetæ* ſunt.

Reſp. 1. Calvinus ſeriò perſtrinxit Monachos, & meritò, qui ipſum otium, aut feriationem in die Dominico, pro cultû habebànt, de internâ & ſpirituali praxi nihil, aut parùm admodùm, ſolliciti. Sed ut rectè Monachorum ſuperſtitionem refutavit, ità lib. 2. Inſtit. cap. 3. §. 9. *miram & portentoſam ſuperbiæ libidinem* perſtringit; *quòd cùm Dominus nihil ſeveriùs exigat, quàm ut religioſiſſimè ſuum Sabbathum obſervemus, quieſcendo ab operibus noſtris, tàm ægrè interim impetretur, ut operibus noſtris valere juſſis, Dei operibus juſtum locum cedamus.* Quemadmodùm etjàm cap. 8. §. 30. *diei Dominicæ obſervationem* contrà Anabaptiſtas propugnat, tanquàm *remedium retinendo in Eccleſiâ ordini neceſſarium.* Atque in eâ *feriationem à manuariis operibus*, quòd ſint *à ſacris ſtudiis & meditationibus avocamenta.* Ac ſimiliter Comment. in Gen. 11, 3. docet, ſic *Deum benedixiſſe iſtam quietem, ut ſæculis omnibus inter homines ſancta foret. Sic*

ſepti-

ſeptimum quemque diem quieti dicâſſe, ut ſuum exemplum perpetua eſſet regula. Semper, inquit, *memoriâ tenendus eſt finis.* *Neque enim ſeptimo quôque die ſimpliciter hominem juſſit Deus ferias agere, quaſi otio delectetur. Verùm ut negotiis aliis omnibus ſoluti, mentes ſuas ad Creatorem mundi applicent. Denique ſacra eſt iſta vacatio, quæ homines mundi impedimentis eripit, ut totos Deo addicat. -- Præterea ſciendum eſt, non unius tantùm vel ætatis vel populi; ſed totius humani generis commune eſſe hoc exercitium. --- Quare dùm audimus, Chriſti adventû abrogatum fuiſſe Sabbathum, adhibenda eſt diſtinctio, quid ad perpetuum humanæ vitæ regimen pertineat; quid propriè conveniat veteribus figuris, quarum uſus fuit abolitus, cùm veritas fuit impleta.* Sic explicuit Calvinus, qualem vacationem, quo fine & modo, ex perpetuo Dei Præcepto agendam exiſtimaverit. Vide ſup. Cap. VIII. Th. VII. & Cap. IV. Th. IV.

III. *Opponens pergit.* Qui igitur cum illis (Monachis) eadem dicunt, eos miramur theſin ſuam ponere per VIDETUR, ARBITRAMUR. Vellem autem nobis expli-

explicarent, quam ceſſationem aliquo dierum ſeptimanæ nobis præceptam putent. Nam, ſi eandem, quę Iſraëlitis imperata erat, nobis quoque imperatam cenſent, tempus eſt, ut definiant, an Iſraëlitis rigidè omne opus extra præſentem neceſſitatem prohibitum fuerit, nec ne. Et, quid pro præſenti neceſſitate habendum ſit. Et, ſi tantùm propter ſanctas meditationes ſic exercendas, ut inter aliud opus exerceri non poſſe videntur, ceſſatio illis imperata fuit, an illis licitum fuerit etiàm convivari? Si autem non eadem ceſſatio nobis imperatur, quę Iſraëlitis, velim igitur demonſtrent, quare non verba illa, *Non facies ullum opus*, vel *quicquam*, in rigido ſenſû ad nos pertineant; ſiquidem ad nos pertinent. In quâ re, neſcio, an vel inter ſe vel ſibi ipſis concordent, qui ſunt in illâ ſententiâ. Video quidem à quibuſdam dici, *Ad obſervantiam Sabbathi, ſive diei Dominicæ Chriſtianis præcipiendam, piamque ejus praxin urgendam, rectè quoque referri ea, quæ extant* Jerem. XVII, 21, 22, 27. (Sic ait Jehovah, cavete vobis ipſis. Et ne portetis o-

nera die Sabbathi; aut inferatis ea, in portas Jeruſchalaïmorum. Neque educatis onera è domibus veſtris die Sabbathi, neque ullum opus faciatis. Sed ſanctificetis diem Sabbathi, quemadmodùm præceperam majoribus veſtris. Quódſi non auſcultaveritis mihi, ut ſanctificetis diem Sabbathi, & non portetis onus ingrediendo in portas Jeruſchalaïmorum die Sabbathi) *aliiſque locis ſimilibus; Utpotè ejuſdem reſpectû noſtri, quantùm ad rem ipſam attinet, auctoritatis ac veritatis*: &, *ſi quis hoc libertati Chriſtianæ planè contrarium dicat, ſe Moralitatem Sabbathi repoſituros*. Hæc, inquam, video à quibuſdam dici; ſed & ab iiſdem video dici, quod *Sabbathum hebdomadale* ſub N. T. *ſit à rigore œconomico V. T. liberatum.* quæ quomodò intelligi debeant; & quibus fundamentis ſuperſtructa ſint, equidem non video.

Deindè, ſi morale eſt ceſſare, quia Deus ceſſavit, erit etiàm morale eo die ceſſare, quo Deus quievit. Præterea, ſi morale eſt, unum diem ex ſeptem ocioſum agi ſine tractatione operis noſtri liciti, etiàm neceſſarium fuit Deo ſex diebus creare omnia

mnia, & ſeptimo quieſcere. Nam, quod Morale & ſic immutabile eſt, id in æternâ veritate fundatum eſt.--- Quemadmodùm verò liberum Deo fuit ſic ordinare ſua opera, ſic etiàm liberum ei fuit, quandò id facere voluit, memoriam diei quietis ſuæ per ſymbolum inter homines propagare. Quódſi autem ſymbolum quietis Dei, quod poſitum eſt non tantùm in quiete alicujus diei ex ſeptem, ſed ipſius ſeptimi, tranſponimus; nonne illud, quod dedit, tollimus? Cupio cognoſcere quibus argumentis perſuaſuri ſint Judæis, mentem præcepti eſſe, uno die ex ſeptem feriandum eſſe:--- Calvinus iſtiuſmodi errores *Pſeudo-Prophetis* imputat, qui eos docuerunt & recipi voluerunt, tanquàm ſi viſum eſſet Spiritui S. quod ipſis viſum fuit.

Si verò *Ceremoniale* eſt in *taxatione ſeptimæ*, exponant, quæſo, nobis, quare taxatio ſeptimæ ſit Ceremonialis, & taxatio alicujus ex ſeptem ſit Moralis. Et quid differant ea Moralitas & Ceremonialitas, ſi ceſſatio ſeptimæ & unius ex ſeptem eadem præcepta eſt & propter eundem fi-

nem. Denique, quomodò efficere poſſint, ut ipſa quies non ſit figura?

Reſp. 1. Nos de vacatione, non cum Monachis, ſed cum Calvino, eadem dicimus: ut modò oſtenſum.

2. Quæ ſic poſt alios Orthodoxos, & cum aliis, explicamus, probamus, defendimus; ex SS. Literis, pro modo gratiæ Divinæ, deducimus fideliter. Ad S. Scripturam accedentes, Spiritum Sanctum in eâ loquentem audimus; & non niſi judicium ſubſequens, obſequens, & docile, adhibemus: diſcernentes interim ea quæ ſic verè Divina eſſe obſervamus, ab hominum commentis, quę aliundè occurrunt, & animo obverſantur. Quid adverſùs ſententiam ex SS. Literis hauſtam exprimens, minùs dicere potui, quàm, *videtur* hoc ità eſſe, vel *videtur* non eſſe; vel etiàm, *arbitramur hoc verum*, vel *bonum eſſe*, *aut ſecùs.* Nequaquàm enim dixi, *Viſum eſt nobis*, *hæc imponere vobis*, *&c.* quæ phraſis aliam prorſùs ſignificationem habet. Vide *Act.* xv, 25. An non Opponenti ſuæ Concluſiones verę *videntur*; & argumenta ſolida? An non *arbitratur* ſe pro veritate ſtare?

Sal-

Saltem cùm ſic diſputare inciperet? In rebus fidei utique non ſemper dubitandum eſt; quemadmodùm neque commenta humana pro Divinis dogmatis obtrudenda.

3. Vacationem non aliam, nec alio fine aut modo, præceptam puto; quàm Synodus Nationalis Dordracena, Calvinus in locis modò allegatis, & paſſim Theologi Orthodoxi. Iſraëlitis peculiaria quædam imperata fuiſſe, oſtenſum eſt Cap. IX. Theſ. XXIII. Reſp. I. Atque item ſpecialem quendam Rigorem obtinuiſſe in ſtatû pædagogico V.T. ut reſpectû totius Legis, ſic etiàm reſpectû quarti Præcepti; qui poſteà ſublatus eſt per Libertatem Chriſtianam. Interim ad nos etiàm pertinet Lex Libertatis, & quartum ejus Pręceptum; ſed non pertinet ad nos Pædagogia illa, per quam olim ferè ad ſimilitudinem Servorum exercebantur Homines V.T. *Gal.* III, 23, 24, 25. IV, 1, 2, 3.

4. Qui de Conviviis quęrunt, exemplum Chriſti conſiderent, *Luc.* XIV, 1, & ſeqq. & diſcant ſic facere ea quæ ſunt pręſentis neceſſitatis & charitatis erga ſe & alios, ut impedimentum non accipiant

in iis quæ ad cultum Dei & ſpiritualem ædificationem pertinent.

5. Locus ille *Jerem.* XVII. collatus cum quarto Præcepto Decalogi, aliiſque locis ſimilibus, oſtendit, cavendum ſedulò, ne Sabbathum profanetur, ſed ut ſanctum habeatur, ſic tranſigatur; ne merces, aliaque onera ſimilia (vide *Nehem.* XIII, 15,--22.) in urbem inferrentur, vel indè exportarentur Sabbatho, vel alia opera fierent, ſanctificationi oppoſita. Eadem nobis Lex Libertatis eſt, ob perpetuam Moralitatem; quæ Iſraëlitas unà cum auctario Cerimoniali & Forenſi olim duriter exercuit, juxta ſtatum in quo illi tunc erant. Ipſa Lex Moralis per N. T. non eſt mutata; quemadmodùm contra Socinianos & Anabaptiſtas paſſim diſputant Orthodoxi.

6. Præceptum illud, non ideò propriè Morale eſt; quia Deus ceſſavit: ſed, quia Deus iſtam Morum normam hominibus præſcripſit; nobis autem pro N. T. Dominicam ordinavit.

7. Cùm Præceptum illud ſit Juris Divini poſitivi, nulla indè neceſſitas Deo impo-

imponitur, niſi ex hypotheſi Decreti & Ordinationis ſuæ.

8. Ego cum Judæo congreſſurus, nolim initium facere à materiâ Sabbathi: ſed potiùs ab Adventû Meſſiæ; ac demonſtrare, eum præteriiſſe dudùm; & Jeſum Chriſtum eſſe verum illum Meſſiam; in eo completas omnes Cerimonias V. T. propterea in N. T. eas abrogari debuiſſe; ſic recipiendam Scripturam N. T. dein facilè expedietur materia Sabbathica.

9. De *Calvino*, deque *Monachis*, quos ipſe ut Pſeudo-Prophetas meritò perſtringit, reſponſum eſt paulò ſuperiùs; atque oſtenſum, quàm nos, Libertatem Chriſtianam, & Legem Libertatis, juxtà Verbum Dei agnoſcentes, recipientes, docentes, alieni ſimus à Monachorum ſuperſtitione, ſuperbiâ, impietate.

10. Quod Deus ſub V. T. fecit Cerimoniale, & voluit iſti populo pro iſto tempore eſſe peculiare, id nos tale eſſe confitemur; & quantum poſſumus, id ipſum ſic diſtinguimus, docemus: Quod autem Morale eſſe voluit, & ſic ſub N. T. perma-

nere,ſed tranſlatum in diem Dominicum, id ſimiliter diſtinguimus, docemus, defendimus, inculcamus, ad piam & ſalutarem praxin.

IV. In loco *Col.* II, 16, 17. ubi Paulus conjungit Feſtum, Novilunium, & Sabbatha, umbras rerum futurarum; tùm alia Sabbatha præter hebdomadale, tùm in hebdomadali modum quo iſtud à Judęis obſervari debuit, non verò ipſum hebdomadale in ſe, intelligendum arbitramur, cum Orthodoxis Anabaptiſtarum & Socinianorum Antagoniſtis & Commentatoribus paſſim; juxta alia loca. Qui enim ſimiliter conjunctim ſcripſit ad Galatas, IV, 10, II. *dies obſervatis, & menſes, & præſtituta tempora, & annos. Metuo de vobis, ne fruſtrà fatigatus ſim apud vos*; quid iiſdem Galatis pariter atque aliis ordinaverit, tanquàm Apoſtolus Chriſti, de Sabbatho hebdomadali, pro N.T. in alium diem tranſlato, ſed intra eundem cyclum ſeptenarium, & convenienter illuſtriori ac liberiori œconomiæ N.T. obſervando, exponit I Cor. XVI, I, 2. Vide ſup. Cap. VIII, th. V. & Cap. IX. th. VI, — IX. Sublata igitur eſt

eſt per N.T. conſcientia dierum, aliorumque temporum Cerimonialium typicorum V.T. quemadmodùm etiàm prorſùs vetita ſuperſtitioſa dierum ac temporum diſcretio, quæ Gentilibus olim fuit uſitata. Sed Sabbathum hebdomadale, à die, qui ſub V.T. in cyclo ſeptenario debuit obſervari, in alium diem eſt tranſlatum; ab uſû Typico, Inſtitutis quibuſdam ſpecialibus, ac Rigore œconomico V.T. liberatum: atque ità pro N.T. confirmatum.

Moroſę autem altercationes de obſervatione dierum, & incertæ fluctuationes, charitati ac fidei repugnantes, ab Apoſtolo etiàm prohibentur; *Rom.* XIV, 4, 5, 6. Iis ergò, quæ ſic ex Verbo Dei proferuntur, & probantur, modeſtè ac piè, cum fideli perſuaſione & fraternâ concordiâ, acquieſcendum. Quemadmodùm alia Sabbatha Cerimonialia abrogata ſunt; ſic etiàm ipſum hebdomadale Judaïcum, ſecundùm adjuncta & circumſtantias Cerimoniales typicas, & Politicas V.T. Interim non quilibet *cibus & potus*, aut quælibet eorum *diſtinctio* iſtîc damnatur; non ſanè quæ adhibetur reſpectû ſanitatis conſervandæ

aut curandæ, & per Legem Moralem confirmatur: ſed ea demùm, quâ revocaretur Lex Cerimonialis, aut ſuperſtitio Gentilis, vel aliqua ſimilis: nec quælibet *dierum & temporum obſervatio*, ad res opportunè agendas; quæ, ſi rectè fiat, moraliter item bona eſt: *Eccleſ.* III, I, & ſeqq. *Prov.* x, 5. xx, 4. *Eph.* v, 16. ſed Cerimonialis Judaïca, vel ſuperſtitioſa Gentilis. De Sabbatho ſimiliter accipiendum.

V. *Opponens inſtat* ad locum Col. II, 16, 17. *Nemo vos judicet in cibo aut potû, aut in* PARTE *Feſti, aut Novilunii, aut Sabbatorum. quæ ſunt umbra futurorum.* Si Paulus *alia præter hebdomadale Sabbatum* intellexit, quomodò diſtinguit Sabbata à Feſtis & Noviluniis? Et quod Sabbatum aliud reſtat, niſi annus Sabbaticus? Quis credat Apoſtolum eò duntaxat reſpexiſſe? Et quarè dixit *Sabbatorum*? & *in parte* ullâ *Sabbatorum*? Si *Sabbatum hebdomadale* excipiendum fuit, ut *judicari* in eo poſſimus, potuitne aut debuit Apoſtolus ſic loqui, & Phariſæis anſam dare cogitandi, quaſi totum hoc verbum, *non facies ullum opus*, ſublatum vellet? Rectè dicit

dicit Walæus pag. 248. b. *Si hæc loca* (Col. 11. Gal. iv. Rom. xiv.) *ſic liceat interpretari, tùm nullus erit locus in toto* N.T. *ex quo evinci poſſit, Sabbathum hoc hebdomadale Judaïcum poſt Chriſti adventum eſſe abolitum.* Ego non dubito, Phariſæos vel propter hoc verbum judicaviſſe Paulum dignum morte; & non poſſum videre, quomodò, qui tenent hanc hypotheſin, quæ eſt, quietem omninò neceſſariam eſſe, ſi tùm adfuiſſent, non ſecundùm Phariſæos fuerint judicaturi. Atqui, inquies, *modum quo iſtud* Sabbathum *à Judæis obſervari debuit, non ipſum hebdomadale Sabbathum per ſe intelligendum ARBITRAMUR.* Dicas potiùs Apoſtolum malè locutum, & corrigas ejus ſermonem. Quin ipſa *ceſſatio* eſt *umbra.* Ut jàm demonſtratum eſt. Quod autem *umbra* eſt, id hîc Apoſtolus intelligit. Confer Gal. iv, 10, 11.

Reſp. 1. Sabbatha Feſtorum ab ipſis Feſtis diſtinguuntur, *Levit.* xvi, 31. xxiii, 32, 39. Annum ſabbathicum ab Apoſtolo duntaxat reſpici, non dixi. Certum tamen eſt, eum etiàm intelligi, & generali Sabbathorum appellatione comprehendi.

2. Sabbathum hebdomadale non dixi prorſus excipiendum; ſed dixi intelligendum quatenùs fuit Judaïcum, ſecundùm adjuncta & circumſtantias Cerimoniales Typicas & Politicas V. T.

3. Quartum Decalogi Præceptum nos omninò ſublatum negamus; neque id ſublatum docuit Apoſtolus. Interpretes Belgici in Notis ſuis explicant; **de Sabbathen der Jaren / ende byſonderlijck de wekelijcke / voor ſoo veel deſelfde ceremoniael waren. --- Doch in plaetſe van den wekelijckſchen Sabbath is van der Apoſtelen tijden af de eerſte dag der weke tot den ſelfden eynde altijt onderhouden. Siet** Actor. xx, 7. 1 Cor. xvi, 1, 2. Apoc. 1, 10.

4. Nos Apoſtolum ſecuti, nec quietem propter ſe neceſſariam, nec antiquo Judæorum die agendam, nec ut Typum, vel Cerimoniam V. T. ſervandam docemus; & contra Phariſæos, eorúmve ſequaces, defendimus.

5. Apoſtolum rectè locutum eſſe, nec ejus ſermonem corrigendum, ſed fideliter recipiendum, omninò profitemur. Omnem verò quietem die aliquo hebdomadatim

madatim obſervandam, propter cultum Dei ſolennem, & nominatim die Dominico, nos umbram eſſe negamus; Apoſtolos, ac deinceps Theologos Orthodoxos, ſecuti: Paulum id affirmâſſe, hactenùs minimè demonſtravit Opponens.

6. Ad locum *Gal.* IV, 10, 11. Similiter Notæ Belgicæ; **Dat is/ de Sabbathen alle weken eens omkomende. Exod. XX,** 8. Col. II, 16. **Namelijck voor ſoo veel als die ceremoniael ende den Joden eygen waren.**

VI. *Iterùm Opponens*: Paulus *infirmos in fide dicit*, qui *diem præ die æſtimabant*. Rom. XIV, 5, 6. Atqui Sabbatum æſtimare præ diebus ſeptimanæ, quaſi propter præceptum ſeptimo vel ullo die non liceat, quod licet aliis diebus, eſt diem præ die æſtimare. Nemo reputat diem præ die, propter Solis lucentis rationem; & Apoſtolus non potuit pro infirmis in fide habere, qui dierum diſcrimen ex ſiderum poſitû & ſignificatione ſtatuunt; aut opinantur, unum diem meliorem ac ſanctiorem eſſe præ alio ſine præcepto; ſed tantùm illos, qui præcepto, *Non operaberis*, putabant

diem à die diſtinctam. Et, quum de diebus agit, non agit de cibis. Eſt hoc confundere genera. Solos intelligeret infirmos in fide, qui Jejunium putarent eſſe ſervandum, aut Dies azymorum. Non alii dies diſtinguuntur per eſcam. Multò minùs credibile eſt, Apoſtolum dicturum fuiſſe, quòd, qui diem curat, qui non ſit feſtum Judæorum, ſed fortaſſè Gentilium, domino eum curet. --Neque ego dixerim in hâc re *infirmos fide*, qui, non habentes verbum Dei, præcipiunt ſervari cum diſcrimine ullum diem; ſed tantùm illos, qui, non ſatis ſcientes libertatem Chriſtianam, ipſi timent Legem transgredi de Sabbato & aliis Feſtis in Lege præſcriptis. ----

Reſp. 1. Infirmis in fide ut ſic, non alia æſtimatio dierum tribuenda eſt, quàm quæ eſt aliena à ſolidâ inſtructione fidei. Sic de Feſtis V. T. ſub N. T. adhùc obſervandis explicant Interpretes Belgici in Notis. Verùm agnoſcere Pręceptum Dei Morale ac perpetuum, jàm indè ab orbe condito datum, Decalogo inſertum, in N. T. repetitum, & ad diem Dominicum applicatum, non eſt infirmæ fidei; ſed Verbo ipſius

ipſius Dei fundatæ ac firmatæ. Qui ſic Libertatem Chriſtianam intelligunt, atque exercent, ut legem Libertatis interim æſtiment atque obſervent; qui ſic conſcientiam habent Verbo Dei rectè informatam, plenâque certitudine inſtructam, verè ſunt firmi fide, non infirmi.

2. Apoſtolum illos tantùm habere pro infirmis in fide, qui Præcepto *Non operaberis* putabant diem à die diſtinctam, ab Opponente dicitur quidem; ſed non probatur.

3. Libertatem Chriſtianam, tùm in cibis, tùm in diebus, diſtinguendam eſſe, & diſtinctè ab Apoſtolo conſiderari, nos quidem agnoſcimus. Vide interim Chryſoſtomum & Theophylactum ad iſtum locum.

4. Si verò quibuſdam ex Gentiliſmo ad fidem Chriſtianam converſis, fortè quid Gentilitiæ ſuperſtitionis adhæſiſſet de diebus quibuſdam vel ſacris, vel fauſtis, vel aliis; hoc ad eandem ęſtimationem dierum, quæ ſolidę Fidei, ac Libertati Chriſtianæ repugnat, referendum fuiſſet procul dubio; cùm ſit ſpecies ejuſdem generis.

5. Qui

5. Qui autem edocti idolum nihil eſſe in mundo, diſtinctionem illam non ad idolum, vel ejus cultum, ſed jàm ad Deum, ejusque gloriam referebant; quemadmodùm ex Judaïſmo converſi in ſuâ Feſtorum abrogatorum obſervatione faciebant, dicendi etiàm erant Domino illos dies obſervare, vel curare, quamvis non ex fide ſolidâ, ſed infirmâ; quòd timerent omittere inſtituta illa vetèra.

6. *Obſervare diem Domino*, & *non obſervare diem Domino*, haud incommodè etiàm accipi poſſunt eo modo, ut verſ. 4. *Domino ſuo ſtat, vel cadit:* hoc eſt, non judicandus hominibus arroganter; ſed ipſi Domino clementer, qui infirmos etiàm recipit, modò veram fidem ſalvificam habeant.

VII. Apoſtolus diſertè Rom. XIV, 1. *Eum qui fide eſt infirmus, aſſumite*; *non* tamen *ad altercationes diſceptationum.* 4. *Tu quis es, qui condemnas alienum Famulum? proprio Domino perſtat, aut cadit; ſtabilietur autem; poteſt enim Deus eum ſtabilire.* 5. -- *Unusquiſque in animo ſuo plenè certus eſto.* Hinc dixi, Apoſtolum prohibere moroſas altercationes de obſervatione die-

rum,

rum; & acquieſcendum modeſtè ac piè, cum fideli perſuaſione & fraternâ concordiâ, iis, quæ ex Verbo Dei proferuntur & probantur. *Opponens urget*, ſic neceſſariò præſupponi, quòd *moroſum ſit* urgere prę-ceptum *de dierum obſervatione*, & *charitati contrarium.* Quod & nobis, *inquit*, videtur. Nam, ſi præceptum eſt, non eſt moroſum & contra charitatem obſervationem urgere, ſed pium & charitatis.

Ac deinceps *negat*, quæ ſine Verbo Dei dicuntur, & diſtinctiunculas, quibus aperta Scriptura eluditur, ullo modo eſſe admittendas.

Reſp. 1. Non dixi, quòd moroſum ſit, aut charitati contrarium, urgere Præceptum de dierum, nominatim Dominicorum, obſervatione; neque id præſuppoſui. Sed præſuppoſui ſolùm, de obſervatione dierum altercationes moroſas & charitati contrarias poſſe agitari; ab illis autem id fieri, qui ſtant pro ſententiâ non verâ, & tamen acriter pro eâ decertare pergunt: vel etiàm, qui ſtant pro ſententiâ verâ; ſed affectibus indulgentes, contra charitatem ex infirmitate errantibus debitam, peccant.

2. Nos

2. Nos in hoc negotio, nec ſine Verbo Dei loquimur, nec diſtinctiunculis apertam Scripturam eludimus; neque iſta de nobis probavit Opponens.

VIII. Cum iis, quæ hactenùs dicta ſunt ad locum *Rom.* XIV, 5, 6. conferri poſſunt quæ ad eundem contra Anabaptiſtas *Calvinus*, & contra Socinianos *Nic. Arnoldus*, reſponderunt, & nos exhibuimus Cap. VIII. th. VII, VIII. pag. 261, 267. Sed neque deſunt, qui aliter omninò reſpondeant, dicantque; iſtîc agi de die Dominico, qui ſapienter juxta Divinam inſtitutionem, ſub N. T. æſtimandus ſit & obſervandus præ aliis diebus: id feciſſe firmos fide; non feciſſe infirmos fide. φρονεῖν τὴν ἡμέραν pertinere ad firmam fidem: atque ità conſentaneum eſſe, ut, quemadmodùm in negotio ciborum, priùs agitur de firmis, poſteà de infirmis; idem ordo ſervetur, in negotio dierum. Hanc explicationem hactenùs quidem ipſe non amplector, ut omninò certam; attamen eruditorum ſeriâ conſideratione non indignam reputo.

IX. Ad ea, quæ dicto loco jàm producta

ducta ſunt ex Arnoldo, *regerit Opponens*: Nemo certè potuit offendi eo, quòd Chriſtiani diem primum Sabbatorum Dominicum vocarent, & eo die & convenirent & lætarentur, & eleëmoſynas conferrent: idque vel maximè, quia non erat præceptum, ut illo die ab opere abſtinerent. Sed de eo potuit eſſe offenſio, vel potiùs in eo potuerunt alii eſſe *infirmi in fide*, alii *habere cognitionem*, quòd alii non diſtinguerent dies propter præceptum in V. T. exſtans, tanquàm ab e.. ſervitute liberati -- --: alii autem, Judæi cùm eſſent, & in Chriſtum credidiſſent, ſed cognitionem non haberent, timerent in hoc peccare; & nihilominùs non judicarent alios credentes in Chriſtum, libertate prudenter utentes, neque gentibus jugum imponerent. Tales enim habendi ſunt *Domino diſcernentes*, vel *Domino non diſcernentes*; non, qui propriis adinventionibus ſe implicant, alios turbant.

Reſp. 1. Hoc ipſo, quòd Apoſtoli diem Dominicum ordinaverint ad ſolennem cultum Divinum; aliis interim operibus, quæ cultui illi impedimento forent,

ſuper-

Digitized by Google

ſuperſedendum docuerunt eâdem operâ. Atque hoc pertinet ad Morale quarti Pręcepti. Et talem vacationem interpretatur Chryſoſtomus ad locum 1 *Cor.* XVI, 1, 2. Vide ſup. Cap. IX. th. 4. Reſp. 3.

2. Offenſio potiùs in eo ſpectanda eſt, quòd firmiores libertate ſuà imprudenter utentes, infirmioribus præberent ſcandalum. In negotio Ciborum id faciebant, qui veſcendo licitis, conſcientias infirmorum turbabant. In Diebus ſimiliter, ſi qui per libertatem Chriſtianam negligerent imprudenter Dies, quos infirmi adhùc ſecundùm veterem Legem obſervandos exiſtimabant. Sic enim cum Judæis diù inter Chriſtianos Judæorum Sabbathum, & Feſta, fuerunt utcunque obſervata. Infirmis igitur à Judaïſmo converſis offenſio dari poterat, negligendo eorum Dies cerimoniales. Obſervando Dominicum non poterat iis ſcandalum objici: quoniàm iſta obſervatio jàm tùm uſû invaluerat. Hoc argumento probat Cl. Arnoldus, Paulum ſpectare dies Judæis olim ſacros, non verò Dominicum ex Moralitate quarti Præcepti ſub N. T. adhùc obſervandum. Neque

que ejus Argumentum tetigit Opponens.

3. Ipſe autem Opponens locum explicat de firmitate & infirmitate fidei in diſtinguendis Diebus propter præceptum in V. T. exſtans, & ad ſervitutem pertinens. Rectè hactenùs. Sed Sabbathum hebdomadale, quatenùs Morale eſt, & ſub N. T. applicatum ad diem Dominicum, alîus ordinis eſt. Sic locus ille nihil adverſatur Sabbatho huic hebdomadali.

X. Marc. 11, 27. *Sabbathum* dicitur *factum propter Hominem:* ut is ſingulari ratione ſaluti ſuę & aliorum tunc conſulat, Deo Religionem deferendo, communioni ejus ſtudendo; ac proximo neceſſariam quoque charitatem ac miſericordiam, tùm reſpectù animæ, tùm etiàm reſpectû corporis, præſtando: *non autem Homo propter Sabbathum*; quaſi negligi deberet neceſſaria charitas vel miſericordia erga ipſum, vel proximum, per ſuperſtitioſam Sabbathi obſervationem. Actûs cultûs Divini varii ſunt, prudenter & piè diſcernendi atque obſervandi, etiàm imperati, circa proximum verſantes, ſuo modo,

do, pro rei natâ: verùm iſtud nihil etiàm obſtat Moralitati iſtius diei. Nam & Mediator eſt propter electos ſervandos; & Magiſtratus propter ſubditos; Conjugium propter homines: itémque Diſtinctio dominiorum: ſed nihilo ſeciùs Præcepta de Fide, Magiſtratû, Conjugio, Dominiis, Moralia ſunt. Imò & ratio illa de Sabbatho facto propter Hominem non minùs valet de V. quàm de N. T. atque adeò nec major indè Libertas colligi poteſt pro N. T. quàm obtinuit, iſto ſaltem reſpectû, ſub V. T.

Quod verò ſubjungitur, verſ. 28. *Itáque Filius hominis eſt etiàm Sabbathi dominus*; ut de eo diſponendi pro arbitrio ſuo poteſtatem habeat; quin de Servatore noſtro Θεανθρώπῳ accipiendum ſit, nullus dubito; qui etiàm *major templo*, in ſimili ferè argumentatione oſtenditur, *Matth.* XII, 6. Vide Notas Belgicas ad Matth. XII, 8. De quolibet homine illud nequaquàm accipio: Licet enim Conjugium ex. gr. ſit propter Hominem, non autem Homo propter Conjugium; indè colligi non debet, quemlibet Hominem eſſe dominum Con-

Conjugii, quaſi poteſtatem de eo diſponendi pro arbitrio ſuo haberet; ex. gr. ad divortia & repudia, polygamiam, gradûs prohibitos, &c. ac de aliis pro re natâ. De Sabbatho accipiendum ſimiliter. Sed ſupremus Legiſlator ſupra Legem eſt, deque eâ diſpenſandi quoque habet poteſtatem, ſi id ageretur, in iis quæ Juri Naturali ſuo non repugnant.

XI. Si quis *excipiat*, quòd Chriſtus in terris agens, Legi ſe ſubditum profeſſus ſit, neque ei aut derogaverit, aut obrogaverit; ſed ex Patris ſententiâ eam interpretatus ſit, ſuamque Interpretationem & Legis auctoritate, & ductis ex æquo bonoque argumentis, confirmaverit.

Reſp. 1. Chriſtus quâ homo, per naturam ſuam, ut dependens, ſic Deo ſublex fuit; & quâ Mediator, ſingulari conditione Legi ſeſe ſubmiſit; neque ſolùm quoad Jus Dei Naturale, ſed & Poſitivum, & Cultum inſtitutum, etiàm pro loco, tempore, & conditione populi, in quo ipſe humilis vixit; adeóque etiàm quoad Præcepta Cerimonialia, & Politica. Hinc Gal. IV. cùm de œconomiâ, & conditione quaſi ſer-

ſi ſervili V.T. dixiſſet Apoſtolus; ac nominatim verſ. 3. *Ità & nos, cùm eſſemus infantes, ſub elementis mundi eramus in ſervitutem redacti*; pergit in hunc modum, verſ. 4, 5. *At poſtquàm venit plenum tempus, emiſit Deus Filium ſuum factum ex muliere, factum Legi ſubjectum; Ut eos qui Legi erant ſubjecti redimeret*, &c. Dùm ergò fuit *Miniſter circumciſionis, pro Dei veritate; ut confirmaret promiſſiones Patrum*; Rom. xv, 8. *ità decuit* ipſum *implere omnem juſtitiam*; Matth. III, 15. De quo alibi egimus ex profeſſo, in Diſputt. de Subjectione Chriſti ad Legem Divinam. Sic analogicè ſimilis eſt ratio Subjectionis Chriſti, tùm ad Præcepta Moralia, tùm etiàm ad Cerimonialia.

2. Interim quâ Deus, Legi ſubjectus non fuit; neque ut ſic propriè ſubjici potuit: utpotè Dominus totius Legis, & ſpecialiùs Sabbathi, ſive quarti Pręcepti. Hanc ſuam auctoritatem & ſuperioritatem, ſic ſibi convenientem, Chriſtus in terris agens profeſſus eſt ſæpiùs; & quidem in ſpecie reſpectû Sabbathi: utpotè cùm Judęi ipſum perſequerentur ad ſupplicium mortis,

tis, quòd ægrum ſanâſſet Sabbatho; *Jeſus reſpondit eis, Pater meus uſque adhùc operatur, & ego operor*; Joh. v, 17. Et porrò verſ. 19. *Quæcunque enim ille facit, hæc etiàm Filius pariter facit*; & reliqua quæ ibi ſequuntur. Quaſi dixiſſet: Qui eandem cum Patre auctoritatem habet operandi, jùdicandi, diſponendi; is ſaltem accuſari non debeat hoc nomine, quòd ægrum ſanaverit Sabbatho: Verùm, &c. Sic à fortiori refutavit Servator criminationem iſtam inanem.

XII. Occurrit alius *Opponens*; Marc. 11, 27, 28. *Sabbatum propter hominem factum eſt, non homo propter Sabbatum.* Id ſignificat ſine dubio, Hominem, licet factus ſit ad ſanctificandum Deum omni tempore, tamen non eſſe factum propter *ceſſationem*: Nihil enim reſtat, quod poſſis intelligere. Non licet nobis verba Chriſti mutare, & pro *Sabbato* ſubſtituere *ſuperſtitioſam Sabbati obſervationem.* Putare, hominem, qui factus eſt ad ſanctificationem, eſſe factum ad ceſſationem, ſuperſtitio eſt. Nam Lex de *Sabbato* non mandat ſuperſtitionem.

Reſp. 1. Imò Sabbathum, ex uſû communi S.Scripturæ,notat Diem cum quiete ſanctificandum Deo; non abſtractè & merè, *Ceßationem.*

2. Iſtius diei finis ultimus eſt Deus; cujus gloriæ inſervit: ſed finis ſubordinatus eſt Homo, cujus item ſaluti inſervit; docente iſtîc Chriſto.

3. Ego *Sabbatho* non ſubſtitui *ſuperſtitioſam Sabbathi obſervationem:* ſed dixi; cùm Sabbathum inſtitutum ſit etiàm ad ſalutem Hominum, *ſuperſtitioſam* eſſe illam ejus *obſervationem*, quâ negligeretur neceſſaria charitas vel miſericordia: prout volebant Phariſæi; ſed contra mentem Legis.

4. Putare, Hominem, qui factus eſt ad ſanctificationem, eſſe factum ad ceſſationem, ſuperſtitio eſt, juxta Opponentem. Rectè. Sed quid jàm erit putare, Sabbathum, quod factum eſt ad ſanctificationem, factum eſſe ad ceſſationem?

XIII. *Opponens pergit*, Quod autem Servator indè deducit: *QUAMOBREM dominus eſt filius hominis etiàm Sabbati*, id patimur intelligi de Chriſto; dum-

dummodò 1. non dicas, Chriſtum non fuiſſe in diebus carnis ſubjectum legi. 2. Nec putes, eum eſſe propterea tantùm *Sabbati Dominum*, quia Deus eſt. Sed 3. agnoſcas, eum eſſe *Sabbati Dominum*, *quia non homo propter Sabbatum*, *ſed Sabbatum propter hominem factum eſt*, & *ipſe* Filius Dei *filius hominis* eſt; nempè miſſus à Patre, ut fidem faceret, Sabbatum propter hominem, ad ſpem ſanctificationis & quietis, factum eſſe; atque ità cùm per *dies carnis* eo maximè die, qui ipſius erat dies, ſe Servatorem manifeſtaret, etjàm opus faciendo & opus imperando ad gloriam Dei; tùm etiàm hominem, adductâ juſtitiâ, ab accuſatione peccati & à ſervitute umbrarum liberaret: deniquè hoc modo fideles ſuos faceret ipſos quoque *dominos Sabbati*. quemadmodùm diſcipuli ejus tanquàm domini Sabbati æquè atque omnium dierum, Sabbato ſpicas vellebant, molebant, edebant. Si Chriſtus Dominus noſter à lege Sabbati abſolutus eſt, etiàm illi, qui ipſius ſunt. 2 Cor. v, 16. Cæterùm alio modo David fuit dominus rerum ſacrarum & Apoſtoli ſpica-

Digitized by Google

rum in Sabbato (& quidem δευτέρῳ τῆς δευτέρας, quæ מחרת השבת dicitur, in quâ manipulus offerendus erat) propter famem: alio modo ſumus *Domini Sabbati* propter *filium hominis Dominum noſtrum*. Quare omninò, ſi per *filium hominis* Chriſtus intelligendus eſt (quod concedimus) per *Dominium Sabbati* intelligitur poteſtas abrogandi Sabbathi; & ratio abrogationis, quia *homo propter Sabbatum factus non eſt*. Habet homo poteſtatem conjugii, & eſt κύριος ineundi conjugium vel non; ſed non ſcortandi. Qui *dominus Sabbati* eſt, ut creator & Sanctificator Iſraëlis, habet poteſtatem Sabbatum abrogandi; & quietem aliam dandi, in quam intrare non poſſunt, qui Sabbatum obſervantes illam non ſperant.

Reſp. 1. Chriſtum in diebus carnis Legi ſubjectum fuiſſe, quâ Hominem, & quâ Sponſorem noſtrum, dixi clariſſimè.

2. Chriſtus, quâ Deus, poteſtatem habet à Creaturis rationalibus Cultum rationalem exigendi; atque adeò Leges ferendi, iis derogandi, ſubrogandi, eas abrogandi, quouſque Jus naturale ipſius Dei hęc permittit.

mittit. Sic eſt Dominus Legis, Dominus eorum quæ Lege conſtituta ſunt; & ſpecialiùs Dominus Sabbathi.

3. Homo non eſt factus propter Sabbathum; ſed Sabbathum propter Hominem; Filius Dei idem eſt Filius Hominis à Patre miſſus, ut inter alia fidem faceret, Sabbathum factum eſſe propter Hominem, & ſub V.T. ordinatum ad ſpem Sanctificationis & quietis ſpiritualis; ipſe per dies carnis Sabbatho potiſſimùm ſe Servatorem manifeſtavit verbis & operibus ad hominum ſalutem ordinatis; adductâ juſtitiâ, ab accuſatione peccati & à ſervitute umbrarum liberavit fideles N. T. Hęc ſic vera ſunt; ſed formalem rationem, per quam Chriſtus eſt Dominus Sabbathi, diſtinctam ab eâ quatenùs Deus eſt, non exprimunt, non probant.

4. Fideles N.T. ut ab aliis Cerimoniis V. T. ſic etiàm à Sabbatho, quatenùs Cerimoniale fuit, per Chriſtum liberati ſunt. Non tamen ex uſû communi, vel uſû S. Scripturæ, fideles dicuntur Domini Cerimoniarum Legalium; ſimiliter non rectè dicuntur Domini Sabbathi. Aliud eſt abſolu-

Digitized by Google

ſolutum eſſe à Lege Sabbathi, quatenùs hoc cerimoniale fuit; aliud eſſe Dominum Sabbathi.

5. Davidi, urgente neceſſitate, licuit veſci Panibus ſacris; Dominus tamen Rerum ſacrarum nec factus fuit, nec appellatur.

6. Opponens per Dominium Sabbathi intelligit Poteſtatem abrogandi Sabbathi. Fateor, hanc in illo contineri. Hæc verò Poteſtas fidelibus non competit; licet poſtquàm Divinâ auctoritate facta eſt abrogatio Legis Cerimonialis, fideles iſtâ libertate fruantur.

7. Homo habet poteſtatem Conjugii pro re natâ ineundi, vel non ineundi. Non tamen eſt Dominus Conjugii, aut Pręcepti de Conjugio; ſed Legibus Dei de Conjugio obſtrictus & ſubjectus eſt.

8. Chriſtus, ut Creator & Sanctificator Iſraëlis, eſt Dominus Sabbathi. Accipio dictum. Verùm iſta formalis ratio fidelibus non competit.

XIV. Dixi, Legiſlatorem eſſe ſupra Leges, &c. *Regerit Opponens.* 1. Chriſtus non conſideratur hîc ut Legiſlator, ſed ut *Filius hominis* factus ſub Legem, ut libe-

raret

raret nos à lege. Dùm Diſcipulis, interim, dùm ipſum, qui major templo erat, ſequuntur, eique operam dant, eſurientibus permiſit vellere & molere ſpicas, nihil in Lege mutavit. Lex ad illum caſum non pertinebat. Quandò nos facit Sabbati Dominos, id facit ut Mediator. Poſito enim, quòd Sabbatum datum ſit ad accuſationem & in ſignaculum promiſſionis, non alius quàm qui ſanctificat, quique pacem facit, neque ex alio capite aliove titulo, potuit Sabbatum abrogare: Et verò eo ipſo, quia *Sanctificat* Sabbatum, quod accuſat & præfigurat, abrogat, verum ſabbatum & veram quietem adducens. 2. Si autem ut *Legislator ſupra legem* de Sabbato fuit; & illa lex *diſpenſari* poteſt (quod verum eſt, quia eſt *placitum*) potuit etiàm abrogari: & quia abrogari potuit, abrogata eſt. Omnem enim legem placitorum in ſanguine ſuo interfecit.

Reſp. 1. Filius hominis eſt dominus Sabbathi, per communicationem idiomatum: quemadmodùm ad Nicodemum dicebatur, *Joh.* 111, 13. *Filius hominis eſt in cœlo;* nimirùm quâ Deus. Cùm

 Chri-

Chriſtus conſideratur formaliter ut Filius hominis factus ſub Legem, iſto reſpectû non eſt Dominus Legis, aut Dominus Sabbathi: oppoſita enim ſunt eſſe ſub Lege; & eſſe ſupra Legem, ſive Legis Dominum, Sabbathi Dominum.

2. Lex de Sabbatho non pertinebat ad illum caſum, quem Chriſtus Diſcipulis ſuis permiſit; ut eſurientes ſpicas vellerent, molerent, ederent. Eum Lex non prohibuit: atque hoc ipſum docuit Chriſtus. Hactenùs ergò Chriſtus nihil novi de Sabbatho conſtituit.

3. Nos non rectè dici Dominos Sabbathi, oſtenſum eſt ſuperiùs.

4. Lex Cerimonialis auctoritate Divinâ fuit data uſque ad tempus correctionis & conſummationis. In conſummatione facta eſt abrogatio. Conſummatio eſt Chriſti quâ Mediatoris: Abrogatio tamen formaliter quâ Dei & Legis-latoris. Aliud eſt præſtare conditionem præ-requiſitam ad abrogationem; aliud ipſum abrogare. Abrogatio iſta ad Sabbathum quoque applicanda eſt, quatenùs ipſum fuit Cerimoniale; non autem quatenùs Morale.

5. Sab-

Digitized by Google

5. Sabbathum in univerſum Chriſtus non abrogavit: ſed ei derogavit, quod erat Cerimoniale; & ſurrogavit diem Dominicum, manente interim eâdem Lege, quatenùs Moralis erat. Chriſtus non abrogavit, quicquid abſolutè abrogari potuiſſet; non omnia quæ ſunt Juris Divini poſitivi: ſed ſolùm Cerimonialia V. T. quorum conſummatio & correctio per ipſum facta eſt. Facta interim nondùm erat, cùm Chriſtus Diſcipulos defenderet, *Marc.* 11, 27.

XV. *Opponens porrò*; Hebr. IV, 9. *Supereſt* (poſt ſtatum & qualitatem temporis Davidis) *Sabbàtiſmus populo Dei.* Ergò quieſcendum eſt à ſiti, à ſcrupulis, & ab omni formidine & timore, ſub quibus fuerunt Veteres, & à ſervitute illarum rerum, propter quas homo non eſt factus.

Reſp. 1. Sabbathiſmus ille ſpiritualis atque æternus à fidelibus V. T. obtineri etiàm potuit, imò obtentus etiàm fuit. Interim major libertas, & quies, & pax, ſub N. T. obtinetur: quæ diſpenſationis eſt diverſitas.

2. Non omnia per N. T. abrogata

ſunt, propter quę Homo non eſt factus: ex. gr. Magiſtratus Politicus, Miniſterium Eccleſiaſticum, Poteſtas Maritalis & Patria, Conjugium, Diſtinctio Dominiorum. Hęc propter Hominem facta ſunt; non Homo propter iſta.

XVI. Dixi antehàc religioſam obſervationem Dominici eſſe procul dubio inſigne adminiculum quietis ac pacis illius ſpiritualis acquirendę & percipiendæ in conſcientiâ, ſanctæque oblectationis in Deo noſtro; juxta *Jeſ.* LVIII, 13. & ſimilia loca.

Opponens regerit: Si quis *ſtans firmus in corde, non habens neceſſitatem,* tanquàm *Dominus Sabbati factus* à Domino, decernat, non modò congregationes diligenter, seriò, & cum præparatione animi ad obediendum Deo, die Dominico frequentare, ſed & prætereà hoc die abſtinere ab aliis occupationibus, quantum poteſt, & meditari Legem Dei, & in Domino ſe continenter delectare, aut pietatis extraordinariæ opera (etiàm reverâ opera) exercere; eum non modò non vituperabimus, ſed etiàm ſummoperè laudabimus; quùm ipſa quies Dei in Sabbato--oſtendat, propter

pter quid homo factus ſit. Si verò is alios quoque ad ſimilia hortetur, habebimus pro inſigni charitate. Sed legem dare, ſcrupulos, formidinem injicere, & nemini licet, & eſt inſigne peccatum; ut & id pro cultû habere, quod cultus non eſt. Si ceſſandum eſt propter præceptum, ceſſare propter præceptum cultus eſt. ut & D. Ameſius docet Medullæ lib. 2. c. 15. §. 45. *Quies iſta quamvis in ſe abſolutè conſiderata non ſit, neque unquàm fuerit, pars aliqua cultûs: prout tamen à Deo imperatur, tanquàm neceſſarium quid ad illius cultum, & ad illum etiàm refertur*, (ſimiliter ſi imperetur propter *ſignificationem*, aut ut ſit occaſio ſanctæ lætitiæ & ſtudii verbi Divini & cœtuum agendorum) *eatenùs eſt pars obſervantiæ illius, quæ pertinet ad religionem & cultum Dei.* Sed, quùm opus Dei præferimus operi noſtro, non, ceſſare ab eo, quod utile & licitum eſt, cultus eſt; ſed opus Dei facere, & id tanti facere, ut tua commoda negligas. Ità jejunium in V. T. imperatum, cultus & λατρεία erat, quandò propter præceptum in fide agebatur; ſed, jejunare cùm oras, æquè non eſt cultus,

atque jejunare, ut crapulam diſcutias vel morbum: quanquàm Deo gratias agere, ſive edas ſive abſtineas, cultus eſt. Si ſtatuimus, præceptum eſſe, ut ceſſemus, non poterit evitari diſputatio de Traditionibus Judaïcis circa obſervationem Sabbati, ſintne illæ ſecundùm præceptum, an non; quid licitum fecerint illicitum Rabbini, quid illicitum fecerint licitum; quid denique rectè obſervent.

Reſp. 1. Utinàm omnes Chriſtiani ſtarent firmi in corde, ſtabiliti ſuper Verbo Domini; atque ſic totum diem Dominicum, quâ publicè, quâ privatim, Domino ſervarent perpetuò; ſic Sabbathiſmo ſpirituali incumberent ſolenniter, atque æternum Sabbathiſmum hîc ordirentur!

2. Sed quorſùm illa, *Non habens neceſſitatem*, tanquàm *Dominus Sabbathi factus* à Domino; quaſi nulla hîc eſſet neceſſitas Præcepti, nihil in quarto Præcepto Morale, & quidem applicatum ad diem Dominicum pro N.T. & quaſi fidelibus de illo die liceret agere quod libéret? Nos alia hactenùs probavimus & defendimus.

3. Cur inculcatur iterùm, opera extraor-

traordinariæ pietatis etiàm reverà eſſe opera? quaſi nos ſic omnia opera Sabbatho illicita ſtatueremus, ut etiàm ab operibus pietatis vel ordinariæ, vel extraordinariæ, abſtinendum diceremus: cùm omnibus viribus ea non tantùm licita, ſed & neceſſaria, contendamus.

4. Legem dare præter Legem Dei, ſcimus nobis illicitum; atque item ſcrupulos & formidinem injicere, citra Dei Verbum: neque iſta tentamus. Sed quid de illis, qui Præceptum aliquod Dei ſolvunt, & ſic homines docent? qui homines in peccatis, contra aliquod Dei Præceptum, ſecuros pergere ſinunt? Nobis obverſantur eſtata illa ſacra; Matth. v, 19. *Quiſquis ſolverit unum ex mandatis hiſce minimis, & ità docuerit homines, minimus vocabitur in* Regno *cœlorum.* 2 Tim. iv, 2, 3. *Prædica ſermonem illum; inſta tempeſtivè, intempeſtivè; argue, objurga; exhortare cum omni iræ cohibitione & doctrinâ. Nam erit tempus, quùm ſanam doctrinam non ſufferent: ſed auribus prurientes, ipſi ſibi ſecundùm ſuas illas peculiares cupiditates coacervabunt doctores.* Ezech. xxxiii, 8. *Cùm dixero*

improbo; improbe, omninò moriturus es; ſi non loquaris, monendo improbum, ut deſiſtat *à viâ ſuâ: ipſe improbus propter iniquitatem ſuam morietur; ſanguinem verò ejus è manû tuâ requiram.*

5. Quieſcere ab aliis operibus, eo modo & fine, quo exigit Præceptum Dei; atque adeò in quiete ſolennem Dei cultum præſtare, verè cultus eſt. Quies præciſè in ſe ſpectata, pro cultû Dei non eſt habenda; nec à nobis habetur.

6. Jejunium in extraordinariâ humiliatione noſtrî coram Deo, quatenùs intenſiori orationi ſervit, participat de ratione cultûs, etiàm ſub N. T. Vide *Matth.* VI, 7, -- 18. IX, 15. XVII, 21. 1 *Cor.* VII, 5. Jejunium in ſe certè cultus non eſt; ſed ad orationem & cum oratione, aliter ſe habet. Neſcio autem, quomodò Opponens iſta ſic conjunxerit, jejunare cùm oras; & jejunare ut crapulam diſcutias, vel morbum.

7. Quemadmodùm cum Pontificiis diſputandum eſt de ipſorum Traditionibus; ſic cum Judæis de Traditionibus Judaïcis; & utreque refutandæ ex Perfectione

one S. Scripturæ. Sed Traditionibus Judaïcis circa obſervationem Sabbathi, prorſùs non video, cur Chriſtiani deberent detineri; aut quorsùm ad eas remitterentur; vel quâ ratione hoc incommodum Opponens urgeat. Praxis quarti Præcepti, non minùs quàm reliquorum, ex SS. Literis peti poteſt, & debet, & ſolet.

XVII. Notiſſimum eſt, non omnia quæ εὐσχημόνως & κατὰ τάξιν fieri debent, ſpecialibus à Deo Præceptis eſſe determinata; ex. gr. quandò diebus Dominicis Conciones ſint inchoandæ præciſè? quot Conciones habendæ? quàm prolixæ, aut breves, debeant eſſe Preces? quæ horæ Catechizationibus impendendę? quibus horis quotidiè Precandum ſit, & domeſtici Catechizandi? quoties in hebdomadâ Congregationes Eccleſiaſticę ſint habendæ? quoties in hebdomadâ, vel in die, privatim legenda ſit Sacra Scriptura? quoties in anno adminiſtranda S. Cœna? quo die à nativitate, aut quâ horâ, Baptizandi ſint infantes? quo tempore definitè haberi debeant publicæ Supplicationes, vel dies Euchariſtici? Res illæ communi-

tes

ter præceptæ ſunt; ſed ſpeciales iſtas circumſtantias, & modos, non determinavit Deus. Libertati noſtræ applicationes & limitationes earum particulares permiſit. Undè nec ulli homini licet univerſales regulas dictatoriè pręſcribere; quę ab omnibus, & ſemper, & ubique in illis obſervari debeant. Sed vel ſinguli fideles, vel Patres familiarum, vel ſingulæ Eccleſiæ particulares, vel plures pariter Eccleſiæ propiorem aliquam unionem & correſpondentiam ſervantes, pro re natâ prudenter ad ædificationem ſalutarem iſta applicare ac determinare debent, pro ratione circumſtantiarum; Anteceſſoribus Eccleſiaſticis partes ſuas agentibus; Magiſtratû etiàm Chriſtiano in quibuſdam ſuas. Verùm alia eſt ratio ipſius Sabbathi hebdomadalis, à Deo pręſcripti, atque adeò omnibus communiter obſervandi; uti probatum ac defenſum eſt hactenùs.

XVIII. Quietem aliquandò concedendam familię & jumentis, ſi præciſè ſpectetur, ad poſteriorem Decalogi Tabulam eſſe referendam, fatemur: itemque cultui

Divino

Divino per totam vitam incumbendum. Verùm iſtis nihil obſtantibus, Deo tamen placuit, Præcepto iſto poſitivo mandare, ut hebdomadatim unus dies integer in ſtadio hujus vitę, quieſcendo ab operibus ſpecialis hominum vocationis ad negotia ſęcularia pertinentis, exercitiis ſolùm religionis, pietatis, & charitatis ſpecialis, tranſigeretur.

XIX. Determinationem certi alicujus *Loci*, in quo ſpeciales actûs Religionis ex prę ſcripto Dei eſſent peragendi, fateor non eſſe Juris Divini Naturalis & Immutabilis; imò nec Poſitivi Moralis: ab initio enim Legis latæ nulla talis determinatio facta eſt; nec in Decalogo per Moſen repetita; ſed ſolùm in ſpecialibus inſtitutis V. T. Conſequenter iſta determinatio in N. T. iterùm abrogata eſt; juxta *Joh.* IV, 21. 1. *Tim.* II, 8. Ac per naturam rei hoc duntaxat requiritur, ut locus aliquis per unamquamque Eccleſiam eligatur, ubi fideles pariter coëant, ἐπὶ τὸ αὐτό; 1 *Cor.* XIV, 23, 26. quemadmodùm neque pro N.T. Divinitùs determinatæ ſunt perſonę ſingulares, aut familiæ, undè eligerentur, vel

vel aſſumerentur, qui ordinarii publici Anteceſſores, Paſtores ac Doctores, forent; aliter item quàm in V. T. obtinuit. Verùm *Temporis* non nihil diverſa eſt ratio. Verbum Dei copioſè in nobis habitare debet, cum omni ſapientiâ; ſic nos mutuò docere & admonere debemus; *Col.* III, 16. quod quotidianum debet eſſe exercitium; *Deut.* XVII, 19. *Joſ.* I, 8. *Pſal.* I, 2. CXIX, 147, 148. *Act.* XVII, II. Unum tamen diem è cyclo ſeptenario placuit Deo ſpecialiter mandare, iſtiuſmodi exercitiis ſolummodò tranſigendum, aliis operibus tantiſper ſepoſitis: uti probatum. Quamvis exercitiorum ſingulorum, tùm privatorum, tùm publicorum, ordinem definitum; & horas ſic determinatè his vel illis in ſpecie impendendas, non præſcripſerit. Diei interim determinationem nequaquàm dicimus eſſe Juris ipſi Deo Naturalis & abſolutè Immutabilis; ſed ſolùm Poſitivi ac Liberi: cùm tantùm agatur de circumſtantiâ aliquâ Cultûs Divini; non de ipſo Cultû; minùs autem de Cultû naturali ſolummodò & præciſè. Moralem tamen agnoſcimus, ac Juris perpetui, ex hypotheſi ordinationis

nationis illius Divinæ; per quam etiàm alius dies definitus eſt pro N. T. quàm fuit ſub V. T. ſed intra eundem cyclum hebdomadarium.

XX. *Tempus* Cultûs Divini non partem, ſed circumſtantiam eſſe, agnoſcimus: circumſtantiam verò hanc, unius diei in circulo hebdomadali, Sabbathi poſt ſex dies operarios, Divinitùs etiàm determinatam, communiter quidem ipſâ Lege Morali; ſpecialiùs autem, quis dies jàm nobis habendus ſit feriatus, & Cultui Divino impendendus in iſto cyclo, expoſitum eſt ſatis in N. T. Vide ſup. cap. VIII, IX. *Quies* verò pręſcripta eſt; non quaſi per ſe Cultus Dei foret, vel ejus pars: ſed ut inſigne adminiculum, impedimenta removens; ſeriò interim obſervandum, quia Divinitùs pręſcriptum eſt. Nulli Creaturę tribuimus poteſtatem dictatoriè *Leges* figendi, quot horæ pręciſè, vel momenta ad clepſydram numerari, & huic Exercitio impendi debeant; aut quæ hora Lectioni, quæ Meditationi, quę Orationi, &c. danda. Sed ſecundùm Legem Dei urgemus, ut quemadmodùm ſex reliqui dies tribuuntur O-

petibus

peribus noſtris, ſiç ſeptimus dies ſeriò impendatur Cultui Divino, excluſis illis noſtris operibus. Quid in ſpecie agendum ſit cuique ſingulis horis, nequaquàm determinamus: Legem Libertatis & Prudentiam Chriſtianam iſtîc ſequendam, docemus.

XXI. Qui Sabbatho facit opera neceſſariæ charitatis ac miſericordię, non profanat Sabbathum; uti dictum in ſuperioribus: imò peccaret turpiſſimâ ſuperſtitione & hypocriſi, qui ejus prætextû proximum periclitantem deſereret; in cujus auxilio Deo ſervire poſſet ac deberet, juxta ipſius ordinationem. Quię enim tunc pręſtanda eſt λογικὴ λατρεία non excludit opera extraordinarię inevitabilis neceſſitatis; imò nec ordinarię charitatis ſpecialis ac miſericordię, tùm erga nos ipſos, tùm erga alios; quin & beſtias pro re natâ: imò iſta requirit potiùs: *Jac.* I, 27. *Matth.* XII, 2-- 12. *Luc.* XIII, 15, 16. XIV. 5. Ubi Servator nihil de novo inſtituit; ſed quomodò etiàm ſub V. T. Sabbathum obſervari debuerit, exponit, & probat. Deo igitur ad talia vocanti parendum etiàm eſt,

æquè

æquè ac aliàs in aliis actibus Religionis in ipſum Deum immediatè tendentibus; & quemadmodùm in V. T. ipſis Sabbathis parari quoque debuerunt, quæ ad Sacrificia Sabbathica requirebantur; *Matth.* XII, 5. Deum ſpectamus in proximo, qui ope tali indiget; idque juxta ipſius Dei Voluntatem: non proximum Deo præferimus. Si fortè ſervus domino ſuo immediatè pręſtet officium, atque interim ab ipſo jubeatur, ut ſepoſito tantiſper iſto officii genere, conſervo, aut jumento periclitanti, auxilium ferat; non dicendus erit ille ſervus conſervum, vel jumentum, domino ſuo pręferre. Talia igitur ad rectam Sabbathi obſervationem quoque pertinent ſecundariè: tantùm abeſt ut indè ſolidè concludi poſſit, Sabbathi obſervationem eſſe Cerimonialem; utpotè quę illis Moralibus cedere debeat.

XXII. De *operibus* autem, à quibus ceſſandum, ſatis planè loquitur ipſum Pręceptum; & moderationem adhibendam clarè expreſſit Servator, atque ex ipſo etiàm V. T. & naturâ rei deduxit apertè. Cum his ſi conferantur, facilè expedientur

tur ſpecialia illa Iſraëlitis propoſita, de Mannâ Sabbatho non colligendâ, aut coquendâ; non exeundo ad ejus collectionem; igne non accendendo in tabernaculis; lignis non colligendis, etiàm ſub pœnâ lapidationis: *Exod.* xvi, 23, 29. xxxv, 3. *Num.* xv, 32, & *ſeqq.* Scil. in illis caſibus non fuit extraordinaria pręſens neceſſitas, nec ordinariè neceſſaria charitas, aut miſericordia: & adhibitus eſt modus exigendi & ſanciendi conveniens iſti œconomiæ V. T.

XXIII. Sed *quærat aliquis*; An commodum & beneficium, propter quod eo die licita cenſentur multa opera ſervilia, commodum ſit, quo corpus duntaxat reficitur; ut eſt edere, bibere, dormire, &c. an verò etiàm illud, quo animus ejus benè afficitur; ut eſt mœſtum, laſſum, anxium, ægrum recreare, fovere, exhilarare. An etjàm in genere ea omnia ſint licita, quibus pręſentis hujus vitę animalis ſtatus melior & commodior efficitur? Si primum licet, cur non & ſecundum? cur non tertium?

Reſp. Procul dubio in illis licitum eſt, quantum exigit pręſens neceſſitas, aut ſuadet

det neceſſaria charitas: animus certè potior eſt corpore. Sed prudentia Chriſtiana ſuos limites reperiet facilè: neque progredietur à primo, ſecundo, tertio, in infinitum. Concionatori laſſo à Concionibus & Catechizationibus ſine dubio licet animum & corpus moderatè reficere: Sed quis non videt limites iſtic agnoſcendos? nec procedendum à primo fortè hauſtû vini, ad ſecundum, indè ad tertium, uſque in nimium; quod ſemper vertitur in vitium. Ægrum fovere, mœſtum recreare, quidni liceat? Sed ne ultra neceſſariam charitatem. Quid ſi enim iſto prætextû negligantur alia pietatis officia; quę præter neceſſaria illa charitatis officia, obſervari etiàm poſſent? quid ſi per unum ægrum, vel mœſtum, negligantur alii non minùs ſimili charitate noſtrâ indigentes? Nolim in his contentioſè diſputari; ſed piè & ſeriò coram Deo agi, quæ ipſe agenda præſcripſit non minùs apertè circa hoc Præceptum, quàm circa reliqua.

XXIV. Circa *quietem*, moderationem aliquam adhibendam docuit Servator ſatis manifeſtè; & nos indicavimus aliquoties

Ità ut minimè ſtatuamus hominibus interdicendum eſſe uſû earum rerum, quarum privatio vitam hanc reddit longè duriſſimam, & penè non vitalem. Deus miſericordiam & charitatem etiàm beſtiis præſtari vult iſto die; quantò magis hominibus, & vitę ipſorum, etiàm ſub V.T.? Si qui ſibi fingant inextricabiles ſcrupulos & quæſtionum nodos, non eſt quòd culpa in ſanctum hoc Dei Pręceptum rejiciatur; vel ejus Moralitas propterea in dubium vocetur: circa reliqua etiàm Pręcepta moveri poſſunt difficultates ſatis multę; & moventur reverâ, dùm plurimi paſſim diſputare malunt, quàm vivere. Conemur interim expedire quę nunc potiſſimùm occurrunt. Quod temporis ſpatium attinet; aliis diebus, per ſeriam diligentiam juſtamq; prudentiam, facilè cognoſcimus, quid operibus ſpecialis noſtræ vocationis in ordine ad pręſens hoc ſęculum oporteat nos tribuere: eadem verò prudentia percipiet ſatis, quandò & quomodò ratione tempeſtatum anni, noſtrarumque virium, æſtimandus & ſanctificandus ſit dies ſeptimus; qui illis ſex contradiſtinguitur. Noctem Sabbathi

bathi pervigilio tranſigendam, aut dormiendo propriè ſanctificari, neſcio dixiſſe quenquam. Pręceptum Dei ſaltem non dicit; neque adeò nos dicimus.

XXV. *Objiciat* aliquis; Fieri tamen poteſt, ut de temporis ſpatio, ejuſque partibus, incidat diſceptatio: Quid hîc privato cuique fideli agendum erit? An ſe Judicem interponet; ut definiat, quænam illarum ſententiarum ſibi potiùs ſequenda videatur? Quid ſi ſequiorem præponat veriori? An dicent bonam Intentionem hîc ſufficere?

Reſp. Faciendum idem, ſi caſus talis incidat, quod in quibuſvis aliis Controverſiis de fide & praxi Chriſtianâ. Paſtores juxta munus ſibi demandatum veritatem ex Verbo Dei doceant, & adſtruant ſedulò; Auditores verò illud Apoſtoli obſervent, 1 Cor. x, 15. *Ut intelligentibus loquor: judicate vos quod ajo.* Et 1 Theſſ. v, 21. *Omnia explorate: quod bonum fuerit retinete.* Neque majus periculum fingendum eſt circa quęſtiones de Sabbatho, ne illîc ſequiorem pręferant ſententiam; quàm circa alias quaſcunque. Gratia

Digitized by Google

Chriſti & Spiritûs Sancti Oves ejus regens ac ducens, non magis hîc eas deſtituet, quàm alibi; prout ſingula ad ſalutem noſtram, ac Dei gloriam, conducunt. *Eadem unctio docet vos de omnibus*; 1 Joh. 11, 27.

XXVI. Si *quis dicat*; Quòd nec attentionem ſuam ſemper homo habeat in poteſtate; nec efficere poſſit, ut ad libitum ſibi occurrant quæ oblectare eum poſſint in Domino; neque Spiritum & zelum ſibi, cùm vult, impertiri; neque facere ut Spiritus, qui ubi vult ſpirat, ſibi perpetuò preſto ſit, & ſoletur infirmitates ſuas. Ut multò tutiùs hæc exploratio ſui, cujuſque fidelis judicio, arbitrio, & libertati, committatur; ut qui ſolus ſcire poſſit, quid hîc valeant humeri, quid ferre recuſent. Nam idem penſum omnibus injungere, & citra diſcrimen omnes ſub eandem regulam cogere, & eandem animi contentionem in hiſce exercitiis promiſcuè exigere, quid aliud foret; quàm omne inter infantes, adultos, & perfectos, diſcrimen tollere; & deſperatione faciendi mandatum, occul-

tam

tam præcepti prævaricationem ſuadere, & manifeſtam hypocriſin ſtabilire.

Reſp. Ob noſtram infirmitatem & impotentiam, non debet colligi, Deum non præcepiſſe Lege ſuâ Morali ea, quæ nos perfectè implere non poſſumus: quaſi Lex Moralis attemperata eſſet viribus noſtris in defectuoſo vitæ hujus ſtatû. Eâdem ratione probaretur æquè facilè nec primum Præceptum, nec ultimum, nec intermedia eſſe Moralia; neque officia determinatè præſcribere: quæ utique prorſùs abſurda foret collectio. Vide Catecheſin Belgicam, qu. 9, & 115. Regenitorum & ſanctorum ſui ſunt gradûs: in praxi pietatis inæquales ſunt infantes, adoleſcentes, adulti; ſed norma eadem, & communia eadem officia. Nullum eſt Præceptum, de quo ſperare debeamus, nos ipſum in hâc vitâ perfectè eſſe impleturos: neque tamen recurrendum vel ad occultam Præcepti prævaricationem, vel ad manifeſtam hypocriſin; ſed ad ſeriam noſtrî coram Deo humiliationem ex tantę imperfectionis conſcientiâ, & ad aſſiduum miniméque ſimulatum proficiendi ſtudium.

Digitized by Google

XXVII. Non igitur hoc pacto grave & δυσβάστακτον jugum Moſis, denuò imponimus cervicibus Diſcipulorum Jeſû Chriſti; qui liberati ſunt à condemnatione Legis Moralis, ab onere omnium Cerimoniarum typicarum V. T. durâque illâ pædagogiâ. *Gratia & Veritas per Jeſum Chriſtum præſtita eſt*; Joh. 1, 17. qui conſequenter *jugum* ſuum *facile*, *& onus* ſuum *leve* pronunciat, Matth. XI, 30. quemadmodùm etiàm Johannes I, V, 3. *Mandata eius non ſunt gravia.* Promiſſis enim & conſolationibus Euangelicis ſuaviter invitantur & excitantur fideles; & Spiritû gratię, adoptionis, ſanctificationis, ac libertatis ità reguntur, ut ſint populus voluntarius; *Pſal.* CX, 3. cujus oblectatio in Lege Dei; *Pſal.* I, 2. CXIX, 6, 24, 47, 77, 92, 97, 103, 174. XL, 9. *Rom.* VII, 22. neq; ſolùm in reliquis Pręceptis, ſed ſpecialiter etiàm in quarto; juxta illud *Jeſ.* LVIII, 13, 14. *Si averteris à Sabbatho pedem tuum, ne facias id quo delectaris die ſancto meo; & vocaveris Sabbathum delicias, &c. Tunc oblectabis te in Jehovâ, &c.* Sic ergò non gravia, ſed ſuavia ſunt nobis Præcepta

Digitized by Google

pta Dei. Craſſa quædam, & velut corporea ſanctitas, & carnalis atque externa pietas, quę dicitur conſiſtere in anxiâ, moroſâ, & ſcrupuloſâ ab omni opere ſervili abſtinentiâ, fateor, ſine ſpiritû regenerationis præſtari poteſt, abſque pio motû cordis, & ſępenumerò ex merâ ſuperſtitione & hypocriſi. Scil. quemadmodùm Verbum Dei ſępenumerò legi atque audiri poteſt, & Sacramenta uſurpari, Magiſtratui ſua obedientia pręſtari, Pauperibus eleëmoſynæ dari, &c. abſque Spiritû regenerationis, ſine pio cordis motû, adeóque ex merâ ſuperſtitione & hypocriſi. A regenitis & ſanctificatis planè aliter iſta procedunt. Neque eò minùs officia iſta Moralia putanda ſunt; quòd ab aliis fiant ſolùm externè. Ceſſatio ab omni opere ſervili, & oblectamento carnali, non ſic urgeri debet; ut negligatur ſpiritualis praxis veræ ſanctimoniæ: imò nec urgeri debet propter ſe; ſed tanquàm conditio & adminiculum Exercitiorum privatorum & publicorum ſic præſtandorum. Longiſſimè igitur abeſt hæc doctrina, ab hominibus in illam opinionem inducendis, quaſi egregiè

Digitized by Google

gregiè ſuo munere functi ſint, ſi derelicto veræ pietatis & ſanctimoniæ ſtudio, totos ſe dedant ſcrupuloſæ & omnimodæ ab omni opere ceſſationi; atque quia illam à propriâ induſtriâ, attentione, & labore ſibi conciliare poſſunt, ut relictis veris Spiritûs fructibus, huic unicè vacent. Medium requirimus, propter finem: occaſionem, & conditionem ſine quâ non, propter ipſum opus principale: quietem illam, propter ſpiritualia exercitia veræ pietatis & ſanctimoniæ. Iſtiuſmodi verò conſequentiis ex accidentali hominum abuſû, nihilo magis gravari debet praxis Sabbathi; quàm praxis ſacræ Lectionis, Auditionis, Precationis, Sacramentorum, &c.

XXVIII. *Inſtat Opponens*: Sed an non videt; ſe hæc (de licitis operibus inevitabilis neceſſitatis, & ſpecialis charitatis ac miſericordiæ) admittendo, non poſſe in quiete illâ externâ collocare partem aliquam amoris Dei, ut non facere opus ſuum, ſit amare Deum? Aliàs quomodò amor Dei poſtponi poſſet in tam multis caſibus amori proximi; imò affectui illi, quo juſtus

ſtus etiàm miſeretur jumenti ſui? Certè præcepta ſecundæ tabulæ ſemper cedere debent præceptis primæ tabulæ, ſi ſimul ſervari nequeant. Charitas ergò proximi ſemper cedere debet amori, quem debemus Deo. V. gr. nullius hominis amor tantùm valere apud nos debet, ut ad illum vel liberandum periculo, vel eximendum incommodo, alium Deum adoremus, vel ad Imagines proſternamur, vel nomen Domini temerè uſurpemus. At licet tamen proximi gratiâ, etiàm jumenti, aliquandò violare Sabbatum, vel ſaltem non ſervare. Quę cauſa alia eſſe poteſt, quàm quòd in externâ illâ quiete, non eſt illa expreſſio amoris Dei, quæ eſt in præcedentibus? Ideò ergò quia Sabbatum externum eſt rei melioris typus & figura, potuit ſignum aliquandò omitti, ut res ſignificata per illud tantò meliùs adimpleretur. Atque ità æquum eſt Cerimoniam cedere charitati.

Reſp. 1. Quieſcere ab opere ſuo quotidiano non eſt amare Deum. Rectè. Sed in quiete illâ Deum ſanctificare, eſt ipſum amare; atque ſic ejus Præceptum Morale, & quidem prioris Tabulæ.

2. In operibus illis pręſentis neceſſitatis, & ſpecialis charitatis ac miſericordiæ, præſtatur etiàm actus aliquis imperatus Amoris Divini: Deum enim amantes, ipſique obedientes, facimus opera talia etiàm Sabbatho; certò perſuaſi, talem eſſe ipſius voluntatem.

3. Regula iſta, ut Præcepta poſterioris Tabulæ cedant Præceptis prioris Tabulæ, ſi ſervari nequeant ſimul, obtinuit etiàm ſub V. T. atque eo tempore, quo Chriſtus in terrâ vixit Legi Divinæ ſubjectus, eamque explicans, vindicans, ſervans fideliter. At verò tunc talia opera Sabbathis licita fuiſſe dòcuit Servator ſatis apertè. Nos majori hîc difficultate non urgemur, quàm fœderati V. T. atque Chriſtus, & ipſius Diſcipuli. Quódſi contra Chriſtum iſtam Regulam urgerent etiàm hodiè Judęi; quid pro Chriſto reſponſurus eſſet Opponens? Nos facilè expediemus difficultatem, dicendo, quòd iſta Regula ſolùm habeat locum in actibus tùm prioris, tùm poſterioris Tabulæ, ubi conferuntur actûs eliciti cum elicitis, imperati cum imperatis, interni cum internis, externi

externi cum externis, principales cum principalibus, &c. ſervatâ proportione idoneâ: Sed extra proportionem iſtam non procedit Regula. Ex. gr. ſi quis eo tempore, quo ſolet Deum precari, ſive ſolus, ſive cum familiâ ſuâ, audiat filium, vel familiarem, vel alium quemcunque hominem, vel etiàm jumentum ſuum, cecidiſſe in foveam, ibique periclitari; an non pro iſto tempore actus ille precationis videretur omittendus, dùm ſuppetiæ ferrentur periclitanti? Si quis audiat Concionem in cœtû Eccleſiaſtico, atque interim ei nuncietur, domum ſuam ardere; an non intermittenda auditio iſtâ vice? Similiter de Sabbatho docuit Servator. Non ideò propriè, quòd eſſet rei melioris typus ac figura: ſed quia caſus præſentis neceſſitatis, aut ſpecialis charitatis & miſericordiæ, propinquior eſt dilectioni proximò debitæ propter Deum, quàm omiſſio talium operum foret dilectioni ipſius Dei: illìc enim eſt actus principalis dilectionis proximi; hìc adminiculum & conditio requiſita ad benè eſſe quorundam actuum dilectionis Dei, atque ità aliquid

minùs principale. Proximum in iſtis caſibus negligere, directè adverſaretur dilectioni ipſius: ſed Sabbathi quietem quodammodò turbare, non ſic adverſatur dilectioni ipſius Dei: imò potiùs dilectio Dei hoc exigit, ut tali caſû ſic proximo ſuccurramus propter ipſum. Nec ſublatâ vel imminutâ Sabbathi quiete, prorſùs tollitur vel imminuitur neceſſariò ejus ſanctificatio.

CAP. XIV.

Collatio ſententiæ Socinianorum de quarto Præcepto. Mutilatio Decalogi. Morale quarti Præcepti. Diſtinctio Præceptorum. Conſenſus Theologorum. Concluſio operis.

I. ORthodoxi contra Socinianos nominatim aſſerere ac defendere ſolent, quartum Decalogi Præceptum in ſpecie non eſſe prorſùs Cerimoniale, atque adeò ſublatum cum reliquis Cerimoniis; ſed eſſe Morale quoad rem principalem. Sic è pluribus diſputantem audivimus *Nic. Arnoldum* contra Cathecheſin Racovianam, ſup. Cap. VIII. th. 8. Nunc

addo

Digitized by Google

addo *Henr. Flockenium* in Theologiâ Elencticâ Diſp. XXI. Tit. de Sabbatho; primò, *contra Socinianos ſeu Ne-Arianos.* Præce-
„ ptum de Sanctificando Sabbatho peni-
„ tùs abrogatum in N. T. non eſt; contra
„ *Catechiſmum Racovienſem Germanicum*,
„ Art. de Prophetico Chriſti officio Cap. I.
„ pag. 189 ubi docet: *Sabbathum unà cum*
„ *reliquis V. T. Cerimoniis antiquatum eſt* ---
„ & contra *Smalcium* de Divin. Chriſti,
„ Cap. 5. pag. 20. -- Nam, 1. in lege de Sab-
„ batho *duo* ſunt; *generale* quiddam, & *ſpe-*
„ *ciale. Generale* eſt, ut, quamvis toto vi-
„ tæ tempore ſtudendum ſit pietati, *certus*
„ tamen *dies*, *à Deo definitus*, eligatur, qui
„ *ſepoſitis operibus ſervilibus, non tantùm pri-*
„ *vato, ſed etiàm publico nominis Divini cul-*
„ *tui, religioſè impendatur.* Et hoc ſenſû Sab-
„ bathum verè eſt *ſignum* לעולם *in ſæculum*,
„ Exod. XXXI, 16, 17. Et *omnes omninò ho-*
„ *mines obligat.* Hinc Deus dedit Miniſtros
„ Eph. IV, 11, 12. Qui jubentur audiri, &
„ neceſſarium eſt ut tempus ſit, quo plebs
„ de myſteriis erudiatur, & cultus publi-
„ cus, per quem Eccleſia in mundo ſemper
„ aliquo modo ſit conſpicua, conſervetur.

„ *Speciale* verò, quòd hæc nominis Di-
„ vini publica profeſſio reſtringatur ad di-
„ em à creatione ſeptimum à veſperâ in
„ veſperam celebrandum cum inhibitio-
„ ne accendendi ignem, coquendi cibum,
„ &c. Nec ſine ſeriâ & ſanctâ meditati-
„ one liberationis è ſervitute Ægyptiacâ.
„ Quo ſenſû Sabbathum nos non obli-
„ gat, —.

„ *Præceptum de Sabbatho merè Ceremo-*
„ *niale non eſt*; nam 1. *Præceptum quar-*
„ *tum eſt pars Decalogi*, in quo nihil merè
„ Ceremoniale præcipitur, quùm *lex Deca-*
„ *logi* ſit *lex moralis & æterna*, uti Deut.
„ x, 4. eadem lex duabus tabulis à Deo in-
„ ſcripta, & *decem verba* (*non novem tan-*
„ *tùm*) complecti aſſeritur. Cui ſcriptioni
„ externæ ab Ap. Paulo opponitur *inſcri-*
„ *ptio per Spiritum Sanctum in cordibus*
„ *carneis*, 2 Cor. III, 3, 7. Quæ inſcri-
„ ptio interna continet *novum hominem*
„ *qui ſecundùm Deum conditus eſt in juſtitiâ*
„ *& ſanctitate verâ*: ac proindè inſcriptio
„ illa per Spiritum S. complectitur ean-
„ dem juſtitiam & ſanctitatem internam,
„ quam *lex Decalogi in decem illis verbis*
exter-

Digitized by Google

„ externè quidem præſcribebat, ſed cor-
„ di inſcribere non potuit; quia Spiritûs S.
„ efficaciâ deſtituebatur. Undè lex illa tota
„ *Miniſterium mortis & condemnationis*; Eu-
„ angelium verò Miniſterium Spiritûs ac
„ juſtitiæ, 2 Cor. III, 8, 9. nuncupatur. 2.
„ Demonſtratur *totius hujus Legis Morali-*
„ *tas & perpetuitas*, ex formâ legis, quam
„ Chriſtus proponit Matth. XXII, 37. *Di-*
„ *liges Deum tuum ex toto corde tuo*, &c. *Pro-*
„ *ximum ſicut te ipſum:* quæ ſumma totius
„ Legis Moralis eſt, à quâ *nemo quartum*
„ *Præceptum niſi abſurdè excluſerit*: quem-
„ admodùm nec à maledictione, quæ Le-
„ gi annectitur, (Gal. III. *Maledictus qui*
„ *non manſerit in omnibus, quæ ſcripta ſunt.*
„ 3. Ex Jac. II, 10. *Quiſquis totam legem*
„ *ſervaverit, offenderit autem in uno, omni-*
„ *bus tenetur:* quod pronunciatum Apo-
„ ſtolus Chriſtianis, ad quos ſcribit, &
„ quos Fratres appellat, applicat; Cujuſ-
„ que veritas conſtare nequit, niſi & illud
„ ſub N. T. de quarti Præcepti tranſgreſſi-
„ one locum habeat. Alioquin enim ſi in
„ hoc Præcepto nihil Morale ſit, qui illud
„ non ſervârit is non eſſet reus violatę le-

„gis ; ſed potiùs Legis ejus rectus obſer-
„vator, & Libertatis Chriſtianæ verus aſ-
„ſertor. 4. Ex ipſis Præcepti *verbis*, *rati-*
„*onibus*, & *fine*. Nam inter *verba* hujus
„Pręcepti *plurima non ſunt* Ceremonialia,
„ſed Moralia; qualia ſunt, *ſex dierum ope-*
„*ratio*, quæ hoc Præcepto conceditur, &
„ad ſolam Ceremoniam referri non po-
„teſt; neque ergò ſeptimi diei exemptio
„ad ſolam Ceremoniam referenda eſt.
„*Sanctificatio* ipſa, quę hoc die præcipitur,
„Ceremonia non eſt ; quia ea per Chri-
„ſti mortem eſſet abolita, ac proindè nul-
„lus dies, nobis Divino cultû, eſſet ſancti-
„ficandus; quandoquidem Ceremonialia
„in uſum reducere nefas eſt. Sicuti Cir-
„cumciſio octavo die olim celebranda,
„nullo nunc die in uſum apud Chriſtia-
„nos revocari poteſt. Tùm etiàm *quies* &
„reſpiratio (ut loquitur Deus *Deut*. v.)
„*filiorum*, *ſervorum*, *jumentorum*, &c. me-
„rè Ceremonialis non eſt, ſed manifeſtò
„Morale objectum in ſe continet. Sicuti
„quoque *exemplum Dei quieſcentis ab ope-*
„*ribus ſuis* , *&* *memoria creationis rerum*,
„& ſimilia ad ſolam Ceremoniam, quæ
umbra

„ umbra rerum futurarum eſt, aut Chri-
„ ſtum ut corpus ſuum reſpexit, referri non
„ poſſunt. Quemadmodùm & *finis proxi-
„ mus*, nempè cognitio ac celebratio Dei
„ creatoris, & conſideratio ſeria operum
„ creationis ac redemtionis, ad Ceremo-
„ niam referri non poteſt. Quùm ergò hęc
„ omnia merè Ceremonialia eſſe non poſ-
„ ſint, evidenter conſequitur, *ipſum hoc
„ quartum Præceptum inter merè Ceremoni-
„ alia cenſendum non eſſe.* Cui accedit o-
„ mnium *Gentium conſenſus*, qui tempus a-
„ liquod cultui ſuorum Numinum ſemper
„ præſcripſerunt. *Clemens Alexandrinus* lib.
„ 5. Stromatum ſcribit; *Septimum ſacrum
„ diem, non tantùm Hebræi, ſed etiàm Græ-
„ ci nôrunt. Euſebius* Præpar. Euang. lib.
„ 13. idem affirmat; idque ex *Platone*,
„ *Heſiodo*, *Homero*, *Callimacho*, & *Solonis
„ Elegiis* probat. Sic *Philo Judæus* Lib. 2. de
„ Vitâ Moſis: --- ità & *Joſephus* lib. 2. ad-
„ verſus Appionem circa finem libri ex-
„ preſſè teſtatur; -- Idem apertè quoque
„ teſtatur antiquiſſimus ſcriptor Theophi-
„ lus Antiochenus Patriarcha lib. 2. ad
„ Autolycum. -- *Chriſtiani ad Sabbathi, ſeu*

„ *diei*

„ *diei Dominici obſervationem neceſſariò ob-*
„ *ligati ſunt; non autem huius diei cultus ar-*
„ *bitrarius eſt*: contra Catechiſmum Ra-
„ cov. Germ. Cap. I. art. de Prophetico
„ Chriſti officio, p. 189. Nam 1. Deus
„ Sabbathi Sanctificationem ſeriò & ſe-
„ verè mandavit, Exod. xx. xxiii. Levit.
„ xix. xxiii. xxvi. - 2. Graves pœnæ
„ manent tranſgreſſores Sabbathi; Num.
„ xv, 35. Jerem. xvii, 27. 1 Cor. xi, 30.
„ Ezech. xxii, 8. 3. Ipſa æquitas poſtulat
„ ut aliquis in ſeptimanâ dies neceſſariò
„ impendatur publico Dei cultui, *niſi pe-*
„ *nitùs expunctum velimus ex Decalogo Præ-*
„ *ceptum de Sanctificatione Sabbathi.* Alius
„ autem dies ſancto huic operi tutiùs aſſi-
„ gnari non poteſt, quàm quo Eccleſia A-
„ poſtolica ad Deum religioſè colendum
„ convenire ſolita fuit, Act. xx, 7. 1 Cor.
„ xvi, 1, 2. Apoc. i, 10.

„ Nec magni ponderis eſt, quod hîc
„ *Sociniani objiciunt.* 1. *Parem eſſe ratio-*
„ *nem obſervationis diei Dominicæ, & diver-*
„ *ſitatis ciborum*, Rom. xiv, 5, & ſeqq. Si-
„ quidem hoc loco Judaïca Sabbathorum
„ obſervatio damnatur: quod liquet, tùm
„ quòd

„ quòd jungatur cum obſervatione Sab-
„ bathorum ſelectio certorum ciborum,
„ Rom. XIV, 5, & ſeq. tùm quòd ſermo
„ ſit de illâ dierum æſtimatione quâ offen-
„ debantur Chriſtiani, Rom. XIV, 1, &
„ ſeqq. *Hac verò diei Dominicæ obſervationi*
„ *accommodare qui volet*, infantiam ſuam,
„ aut, ſi mavis, malitiam, nimiùm prodit.
„ Nam nec die Dominicâ certi cibi uſur-
„ pantur, nec die Dominicâ ab Eccleſiâ
„ Apoſtolicâ offendi poſſunt Chriſtiani.
„ II. *Ad egena mundi elementa regredi hos*,
„ *qui dies certos obſervant*, Gal. IV, 10, 11.
„ Verùm hoc loco de illâ tantùm dierum
„ obſervatione agitur, quæ evacuat Euan-
„ gelii efficaciam. Jàm verò diei Domini-
„ cæ obſervatio virtutem ſeu efficaciam
„ Euangelii non evacuat; Aliàs Apoſtoli-
„ ca Eccleſia eam obſervâſſet. (Lege, non
„ obſervâſſet). III. *Non eſſe damnandum*
„ *quenquam reſpectû feſti, novilunii, aut*
„ *Sabbathorum, quæ ſunt umbra rerum futu-*
„ *rarum*; Col. II, 16, 17. At hîc diſſerit
„ Apoſtolus de Sabbathis, quæ ſunt um-
„ bra rerum futurarum; dies autem Do-
„ minica non eſt umbra rerum futurarum;
„ ſed

„ ſed rei præteritæ, videlicet glorioſæ re-
„ ſurrectionis Chriſti è mortuis, grata re-
„ cordatio eſt.

II. Similiter *Sam. Mareſius* contra Volkelium de verâ Relig. lib. 2. c. 15.
„ Non eadem omninò ratio Sabbathi,
„ quæ aliorum Feſtorum: Nam in obſer-
„ vatione illius apud Judæos debemus
„ *tria diſtinguere*; 1. id quod erat Ceremo-
„ niale & typicum; 2. id quod erat ſuper-
„ ſtitioſum & adventitium; 3. id quod e-
„ rat *Morale & perpetuum*. Ad *primum* per-
„ tinebat 1. determinatio ſeptimæ diei; 2.
„ commemoratio in illâ quietis, quam
„ Deus populo ſuo præſtitiſſet; 3. ceſſatio
„ ideò ab omni opere ſervili ſub graviſſi-
„ mâ pœnâ. -- Ad *ſecundum* ſpectârunt va-
„ riæ deuteroſes Judæorum, quibus o-
„ nus ſatis grave per ſe ſcrupuloſitatibus
„ ſuis inanibus, quaſi datâ operâ, aggra-
„ vare ſtuduerunt. -- Ad *tertium* deni-
„ que, in obſervatione Sabbathi ſpectan-
„ dum, pertinuit, quòd *Decalogo præcipuæ*
„ *Legis parti, quæ cæteroqui ex Moralibus*
„ *Præceptis tota conſtat*, inſerta ſit; ut *Mo-*
„ *ralis & perpetuæ obſervationis ſit unius è*
„ *ſeptem*

,, *ſeptem diebus ſanctificatio ad cultum Dei*
,, *publicum & exercitia pietatis, imò & cre-*
,, *ationis utriuſque primæ & ſecundæ com-*
,, *memorationem*: Nam ſana ratio id di-
,, ctitat, & Deum eſſe colendum, & tem-
,, pus ſpeciale illi uſui eſſe deſtinandum,
,, & nihil eſſe convenientius, quàm ut in
,, eo ſervetur id quod viguit ab initio, et-
,, jàm in ſtatû innocentiæ, per delectum
,, unius diei è ſeptem, qui ſacris pietatis
,, exercitiis conſecretur. Ideò *plerique*
,, *Theologi Chriſtiani id hactenùs Morale &*
,, *perpetui juris agnoverunt in quarto Deca-*
,, *logi Præcepto, ut intra circulum ſeptem di-*
,, *erum, unus ad Dei cultum ſanctificetur*:
,, quâ de re videantur Rivetus *de Orig.*
,, *Sabbathi*, Walæus *de Sabbatho cap.* 3.
,, *&* 5. Author anonymus libri qui inſcri-
,, bitur *Dies Dominica lib.* 1. *c.* 9. *&* 10.
,, & alii plurimi. Per Chriſtum igitur ſu-
,, mus liberati tùm à præciſâ obſervatione
,, ſeptimæ diei, *Col* II, 16. *Gal.* IV, 10.
,, tùm à ſcrupuloſâ & ſuperſtitioſâ nimis
,, ceſſatione ab omni opere ſervili, Rom.
,, XIV, 5. Gal. V, 1. Sed tamen *manet ob-*
,, *ligatio ad unum è ſeptem conſecrandum*

,, *publicis*

,, *publicis conventibus & ſacris exercitiis,*
,, *imò & quieti politicæ ab ordinariis labo-*
,, *ribus*; nam *quod caret alternâ requie dura-*
,, *bile non eſt ;* Is verò *per Chriſtum & A-*
,, *poſtolos delectus eſt primus ſeptimanæ ,*
,, qui *dies Solis* vulgò dicitur, tàm in me-
,, moriam reſurrectionis Chriſti, quàm ad
,, diſcernendos Chriſtianos à Judæis: Ac
,, ſicut *hæc praxis fuit continua in Eccleſiâ*
,, *Chriſtianâ ab Apoſtolorum obitû, ità etiàm*
,, *ab ipſis viventibus fuit introducta*, ut pa-
,, tet ex Act. xx, 7. 1 Cor. xvi, 1, 2. & i-
,, ſte ipſe dies ideò *Dominicus* per illos ap-
,, pellatus, Apoc. 1, 10. Nec video quî *au-*
,, *ſint Sociniani omnem quarti Præcepti Mo-*
,, *ralitatem impugnare*, cùm fateantur il-
,, lius obſervationem inſertam *Decalogo,*
,, *præcipuæ legis parti*, *quæ cæteroqui ex Mo-*
,, *ralibus Præceptis tota conſtat:* Sanè non
,, conſtabit Decalogus *totus* ex Moralibus
,, Præceptis, ſi unum ex illis decem merè
,, Ceremoniale fuerit, & nihil Morale ac
,, juris perpetui habuerit. Imò nulla poſſet
,, fingi ratio, cur ſtreperet anſer inter olo-
,, res, & merè Cerimonialis obſervatio, in-
,, ſerta fuiſſet illi parti legis, quæ cætero-

,, qui

Digitized by Google

„ qui ex Moralibus præceptis tota conſtat.
„ Addo quòd ad Ceremonias Judæorum
„ obſervandas nullo modo tenebantur
„ proſelyti domicilii, ſive peregrini habi-
„ tantes in eorum portis, prout ad Sabba-
„ thi obſervationem expreſſo Dei manda-
„ to obligantur. Quin ipſimet Judæi per-
„ tendunt, ſolos quidem Iſraëlitas obliga-
„ tos fuiſſe ad cultum Sabbathi, ſed tamen
„ reliquas gentes adſtrictas fuiſſe ad illius
„ recordationem, ut videre eſt apud Me-
„ naſſeh Ben Iſraël *problem.* 8. *de Creat.*
„ Nec defuerunt inter ipſos Ethnicos ob-
„ ſcura quædam veſtigia illius recordatio-
„ nis; quæ ex Lino, Callimacho, Heſio-
„ do, jàm olim collegerunt & obſervârunt
„ Clemens Alexandr. *Strom.* 5. & Euſe-
„ bius *de Præpar. Euang. lib.* 13. *c.* 17.
„ Quin ipſe Tertullianus de Ethnicis re-
„ fert, quòd diem *Saturni otio & victui de-*
„ *cernebant*, *Apol.cap.* 16. *& lib.* 1. *ad Gen-*
„ *tes cap.* 13. *Qui Solem & ejus diem nobis*
„ *exprobratis, agnoſcite vicinitatem: non*
„ *longè à Saturno & Sabbathis veſtris ſu-*
„ *mus.* & Theophilus Antiochenus ad
„ Autolycum *lib.* 2. monet diem ſepti-
„ mum

„ mum *inter omnes mortales* celebrem eſ-
„ ſe, etſi de illius celebritatis cauſâ magna
„ ſit ignorantia apud pleroſque.

III. *Opponens* conatur ſe expedire hoc modo: Quòd Sociniani *Sabbatum* Judæis mandatum dicunt Cerimoniale, habent commune cum Paulo, Athanaſio, multiſque viris doctis, & omnibus Chriſtianis, qui non ſabbatizant cum Judæis; item cum omnibus, qui Dominicam cenſent celebrandam in libertate Chriſtianâ. Nam contraria ſunt ociari in libertate Chriſtianâ, & ociari propter præceptum. Sed cum illis non habent commune, ut abnegent propriam juſtitiam, habeant fidem in Chriſtum, agnoſcant exſpectationem eorum, qui fuerunt ſub V. T. & liberationem ab accuſatione legis per Chriſtum factam; quam ſanctificationis partem excellentiſſimam ſignum Sabbati promittebat. Id non ipſorum, ſed noſtrum eſt. Ità ipſis relinquimus opinionem, quâ ſtatuunt, nullam rationem eſſe, quare diem Dominicam in precio habeamus. Quaſi aut recordatio illa reſurrectionis Chriſti per nomen κυριακῆς ἡμέρας non

magni

Digitized by Google

magni momenti ſit, aut conſuetudo univerſalis conveniendi in nomine Chriſti poſſit mutari, aut congregatio Chriſtianorum ſit contemnenda, aut non debeamus ad illam & illo die & per totam ſeptimanam nos parare. Cirellus h. e. Crellius Socinianus in Ethicâ Chriſtianâ lib. 2. c. 7. p. 212. cauſam dicit, cur Deus Cerimoniale præceptum de Sabbato inſeruerit Decalogo; quia Deus voluerit legis imperfectionem denotare, adeóque ſignificare, legem Moſaïcam aliquandò ceſſaturam. Quod longiſſimè à veritate abit. Potiùs enim in illâ Cerimoniâ dicimus eſſe confeſſionem perfectionis legis; quia damnationem operum propriorum & propriæ juſtitiæ in eâ contineri dicimus. &c.

Reſp. 1. Sabbathum hebdomadale in univerſum fuiſſe Cerimoniale, non dixit Paulus, non Athanaſius, non Catecheſis Belgica, non Synodus Nationalis, non plurimi Theologi Orthodoxi, non ſpeciaiùs Socinianorum Antagoniſtæ.

2. Nec iidem dixerunt, totius diei Dominici ſanctificationem eſſe obſervan-

dam

dam ſolummodò in libertate Chriſtianâ; non propter Præceptum.

3. Alia eſt diſputatio cum Socinianis, An Fideles V. T. habuerint fidem in Chriſtum; an iſti fidei ſubſervierint Cerimoniæ typicæ; an per illam fidem fideles etiàm tunc fuerint juſtificati, abnegatâ juſtitiâ propriâ? alia; An quartum Præceptum fuerit duntaxat Cerimoniale; atque adeò in N. T. ſit abrogatum. Videndum autem erat de poſteriori iſtâ controverſiâ; deque convenientiâ cum Socinianis, an diſcrepantiâ ab iis.

4. Recordatio reſurrectionis Chriſti per nomen κυριακῆς ἡμέρας, univerſalis conſuetudo Eccleſiæ, congregatio Chriſtianorum, præparatio ad eam, quid faciunt ad Moralitatem quarti Præcepti; niſi ſtatus aliquis dies ſolenniori cultui Divino tribuendus ſit, κυριακὴ ἡμέρα ſub N. T. obſervanda, Apoſtolica & ἔγγραφος illa conſuetudo retinenda, ſic congregatio Chriſtianorum frequentanda, juxta Præcepti illius applicationem ad N. T.

5. Damnatio operum propriorum, quam Opponens ſtatuit in ceſſatione ab opere

opere aliàs licito & utili, longè illuſtrior fuit in aliis typis V. T. Vide *Hebr.* x, 2, 3, 4. Neque illa quartum Præceptum magis facit Morale, quàm Præcepta de reliquis Typis. Sic Opponens, quantum ad hanc controverſiam, non oſtendit ſe diſcrepare à Socinianis.

IV. Si autem duntaxat Cerimoniale fuit quartum Præceptum, & conſequenter abrogatum, pro Decalogo nobis reſtabit ἐννεάλογος; novem ſolummodò Præcepta Moralia. Vide ſup. cap. VI, th. 1. *Opponens dicit*: Nos--Decalogum accipimus ut ſtipulationem *fœderis* gratię Iſraëlitis propoſitam; ſive ut formulam converſionis ad Deum per fidem promiſſionis de ſanctificatione in futurum præſtandâ. Quę formula complectitur etiàm ſignum, quo cognoſcebatur, quòd Deus eſſet paratus Iſraëlem ſanctificare. Præceptum verò de ſigno omninò poſtulat fidem ſignificati. Et ſine fide ſignificati nullo modo ſanctificabatur ille dies per ceſſationem. Igitur, qui fidem ſignificati retinet, & ejus veritatem agnoſcit, ſignum autem non ampliùs uſurpat, tan-

quàm requirens adhùc, & exſpectans & ſitiens veritatem, is reverâ ſabbatizat; neque eliminat hoc verbum, ſed meliùs & feliciùs ſervat in bonâ eâdemque per Chriſtum tranquillatâ conſcientiâ. Quemadmodùm enim, qui in Chriſto circumciſus eſt circumciſione non manuali, circumciſus eſt, neque poteſt dici *præputiatus carne & corde*; &c. ità, qui quietem à Chriſto datam agnoſcit, laſſo quietem dat, jugum non imponit, &c. ſed de Sabbato in Sabbatum, de numeniâ in numeniam venit, ut adoret Dominum in incorrupto eodemque manſueto & tranquillo Spiritû, is Deo Sabbatizat.

Reſp. 1. Decalogum non rectè dici ſtipulationem Fœderis gratię Iſraëlitis propoſitam, ſive formulam converſionis ad Deum per fidem promiſſionis de ſanctificatione in futurum præſtandâ; ſed complecti communem & perpetuam normam morum vivendi, oſtenſum eſt ſup. cap. VI, th. III, & ſeqq.

2. Juxta explicationem Opponentis, nunc Præceptum de Sabbatho non aliter ſervatur, quàm Præceptum de Circumciſione,

ciſione, de Numeniâ, reliquiſque Typis V. T. quæ certè abrogata ſunt, manente ſolùm obligatione ad rem ſignificatam fide agnoſcendam, & apprehendendam. Conſequenter, juxta Opponentem, cùm perindè facta ſit abrogatio illorum omnium, non ſuperſunt niſi *novem Præcepta Moralia*; *Ennealogus* pro *Decalogo.*

V. Verùm *Opponens* duplex *Morale* eſſe *dicit*: 1. quod ex ſolâ lege operum pendet; ſive quod pertinet primò & per ſe ad opera, quæ qui facit vivit in eis. 2. quod poſt peccatum & propter teſtimonium Dei de ſalute, atque ità ex hypotheſi, requiritur in peccatore, ut pars imaginis Dei reſtitutæ. Ità, *inquit*, in præcepto de Sabbato cenſemus contineri duo genera Moralium. 1. Præceptum & retinendæ quietis, quam Chriſtus præſtat, & ejus ſanctificandę, in ſpe quietis illius in gloriâ conſummandæ. 2. Præceptum ædificandi proximum per communicationem veritatis & inflammationem charitatis. Ad hęc autem referendus eſt Sacramentorum uſus. Nam, ut *Sabbatum*, quod ſacramentum erat, obſervandum erat; ità Sacramen-

ta quælibet à Deo data in fide uſurpanda ſunt. Pertinet hùc Miniſterii & Scholarum conſervatio; frequentatio cœtuum præcipuè diebus, quibus Eccleſia conſuevit eis vacare; denique ut benignitas erga ſervos & ancillas, ità ſanè maximè erga pauperes. Et hæc Catecheſis Heidelbergenſis in hoc præcepto contineri vidit, & ex hoc præcepto ut Chriſtianis convenientia tradidit, Qu. 103.

Reſp. 1. Præceptum retinendæ quietis ſpiritualis ſimile eſt Pręcepto de habendâ Circumciſione ſpirituali. In quarto Præcepto ſanctificatio ſtati alicujus diei ad ſpiritualia iſta exercitia ſpectari debet.

2. Præceptum ædificandi proximum, pertinet propriè ad poſteriorem Legis Tabulam. Quartum hoc Præceptum eſt prioris Tabulæ; agitque de certo aliquo die ad ſolenniorem Dei cultum ſanctificando. Atque hoc Morale debuiſſet agnoſci.

3. Quod dicitur de uſû Sacramentorum, tale eſt ut ſic Sabbathum ſolummodò quoad genus foret Morale, non quoad ſpeciem: quemadmodùm ex Præceptis de Circumciſione, & Paſchate, rectè colligimus;

gimus; nunc uſurpanda eſſe Sacramenta, quæ pro N. T. præſcripta ſunt; ac porrò ex univerſo cultû inſtituto V. T. nunc obſervandum eſſe cultum inſtitutum N. T. Non tamen idcircò Pręcepta illa V. T. dicenda ſunt Moralia.

4. Quomodò Catecheſis noſtra Miniſterii & Scholarum conſervationem, &c. referat ad quartum Decalogi Præceptum; atque eadem interim Sabbathum, ſive diem quietis, aliis diebus contradiſtinctum, à nobis etiàm exigi per illud Præceptum, doceat; Vide ſup. Cap. VIII. th. VI.

VI. *Alius ſimiliter dicit*; Externum Sabbathum, quod ſeptimo quôque die recurrebat, & externam ejus obſervationem, ſolummodò fuiſſe typum; ſed ſi αὐτὴν τὴν εἰκόνα τῶν πραγμάτων, & rem ſignificatam attendas, nullum eſſe Pręceptum magis morale; utpotè quo homo jubetur, omne illud tempus, quod Deus illi poſt abſoluta opera ſua tribuit, conſecrare Deo, ut ab uſû Creaturarum mente contendat in fruitionem Dei; eumque glorificatione nominis ſui, & gratiarum actione, virtutiſque omnis & ſanctitatis exercitio colat,

Digitized by Google

non tantùm privatè, ſed in congregatione quàm frequentiſſimè celebrandâ.

Reſp. Communia iſta primo Decalogi Præcepto præſcribuntur: quod autem additur, de congregatione quàm frequentiſſimè obſervandâ, tàm eſt generale & remotum; ut ſimili modo quælibet Typica poſſent dici Moralia.

VII. *Excipitur* 1. Quieſcere in Deo propter Chriſtum, & ei quieti non pati derogari, magnum & morale præceptum eſt. 2. Religio poteſt eſſe ſine tabernaculo & templo; ſed non poteſt exerceri in cœtû magno ſine tempore.

Reſp. 1. Similiter corpora ſua ſiſtere hoſtiam vivam, ſanctam, placentem Deo; cultû rationali, magnum & Morale præceptum eſt. Atque hactenùs Præceptum de Sabbatho non magis eſt Morale, quàm quæ agunt de Sacrificiis V. T. Hæc verò Cerimonialia dici ſolent, & Moralibus contradiſtingui; quemadmodùm etiàm nihil de iis in ſpecie inſertum eſt Decalogo.

2. Cùm tempus nominatur in genere, cur non & locus in genere nominatur; ut ſervetur proportio? Deus ſub V. T. locum defi-

definiverat; & nunc aliquo loco opus eſt: at Præcepta de Tabernaculo & Templo non ſunt tamen Moralia. Olim certus dies hebdomadatim cultui Divino erat tribuendus: atque hoc Morale deberet agnoſci; non in genere aliquid de tempore. Quaſi pro N. T. Deus non magis tempus aliquod in ſpecie præſcripſiſſet ad cultum ſolennem, quàm locum aliquem in ſpecie.

VIII. *Excipitur ampliùs*: Hoc præcepto oſtenditur in genere, bonum eſſe, rebus ſuis omiſſis, Deo & operi ipſius vacare. Deum autem celebrandum eſſe in cœtû fratrum, non demùm hoc pręcepto pręcipitur, ſed præſupponitur, ut notum. Nam & in Decalogo de cœtibus agendis in Sabbato ne verbum quidem extat. Compellit autem nos ad hoc faciendum amor Dei & proximi.

Reſp. Bonum eſſe, rebus ſuis omiſſis, Deo & operi ipſius vacare, non minùs notum eſt; quàm Deum celebrandum eſſe in cœtû fratrum. Neque magis ſufficit illud, quàm hoc, ad exprimendum Morale quarti Præcepti. Ad ſtatum aliquem diem, & quidem hebdomadalem, veniendum eſt.

 IX. *Op-*

Digitized by Google

IX. *Opponens iterùm* adverſùs ea, quæ th. VI. poſita ſunt: 1. *Omnia* ſanè *typica* includunt *morale*: ſed non *omnia typica ſunt moralia*; quippe quia typica ſunt. *Typus* enim non eſt res, non eſt αὐτὴ ἡ εἰκὼν τῶν πραγμάτων, non eſt *veritas* typi. 2. *Remotum* non eſt, quod in promtû eſt cognoſcere. 3. Quid eſt, quare quis dicat, pręceptum *frequentiſſimè celebrandi congregationes nimis generale eſſe*: niſi quòd quis ſe Dei conſiliarium faciat, ut ipſi dicat, quomodò ipſum oporteat nos docere? Quâ enim Ratione aut quo Verbo evincet, non ſatiſfeciſſe Deum officio ſuo, niſi etiàm de certo die præcipiat, eum in ocio tranſigendum, & id ocium ſanctificandum eſſe, alio modo, quàm reliquis diebus. Catecheſis non putavit id nimis generale eſſe. Paulus Hebr. x, 25. nihil ultra id generale auſus eſt. Chriſtus Matth. XVIII, 20. generalitate hâc contentus fuit. Et, ni fallor, illa generalitas magis convenit ad quotidianum ſtudium excitandum, quàm illa ſpecialitas, quam illi putant Deo neceſſariò debere placere. Quid enim efficacius illo; *Quærite priùs*

regnum

regnum Dei & juſtitiam ejus? Matth. VI, 33. &c. 4. Quid verò vetat dicere, omnia Præcepta in primo Præcepto contineri, & ex eo fluere: imò potiùs in eo verbo, quod præcedit primum pręceptum, *Ego ſum Jehovah Deus tuus*? niſi fortè quis putat tabulam ſecundam, ut *mutabilem* & *diſpenſabilem*, non fluere ex *præcepto magno* Amoris Dei; neque illi *ſimile* eſſe præceptum amoris proximi, h. e. ſaltem ęquè verum, Deo dignum, purum, ſanctum, immutabile, ad vitam. Quùm Gen. III, 15. Teſtamentum Dei publicaretur, natura dictabat omnia officia ex eo fluentia; & Deus non putavit opus eſſe ſpecialiori inſtitutione de fide & charitate. Quidni dicemus, in hoc verbo, *ego ſum Jehovah Deus tuus*, contineri omnia; &, ut Aben-Ezra dicit, ad Levit. XXII, 31, 32. — *Primum verbum*, Ego ſum Jehovah ſanctificans vos, qui eduxi vos ex Ægypto, eſſe *fundamentum omnium præceptorum*? &c.

Reſp. 1. Ego non dixi, *omnia typica eſſe moralia*, aut *poſſe dici moralia*: ſed Opponentem deduxi ad abſurdum; ſi quartum Præceptum ſic ſolùm eſſet Morale, ut ipſe

explicuit, *ſimili modo quælibet Typica poſſe dici Moralia.*

2. Quod in promptû eſt cognoſcere, non eſt remotum ab intellectû: ſed non ſtatim ſufficit ad rem aliquam plenè intelligendam, & ab aliis aptè diſtinguendam; ex. gr. ad quartum Præceptum diſtinguendum ab aliis. Atqui decem Verba diſtinctè cognoſcenda ſunt; *Deut.* IV, 13. X, 4.

3. Illud de congregatione quàm frequentiſſimè obſervandâ, dixi eſſe tàm generale & remotum, ut ſimili modo quęlibet Typica poſſent dici Moralia. Deus in quarto Præcepto ſtatum aliquem diem hebdomadatim poſtulat, iſti aliisque ſolennibus pietatis exercitiis impendendum. Non dixi, Deum hoc debuiſſe mandare, nec aliter potuiſſe ſatisfacere officio ſuo: nequaquàm me Dei conſiliarium facere volui. Blaſphemas ejuſmodi cogitationes averſor toto animo, per ipſius gratiam. Sed quid Deo pręſcribere nobis placuerit, obſervo; uti nos oportet: interim video, & pro ratione functionis dico, tàm generalem ſententiam de congregatione quàm frequentiſſimè celebrandâ, non ſufficere

ad

ad explicandum ſenſum quarti Præcepti.

4. Catecheſis non loquitur tàm generaliter: ſed *præcipuè Sabbatho, h. e. die quietis*, ex Dei Præcepto iſtiuſmodi exercitiis vacandum docet.

5. Generalia in SS. Literis propoſita de congregationibus fidelium, de ſtudio ſalutis, &c. maximam re verâ utilitatem habent, & à ſingulis piè obſervanda ſunt. Sed nuſquàm docetur id quod quarto Præcepto præſcribitur tàm eſſe generale; neque magis hoc pertinere ad ſtatum aliquem diem hebdomadatim, quàm ad quoſlibet alios dies.

6. Omnia Præcepta aliquo modo virtualiter contineri in primo Præcepto, & ex eo fluere; vel etiàm prçfatione illâ, *Ego ſum Jehova Deus tuus*, facilè admitto: ſic tamen ut hoc aliter accipiatur de illis Prçceptis, quæ ex naturâ ipſius Dei fluunt neceſſariò; aliter de iis, quæ à liberâ voluntatis Divinæ determinatione procedunt. Interim cùm Deus *decem Verba* diſtinxerit, Iſraëlitis diſtinctè tradiderit, atque etiàm nobis ſub N. T. communicaverit, ea quæ ſingulis Verbis diſtinctè proponuntur, no-

bis etiàm diſtinguenda ſunt; quęque formaliter quarto Pręcepto jubentur, & ſpecialiter Divino arbitratû determinantur, decerni debent ab iis quæ primo Pręcepto mandantur.

7. Obſervandum etiàm, Deum πολυμερῶς ϗ πολυτρόπως locutum eſſe ad Patres; *Hebr.* 1, 1. atque ità tùm immediatè, tùm mediatè, per angelos, per homines, docuiſſe Fœderatos ſuos modum cultûs ſui. Sic de Sacrificiis, de Animalium mundorum & immundorum diſtinctione, ſimilibusque inſtitutis, exiſtimandum.

X. *Opponens concludit*; Diſtinguenda igitur ſunt 1. Præceptum Divinum de ceſſatione diei ſeptimæ, cùm ad memoriam quietis Dei ab operibus ſuis, tùm ad recordationem liberationis ex ſervitute Ægyptiacâ, & miraculi facti in Manna, atque ſignificationis illius; denique ut eſſet ſignum, quòd Deus illos ſanctificaturus eſſet, --- 2. Præceptum indicendæ congregationis illo die. --- 3. Præceptum generale datum Eccleſiæ de congregationibus opportunè & frequenter agitandis. Quod debuit Eccleſia exequi concorditer

uſurpando tempus congregationibus commodum. 4. Præceptum ad ſingulos de congregatione non relinquendâ, ſed ſtudio afferendo ad excitationem charitatis, & quærendum profectum in cognitione Dei, & ſe impendendum ſanctis meditationibus.-- 5. Conſuetudo rationabilis introducta in mundum, die Dominico ſolennes conventûs agendi. Quæ obligat ad obſervationem, ne ſimus φιλόνεικοι aut ἀπεικτοῦντες, aut Chriſti reſurrectionem videamur velle abnegare. 6. Vacatio, quæ neceſſaria eſt propter congregationes. Aliud enim eſt ceſſatio & ſanctificatio ceſſationis imperata: aliud vacatio, quę ſuâ naturâ comitatur congregationis obſervationem, meditationemque ac ſtudium vel proficiendi vel ædificandi. Vacatio imperata facit dierum diſcrimen; vacatio officium in libertate & ingenuâ generoſitate charitatis exercitum conſequens, diem à die non diſtinguit, ſed opus ab opere. -- 7. Poteſtas patria circa familiam, aut magiſtratûs, circa populum, ad imperandam vacationem, ne impediatur congregatio & ædificatio;

& rurſus coërcendam petulantiam illorum, qui non tàm diem profanant, quàm Chriſtianum nomen contemnunt & conſpurcant. &c.

Reſp. 1. Sic iſta diſtinguamus, ne Sabbathi Moralitatem quarto Decalogi Præcepto confirmatam, atque ità nos etiamnùm obligantem, interim negligamus: neque per conſiderationem acceſſorii omittamus vel extinguamus principale.

2. Obſervemus ſanctificationem Sabbathi univerſam; cujus pars inſignis eſt congregatio Eccleſiæ, & cultus in eâ communis. Vide ſup. cap. x1. th. 11. Reſp. 1. Hoc Deus à nobis exigit in quarto Decalogi Præcepto, juxta Catecheſin, qu. 103.

3. Opportunè & frequenter agitandæ ſunt iſtę congregationes; ſed magis ſolenniter die Sabbathico; ex obligatione iſtius Præcepti.

4. Præceptum ad ſingulos de congregatione non relinquendâ, &c. præcipuè in Dominico, ſic eſt proponendum, ut auctoritate ſuâ interim non privetur.

5. In die Dominico non mera conſuetudo, ſed ordinatio ἔγγραφος καὶ θεόπνευστος,

[illegible], agnoſcenda eſt. Si verò ea humana ſolùm conſtitutio & conſuetudo foret, ut ſtatuunt Opponentes; non video, cur reſurrectionem Domini abnegare velle viderentur, ſi qui libertate ſuâ hîc uti mallent, quàm perpetuò obſervare talem hominum conſtitutionem & conſuetudinem. Quidſi in aliquâ regione, ſic commodum videretur, ut tertio, vel quarto quoque die conventûs Eccleſiaſtici tàm ſolennes agerentur; & fideles libertate ſuâ uti mallent, quàm ſe Eccleſiis aliarum regionum conformare?

6. Neque vacatio ab ordinariis laboribus ſolùm propter congregationes; ſed etiàm propter reliquam Sabbathi praxin, piamque ſanctificationem, ſuſcipienda. Sic opus ab opere diſcernendum per ſuos dies, juxta Præceptum Dei Morale.

7. Patres circa familiam, Magiſtratus circa populum, optimè & cum fructû maximè ſalutari exercent poteſtatem ſuam, ubi id faciunt juxta Præceptum Dei, ejuſque obſervationem urgent. Sic penetrat iſta poteſtas ad conſcientiam: ſic Deo verè præſtatur obedientia, & non tantùm

ho-

hominibus. Nequaquàm verò negligendum ſpeciale Dei Præceptum, quod omninò exſtat: uti hactenùs de Sabbatho probatum ac defenſum eſt, etiàm pro N. T. atque hoc fundamento Magiſtratûs rogari, & Parentes admoneri debent & ſolent, ut ſubditis, ac familiis quique ſuis, iſtam obſervationem mandent, profanationem interdicant.

XI. Teſtimonia aliquot Veterum & Recentiorum Eccleſiæ Doctorum collegerunt, qui ſententiam à nobis diverſam propugnant; ſingula illa excutere prolixum foret; & jàm præter opinionem excrevit hæc Diſputatio. Ex ſuperioribus etiàm conſtat plurimos Doctores noſtram ſententiam tenuiſſe, atque aliis locis eam expreſſiſſe, licet alicubi fortè nonnulli minùs planè & plenè fuerint locuti. Quibuſdam fateor, aliud agentibus, aut huic veritati quæ ſecundùm pietatem eſt, minùs attendentibus, excidiſſe nonnulla, quæ ſententiæ oppoſitæ videntur utcunque favere; ſed quàm parùm iſta faciant adverſùs validiſſima SS. Literarum Teſtimonia, & conſenſum ampliſſimum

Theo-

Theologorum, quà Veterum, quà Recentiorum, auctoritate illâ fundatorum & munitorum, nunc nihil opus eſt exponere. Conſenſum iſtum vide potiſſimùm in *Joh. Hoornbekii* Tractatû Belgico, **Des Heeren Daghs Heyliging**, cap. III, IV, V, VI, VIII, IX. Ejuſdemque Latino, De obſervando Præcepto Decalogi quarto, pag. 149, & ſeqq. Inter Lutheranos non ità pridem eandem pietatis cauſam ſeriò egit, atque ex SS. Literis, Antiquis Patribus, & Theologis potiſſimùm ſuæ Confeſſionis, contra alios aſſeruit, *Henricus Ernſtius* Juris in Academiâ Soranâ Profeſſor, anno 1656. libro Latino, qui inſcribitur Σαββατισμὸς, ſive Commentatio de Studiis diebus feſtis convenientibus; atque item Scripto Germanico, cui titulus: Sontags Fragen/von den alten Kirchen-Lehrern/ und der Auſpurgiſchen Confeſſion Theologis und Gottesfürchtigen Männern/nach Gottes Wort/ beantwortet.

XII. Sed quæ diſputata ſunt hactenùs, ut ad praxin ſedulò & ſeriò cõvertantur, õnes pro epilogo hortor & rogo: neque enim diſputandũ, ut diſputemus, ut diſſentiamus,

ad

ad altercationes diſceptationum; *Rom.* XIV, 1. ſed ut concordi ſtudio vivamus. Ità loquimini, & ità facite, ut per Legem Libertatis judicandi; *Jac.* II, 12. Quotquot itaque adulti ſumus, hoc ſentiamus: quódſi quid aliter ſentitis, hoc quoque vobis Deus revelabit. Attamen in eo, ad quod uſque pervenimus, eâdem incedamus regulâ, & idem ſapiamus; *Phil.* III, 15, 16. Hæc largire propitius: atque etiàm veni Domine Jeſu.

F I N I S.

INDEX

Digitized by Google

INDEX CAPITUM
& Rerum præcipuarum.

CAPUT I.

LEx Divina Hominibus præſcripta: tum communis; quæ *Moralis*: tum particularis. *Th.* I. *Pag.* 1, 2.
Cerimonialis. Quomodò hæc Lex; quomodò ad Euangelium pertineat. *Th.* II. *Pag.* 2, 3, 4.
Forenſis Iſraëlitici. *Th.* III. *Pag.* 4.
Moralis; undè dicta. Decalogus. Lex Charitatis. Ejus Tabulæ. & harum Similitudo. *Th.* IV. *Pag.* 4—7.
Præceptorum prioris Tabulæ brevis enarratio. *Th.* V. *Pag.* 7, 8.
Atque item *Præceptorum poſterioris Tabulæ.* Totius Legis ſpiritualitas & colligatio. *Th.* VI. *Pag.* 8, 9.
Non omnia Præcepta ſunt *Iuris ipſi Deo naturalis*; ſed quædam *Iuris Divini poſitivi.* Th. VII. Pag. 9.
Omnia tamen ſunt *Iuris nobis naturalis.* Quomodò multa huc pertinentia multis interim Gentibus ignota. *Th.* VIII. *Pag.* 10, 11.
Jus Naturæ *Primævum.* & *Secundævum.* Th. IX. Pag. 11, 12, 13.

CAP. II.

SOlvuntur Objectiones variæ adverſus ea quæ ſuperiore Cap. poſita & probata ſunt. Ac primò defenditur Titulus quoad *perpetuam Moralitatem Præcepti de Sabbatho.* Hoc non abſolutè immutabile & indiſpenſabile ipſi Deo; ſed tamen Hominibus. *Th.* I. *Pag.* 13, 14.
Fundamentum, cur Lex Moralis ſit communis. Quæ ejus

ejus naturalis notitia. Ignorantia Juris naturalis, etiàm invincibilis, quomodò non excuſet à peccato. *Th.* II. *Pag.* 14.-18.

Quomodò *triplex ordo Præceptorum Legis Naturæ*, juxta ordinem Inclinationum homini naturalium. *Th.* III. *Pag.* 18.-21.

Ius Divinum liberum, ſive *poſitivum*, quomodò Hominibus cognitum. Sabbathum eſt *Iuris Moralis*; licet non *ipſi Deo Naturalis*. Th. IV. Pag. 21. 24.

Tertium & Secundum Præceptum Decalogi, non prorſus Juris Divini poſitivi. Actûs tamen Cultûs inſtituti, qui ſecundo Præcepto mandantur, ſunt *Iuris Divini poſitivi.* Imaginum prohibitio eſt *Iuris Divini Naturalis.* Fieri non poteſt, ut Præceptum aliquod Morale abrogetur; ſed actûs aliqui per ipſum mandati, ratione circumſtantiarum variari poſſunt. *Th.* V *Pag.* 24. — 29.

In Præceptis Moralibus, quædam *Iuris Divini poſitivi* recenſentur. Secundum Præceptum, quomodo ejuſdem cum Primo *dignitatis*; non tamen *ordinis.* Quouſque illud etiam *Iuris ipſi Deo naturalis.* Lex Moralis tota quomodò Juris nobis Naturalis. Quomodò tum Iſraëlitæ, tum Gentiles, eam acceperint. *Th* VI. *Pag.* 29.-36.

Quomodò perpetuâ vi Moralitatis ſuæ; *Th.* VII. *Pag.* 36. 37.

Lex poſitiva, an ſit vel ſimpliciter Ritualis, vel etiam Cerimonialis, vel Forenſis, vel Euangelica. Defenditur recepta Diſtributio in Moralem, Cerimonialem, & Forenſem. Euangelium Legi contradiſtinguendum. Obligatio interim ad Fidem eorum quæ Euangelio proponuntur, ad Legem Moralem pertinet: neque aliam Legem infert. Sabbathum hebdomadale eſt Morale: ejuſque praxis, cultus religioſus; licet Tempus ſit tantum circumſtantia. Stata tempora Sacrorum apud Gentiles unde. *Th.* VIII. *Pag.* 37.-41.

Nos circa ſecundum Præceptum de Imaginibus nehilum

hilum largimur Pontificiis. Cultus Dei in ſpiritû & veritate pertinet ad primum Præceptum; atque item quòd cultus religioſus non ſit exhibendus ulli creaturæ. Secundi Præcepti diſtinctio à Primo. *Th.* IX. *Pag.* 41,--44.

CAP. III.

LEx Moralis extitit etiam antè Moſen. Quomodò per eum tradita. *Th.* I. *Pag.* 44. 45.
Explicatur locus *Rom.* V. 13, 14. Th. II. Pag. 45. 46. 47.
Argumentum ex Reliquiis Imaginis Divinæ poſt lapſum. *Th.* III. *Pag.* 47. 48.
Inductio: ſeptimi Præcepti, ex *Gen.* II. 23. 24. I. 27. 28. cum *Matth.* XIX. 3. & ſeqq. *Eph.* V. 28, 29. 31. Locus I *Tim.* II. 13. I *Cor.* XI, 7. 8, 9. 14. 15. Atque item *quinti Præcepti*; addito loco *Gen.* II, 24. Th. IV. Pag. 48,-- 51.
Sexti Præcepti, ex *Gen.* IX, 5, 6. *Iac.* III, 9. *Gen.* IV, 10. --14, 5, 6, 7. Th. V. Pag. 51, 52.
Octavi, ex *Gen.* I, 28, 29. *Act.* XVII, 25, 26. *Th.* VI. Pag. 52, 53.
Noni. Pſal. XXXI, 6. *Eph.* IV, 24. *Ioh.* VIII, 44. *Rom.* III, 4. Th. VII.
Decimi. Th. VIII. Pag. 53.
Primi item. *Col.* III, 10, *Eph.* IV. 24. *Secundi*, & *Tertii*, Th. IX. Pag. 53. 54.

CAP. IV.

DE *Sabbatho* probatur eadem Antiquitas, I. ex *Gen.* II, 2. 3. II. ex *Exod.* XX, 8,-- 11. cum XVI, 4. 5. 22, 23, 25, 26. III, ex *Hebr.* IV, 3, 4. Th. I. Pag. 55. 56, 57.
Sententia noſtra magis explicatur. *Th.* II. *Pag.* 57. 58.
In loco *Gen.* II, 2, 3, non eſt Prolepſis, *Th.* III. *Pag.* 58, 59.

Digitized by Google

oſtenditur, iſtic eſſe Præceptum. *Benedicere* & *Sanctificare*. quid. *Nota Belgica*. *Franc. Iunius*. *Calvinus*. Sabbathi obſervatio mandata ante *Exod.* xx. *Th.* IV. *Pag.* 59,—63.

Non aſſignatur duntaxat cauſa, ob quam Deus poſtmodum iſti diei benedixerit: ſed tunc ipſo illo die, ſex priores ſubſequente, facta benedictio. *Th.* V. *Pag.* 63, 64, 65.

Ad *Inſtantiam* Opponentis oſtenditur, Præceptum de Sabbatho ſaltem non eſſe merè Cerimoniale. Lex de Arbore Scientiæ boni & mali obligavit etiam poſteros. Præceptum de Sabbatho Morale. Circumciſio quibus, & quomodò, obligatio ad totam Legem obſervandam. *Th.* VI. *Pag* 65,—68.

Subſequens rei oſtenſio & confirmatio non tollit ejus Antiquitatem. Quomodò *occaſionale fundamentum* dixerim. De Paſchate, *Exod.* XII, 41, 42, 43. Inſtituta vetera repetuntur & confirmantur quidem rationibus novis. *Deut.* V. 14, 15. 1 *Ioh*, II. 7, 8. *Th.* VII. *Pag* 68,—72.

Sabbathum, non ſolum, nec primum, mandatum Iſraëlitis, obſervandum in generationibus ipſorum. Conſequentia à Quiete ipſius Dei ad Sabbathum hebdomadale, Antiquitas illa Sabbathi an in medio relinquenda. Mandatum infert neceſſitatem, & quidem ſub mortis pœnâ. *Th.* VIII. *Pag.* 72, 73, 74.

Non agitur illic tantùm de Sabbatho ipſius Dei. *Th.* IX. *Pag.* 74, 75.

Per ſeptimum illum diem non debet intelligi univerſum tempus poſt hexaëmeron creationis. *Th.* X. *Pag.* 75, 76, 77.

Sabbathum in ſtatu integritatis non fuit ſupervacaneum. *Th.* XI. *Pag.* 77.

Neque huic aſſertioni obſtat juſtitia originalis; nec immunitas à moleſtia & laſſitudine. Qualis horti cuſtodia, & cultus; qualis terræ ſubjectio, homini andata. *Th.* XII. *Pag.* 77,—83.

Non

Digitized by Google

Non eſt ibi *Anticipatio*, quæ oſtendat *æquitatem*, non *initium*. *Th*. XIII. *Pag*. 83.

Quies Adamo tunc mandata, ad ſpecialem praxin ſanctimoniæ. *Th*. XIV. *Pag*. 83. 84.

Præceptum illud extendendum extra ſtatum integritatis, Præceptum de fructu vetito. Diſtinctio Præceptorum Dei ab Opponente inſtituta. In Fœdere operum fuerunt etiam quædam δόγματα διαπο-ζικά. Præcepta quædam *Moralia* eſſe *Iuris Divini liberi & poſitivi*, colligitur ex Opponentis aſſertione. *Natura Dei & Hominis* non eadem neceſſitas. Sabbatho etiam adumbratur Sabbathiſmus cœleſtis; & hujus ſtudium inſigniter promovetur. *Th*. XV. *Pag*. 84.—88.

Etiam tunc ſpeciali cultui *vacandum* fuit *Sabbatho*; atque hoc *diſcrimen dierum* obſervandum. Comparatio cum noſtro Dominico. *Th*. XVI. *Pag*. 88. 89. 90.

Non ſufficit dicere, quòd Deus ſanctificaverit ſe in homine, ut hic ipſi ſoli ſerviret. Quomodò Vir imago & gloria Dei. 1 *Cor*. XI. 7. *Th*. XVII. *Pag*. 90.—93.

Sanctificatio illa non referenda demùm ad dationem Mannæ & Decalogi. Neque ſimilis Prolepſis eſt *Gen*. 11. 8. *Th*. XVIII. *Pag*. 93.—97.

C A P. V.

PRæceptum quartum eſſe Cerimoniale Typicum, non probatur ex ratione ei adjectâ, neque ex affirmativo modo proponendi. *Th*. I. *Pag*. 97. 98. 99.

Neque ex tranſlatione in Dominicum. *Th*. II. *Pag*. 99. 100.

Dies ſeptimus eſt *unus è ſeptem*. Et nos *ſeptimum* ſervamus, licet alium à V.T. attamen ex præſcripto Divino. Non ſufficit obſervare *qualemcunque ſeptimum*. Th. III. Pag. 100.—104.

Ratio

Digitized by Google

Ratio adjecta *Exod.* xx. non infert Præceptum Cerimoniale: ac proindè Sabbathum non eſt dicendum merè iſtiuſmodi. *Th.* IV. *Pag.* 104, 105.

Analogia fidei, Ceſſatio ab operibus aliàs licitis, Neceſſitas ſanctificationis, &c. non evincunt Sabbathum fuiſſe merè Cerimoniale. Sanctificatio etiàm facta ſub V.T. *Th.* V. *Pag.* 105, —110.

Non accuratè diſtinguuntur Præcepta Dei in *Moralia, quæ qui facit, vivit in eis*; & in *Placita.* Unus dies hebdomadatim ſolenniter obſervandus; non omnes dies æqualiter. *Th.* VI, Pag. 110, —113.

Utrum עַל־כֵּן *Exod.* xx, 11. *ratio facti*; an ejus *argumentum & evictio.* Si autem acciperetur de argumento & evictione facti, nihil tamen decederet antiquæ huic Moralitati; ſed potiùs aliquid accederet. *Luc.* VII, 47, 50. Quies ipſius Dei diſtincta à Benedictione & Sanctificatione diei. *Th.* VII. *Pag.* 113, 114, 115.

Illis Decalogi verbis ſpectatur primæva inſtitutio. *Gen.* II, 2, 3. non propriè hiſtoria Mannæ, *Exod.* XVI. Neque hæc prima Sabbathi inſtitutio. *Ioh.* VII, 22. XIII, 34. 1 *Ioh.* II, 7, 8. *Menaſſeh Ben Iſraël.* Th. VII. Pag. 115, —123.

Ex loco *Hebr.* IV, 3, 4. validè demonſtratur prima Sabbathi hebdomadalis antiquitas. *Th.* VIII. *Pag.* 123, 124.

Quies in terrâ Canaan diſtincta à Sabbathiſmo hebdomadali. *Deut.* XII, 9, 10, 11. XXV, 19. *Ioſ.* I, 13, 15. 1 *Reg.* IV, 24, 25. Ratio quietis ſervis concedendæ. *Deut.* V, 14, 15. Th. IX. Pag. 124, —127.

A cujus Quietis introitû excluſio intelligatur, *Pſal.* XCV. *Beza.* Th. X. Pag. 127, —131.

Quies Dei in Decalogo aſſignatur ut initium Sabbathi hebdomadalis; non verò ſolùm ut objectum tunc commemorandum. *Th.* XI. *Pag.* 131, 132.

Sabbathiſmus ſpiritualis non debet omninò reſtringi ad N. T. *Act.* XV, 11. *Gal.* IV, 1, 2, 3. *Rom.* IV, 10, —13.

Digitized by Google

13. *Pſal.* xxxvi, 8. 9. xxiii, 1, 3, 5, 6. 1 *Cor.* x, 3, 4. *Hebr.* xiii, 8. Th. xii. Pag. 132,—135.

C A P. V I.

Decalogus ab Inſtitutis Cerimonialibus & Forenſibus clarè diſtinctus Non Ennealogus. Illum per Chriſtum non mutatum, non diminutum, defendunt Orthodoxi contra Socinianos, Anabaptiſtas, &c. *Th.* i. *Pag.* 135. 136.

Non eſt compendium totius Fœderis cum Iſraëlitis initi; cujus partes etiàm ſunt Lex Cerimonialis & Politica. Revocatio iſtorum Inſtitutorum ad Præcepta Moralia, non facit hæc Cerimonialia. *Th.* ii. *Pag.* 136. 137. 138.

An ſit in Decalogo repetitio Teſtamenti. Lex Moralis quomodò conſtituat Fœdus operum; quomodò pertineat ad Fœdus gratiæ. Præcepta diſtinguenda à Rationibus adjectis. Fides, ut virtus eſt, exigitur primo Præcepto; non quinto. Liber Legis quomodò ſanguine conſperſus. *Th.* iii. *Pag.* 138,-143.

Terror promulgationi adjunctus; atque item Sanctio. Decalogus non rectè dicitur, nihil niſi Fœdus gratiæ continuiſſe; ſive Fidem promiſſionis, quæ operoſa eſſet per charitatem. 2 *Cor.* iii. 7, 8, 9. *Th.* iv. *Pag.* 143.-147.

Filius Dei promulgavit Decalogum, & adjunxit Promiſſiones aliquas Euangelicas. *Th* v. *Pag.* 147. 148. 149.

Quomodò vocetur Fœdus. Repetitum Fœdus legale ad convictionem & humiliationem. Quomodò Iſraëlitæ pertinaces irritum fecerint Fœdus Dei. Tranſgreſſio eſt Legis. *Th.* vi. *Pag.* 149. - 153.

Promiſſio expreſſa *Pſal.* lxxxi, atque aliæ, à Præceptis iſtis diſtinguendæ. *Th.* vii. *Pag.* 153. 154. 155.

Calvinus, Muſculus, &c. *Th.* viii. *Pag.* 155.—158.

Lex cum Euangelio non confundenda. *Calvinus*. Diſtinctio Legis & Euangelii. Itemque Veteris & N. T. *Th.* ix. *Pag.* 159.—163.

Digitized by Google

Index Capitum,

Decalogus non continet formaliter Fœdus operum ; neque ſic continet Fœdus gratiæ. Continet perpetuum & communem normam morum vivendi. Fœdus Iſraëlis, quale. *Ierem.* VII, 23. Th. X. Pag. 163,·· 166.

Angelus Teſtamenti propoſuit Fœdus gratiæ ; ſed non ſolum. *Matth.* XIX. 15.·· 19, 21. *Interpretes Belgici. Luc.* X, 25,·· 28. *Matth.* V, 22, 25, 26, 29, 30. XXII, 13. XXIII. 13. &c. *Fac hoc & vives*, an communis formula utriuſque Fœderis. Fœdus gratiæ Iſraëlitis frequentiſſimè propoſitum. Remiſſio peccatorum non fundatur decem illis Præceptis. *Th.* XI. *Pag.* 167,·· 174.

Locus *Ezech.* XX. 11, 25. *Iunius. Interpretes Belgici.* Clauſula fœderalis ſatis nota. Decalogus ab initio verè Lex. *Exod.* XXIV. 12. 2 *Cor,* III. 7, 9. Decalogus datus adterrendos peccatores ; electos verò compellendos ad communionem Fœderis gratiæ. *Th.* XII. *Pag.* 174, ·· 180.

Apoſtolorum monita Moralia. *Th.* XIII. *Pag.* 180.

Catecheſis noſtra. Decalogus ſyſtema faciendorum. Terror, ignis vorans, &c. Timor reverentialis, &c. Quomodò Deus Iſraëlitas tentare voluerit. *Exod.* XX, 20. Chriſtus hoſtes judicat. ſecundùm Fœdus Legale. *Th.* XIV. *Pag.* 180, · 184.

Promiſſiones à Præceptis diſtinguendæ. *Th* XV. *Pag.* 184, 185.

Colligitur Sabbathum hebdomadale etiàm pertinere ad N. T *Th.* XVI. *Pag.* 185. 186.

Guil. Apollonius non Opponenti, ſed nobis favet. *Th.* XVII. *Pag.* 186 — 198.

Bucerus. Charitas. Fides. Opponens non probavit Decalogum, vel aliquod ejus Præceptum, fuiſſe proprium œconomiæ V. T. *Th.* XVIII. *Pag.* 198.·· 202.

CAP. VII.

Patriarchæ obligati ad Sabbathum ; licet ejus obſervatio

ratio non commemoretur in Geneſi. *Th.* I. *Pag.* 202. 203.

Enoſh. Abraham Jacob. Iſraëlitæ in Ægypto. *Th.* II. *Pag.* 203. 204. 205.

Præcepta Noachica. *Th.* III. *Pag.* 206.

Sabbathum an, & quomodò Iſraëlitis res nova. *Th.* IV. *Pag.* 206, 207.

An & quomodò Sabbathum naturâ notum fuerit, poſteroſque obligaverit. Conjugium. Arbor vetita. *Th.* V. *Pag.* 207, 208, 209.

An illud Gentibus etiàm notificatum. *Nehem.* IX, 13. 14. *Ezech.* XX, 11, 12, 19, 20, 24. *Pſal.* CXLVII, 19, 20. *Rom.* III, I. 2. IX, 4. Jus Morale omnibus commune quoad obligationem, quamvis non omninò quoad actualem notitiam. *Act.* XIV, 16, 17. *Rom.* I, 20. &c. *Corn. Nepos.* *Th.* VI. *Pag.* 209.-214.

Subſtantia quarti Præcepti re ipſâ Moralis. Non præſcribit nudam circumſtantiam; ſed ſolenniori cultui aſſignat quandam circumſtantiam, ſic neceſſariam. *Th.* VII. *Pag.* 214, 215, 216.

Deus opera creationis liberè abſolvit ſex diebus, & ſeptimo quievit; talemque ordinem Hominibus liberè præſcripſit ab initio. Sub N. T. ſervatur Morale quarti Præcepti. *Th.* VIII. *Pag.* 216.-219.

An in ſeptenario quærendum myſterium. Exemplum Dei ſequi tutiſſimum; fatetur Opponens. *Th.* IX. *Pag.* 219. 220. 221.

Conjugii inſtitutio & notitia. *Thomas.* Th. X. *Pag.* 221. 226.

Robertus Groſteſt. Senſum myſticum fingere. *Confeſſio Anglorum.* *Nic. Dorbellus.* Th. XI. Pag. 226.-233.

Memoria Præcepti. *Th.* XII. *Pag.* 233. 234.

Fratres & ſorores. Cohabitatio. Conjugium. Inceſtus. *Th.* XIII. *Pag.* 234. 235. 236.

Virtus etiàm in obſervatione eorum quæ Deus liberè conſtituit. Abſtinere à ſuillâ. Baptizari. Credere Euangelio. Obedientia univerſalis. Juſtitia non ex Lege Morali, neque ex Cerimoniali. Judæorum error

error. *Maimonides.* Moralia. *Th.* xiv. *Pag.* 26. —244.

Norma bonorum operum eſt univerſa Lex Dei. *Catecheſis*. Fides, illorum principium; Dei gloria, finis. Quę Juris Divini poſitivi, pertinent etiàm ad Charitatem. Locus 1 *Tim.* 1, 5 Etiàm poſitiva pertinent ad Legem operum. *Th.* xv. *Pag.* 244.—248.

Cap. VIII.

Eadem Lex Moralis obtinet ſub N.T. *Matth.* v, 17. 18, 19. *Th.* 1. *Pag.* 248, 249. 250.

Iac. 11, 8,..12. *Rom.* x111.7,—10. *Eph.* v1, 1, 2, 3. ubi omnia & ſingula Præcepta poſterioris Tabulæ. *Th.* 11. *Pag.* 250, 251, 252.

Primum Præceptum. 1 *Cor.* v111, 4, 5, 6. *Matth.* xx11. 37. iv, 10, *Ioh.* iv, 24. 1 *Ioh.* v. 21. Secundum. *Rom.* 1, 23, 25. *Act.* xv11. 24, 25. Tertium. *Matth.* v, 34, 35. x11, 36. 1 *Petr.* 111, 15. Th. 111, Pag. 252, 253. 254.

Quartum. *Matth.* xxiv, 20. 1 *Cor.* xvi. 1, 2. *Act.* xx, 7. *Apoc.* 1, 10. Μία σαββάτων, quæ. Dominica *Athanaſius*. Th. v. Pag. 254. 255. 256.

Catecheſis Belgica, *Synodus Nationalis Dordracena.* Theologi. *Th.* vi. *Pag.* 256.—259.

Calvinus contra Anabaptiſtas. *Th.* vii. *Pag.* 260. 261. 262.

Nic. *Arnoldus* contra Socinianos. Ubi vera ſententia confirmatur, & Adverſariorum objectiones ſolvuntur. *Th.* viii. *Pag.* 262.—269.

VVendelinus contra Lutheranos: qui aſſerit Sabbathi Moralitatem; ſed ex Jure Dei poſitivo. allegat *Lutherum*: ſolvit objectiones: Appendices à Præceptis diſtinguit, &c. Inſtitutionem Dominici docet eſſe Divinæ auctoritatis, *Th.* ix. *Pag.* 269.—277.

Ex ipſis Lutheranis *M.* *Ægidius Strauchs*: qui item Sabbathi primam antiquitatem probat; ejuſque

Mora-

Moralitatem: & Dominici Traditionem Apoſtolicam ἔγγραφον. *D. Ib. Schuppius*: qui Dominicum non ignavo otio, ſed piâ praxi totum tranſigendum docet: explicat *Sabbathum*, ejuſque antiquitatem, & tranſlationem in Dominicum per Apoſtolos factam: inculcat præfixum *Memento*: provocat ad praxin majorum, ſtatutum Teutonicum, atque item Bavaricum, &c. *Th.* x. *Pag* 277.--287.

Liberati interim ſumus à Lege, quatenus fuit inſtrumentum & conditio Fœderis operum. *Rom.* VI, 14. 1 *Tim.* 1, 9. *Hebr.* VIII, 10. &c. Th. XI. Pag. 287.—190.

CAP. IX.

RESpondetur Exceptionibus ad ſuperiora. Chriſtus *Matth.* XXIV, 20. non prædixit Sabbathi Judaïci *ex ſuperſtitione incommodum*; ſed *pietatis officium* præſcripſit. *Th.* I. *Pag.* 290. 291.

Inculcat religionem Sabbathi, poſt mortem ſuam tempore excidii Hieroſolymitani habendam fidelibus; non erroneam opinionem Judæorum, vel infirmorum. *Th.* II. *Pag.* 291. 292. 293.

Non docet orandum, ne exitus fieret *in fugâ*; neque ut priùs tollatur Sabbathum. Hujus non eadem ratio cum Sacrificiis & Muneribus V. T. Non præſcripſit precationem ex ſuperſtitione. *Th.* III, *Pag.* 294. 295. 296.

Chryſoſtomus. VValæus. Sabbathum N. T. *Th.* IV. *Pag.* 296.—301.

Neque tamen fuga die Dominico prorſus illicita. *Th.* V. *Pag.* 302.

1 *Cor.* XVI. 1 2. quale opus iſto die mandatum. Cur *Prima Septimana* præſcripta. *Th.* VI. *Pag.* 302, 303. 304.

Conſilia Dei. Apoſtolorum. Pontificia. 1 *Cor.* VII, 6. Notæ Belgicæ. *Verſ.* 10, 12, 25, 26. 40. De Miniſtris Euangelii in ſpecie illic non loquitur Apoſtolus

poſtolus. Diei Dominicæ ordinatio. *Th* VII. *Pag.* 304. 310.
Non proponitur iſtic ſtatutum particulare. *Th.* VIII. *Pag.* 310. 311.
Ordinatio illa quomodò pertineat ad octavum, quomodò ad quartum Decalogi Præceptum. An repoſitio tantùm privata. *Th.* IX. *Pag* 311.--314.
Locus *Act.* XX. 7. *Μία σαββάτων*, an *quidam dies* indefinitè. *Th.* X. *Pag.* 314, 15.
An *unus ille*(dies)*Sabbathi*. Th. XI. Pag. 315. 316.
An *Primus ille dies Sabbathi*, vel *Sabbathum*. Th. XII.
Hiſtoria Actuum Apoſtolicorum. *Interpretes Belgici.* Th. XIII. Pag. 316, 317. 318.
An de Cœnâ communi iſtic agatur. *Cajetanus. Chryſoſtomus. Nota Belgica.* Th. XIV. Pag. 318, 319. 310.
Praxis ſolennior iſto die. *Th.* XV. *Pag.* 320, 321.
Locus *Apoc.* I, 10. Κυριακὴ ἡμέρα, an generatim *dies adventus*, vel *apparitionis Domini*; atque adeò intelligendus, vel natalis Chriſti, vel revelationis ad Johannem factæ. *Interpretes Belgici. Beza.* Th. XVI. Pag. 321.—327
Diei iſtius adſcripti emphaſis. *Th.* XVII. *Pag.* 327. 328. 329.
Utrum dies Reſurrectionis annuus intelligendus. Communis uſus loquendi. Dies Paſchatis & Pentecoſtes. *Th.* XVIII. *Pag.* 329. 330:
Teſtimonia Veterum. Eorum de Paſchate contentiones. *Th.* XIX. *Pag.* 330. 331.
Juſtinus Martyr. Th. XX. Pag. 331, 332.
Athanaſius. Th. XXI. Pag. 332, 333.
Catecheſi Belgica quid *Sabbathum*. Th. XXII. Pag. 333. 334.
Poſt-acta Synodi Nat. Dordr. Obſervationi V. T. quæ peculiaria. Morale quarti Præcepti. Recreationes. *Th.* XXIII. *Pag.* 334.--339.

CAP.

C A P. X.

Reſpondetur ad ea, quæ ſententiæ contrariæ ſubſternuntur. Spiritualis ſervitus, labor, fatigatio; libertas, refocillatio, quies. *Th.* I. *Pag.* 339. 340.

Remiſſio peccatorum ſub V. T. Κατάκριμα extinctum. Pax. Quæ ſitis & expectatio. Quomodò Lex jugum. *Ioh.* I, 17. *Rom.* IV. 15. *Gal.* III. 19. *Rom.* V. 20, 21. Th. II, Pag. 340. -344.

Incorruptio manſueti & tranquilli ſpiritûs. Juſtitia fidei. Aſperſio conſcientiæ ab operibus mortuis. Conſummatio. Lex ante Moſen; & homines onerati. *Th.* III. *Pag.* 344. — 349.

Reſurrectio Chriſti propter juſtificationem. Ἀπολύτρωσις. Ἄφεσις & Πάρεσις. Iteratio Sacrificiorum Legalium, & in iis commemoratio peccati. Lex: tranſgreſſio: ira: condemnatio: liberatio. *Th.* IV. *Pag.* 349. -352.

Figuræ V. T. omnes fidei & fidelium quieti in Chriſto ſervierunt. Neceſſitas Præceptorum Dei, etiam Cerimonialium ſub V. T. Quomodò & quibus illa oneroſa. *Ierem.* VII. 21. *Nota Belgica.* Th. V. Pag. 352. -355.

Decalogus non rectè dicitur, Nihil niſi fœdus gratiæ continuiſſe. Peccata & impuritatem detexit. & arguit. Locus *Ezech.* XX. 25. Traductio primogenitorum, *verſ.* 26. qualis. *Interpretes Belgici.* Lex Cerimonialis, quomodò oneroſa, quomodò typica. Sitis: exſpectatio: fides: ſalus. *Th.* VI. *Pag.* 355. -361.

Typorum complementum. Libertas N. T. Locus *Deut.* XXIX, 19. Th. VII. Pag. 361. -363.

Analogia quietis Sabbathicæ cum cœleſti. Non tamen omnis Analogia infert Typum. *Ieſ.* LXVI, 23. LVI, 2. LVIII, 13. *Catecheſis* qu. 103. quale iſti

iſtic exordium æterni Sabbathiſmi. *Interpretes Belgici* ad Ezech.xx. 12. Sabbathum N. T. non notat æqualiter univerſum tempus N. T. Interim omnibus diebus ſanctè vivendum. Argumentum, ἔνδειγμα, oſtenſio, quòd Deus ſit Sanctificator Chriſtianorum. Sabbatho non ſolùm prohibentur ea quæ omnibus diebus illicita. *Opera noſtra*. & *via noſtra*. Serio & perpetuo ſanctimoniæ ſtudio, ut nunc, ſic etiàm ſub V. T. verus Dei populus à non vero diſtinguendus. *Th*, VIII. *Pag* 361.--376.

Chriſtus pridiè Sabbathi non prorſus abſolverat opus ſalutis impetratorium, Sepultura triduana ad mortis & humiliationis complementum pertinuit. Non omnes ejus perpeſſiones oculis omnium fuerunt expoſitæ. Manna Sabbatho non deſcendit. Sabbathum à creatione, Chriſtus in reſurrectione factus Lapis vivens, caput anguli. Locus 2 *Cor.* IV. 6. Analogiæ. *Th.* IX. *Pag.*376,—384.

Inſtitutio Dominici ad ipſum Dominum Sabbathi referenda. Diſtributio dierum per hebdomadas, undè. Cœna Dominica. Κυριακόν. Kercke. *Apoc.* I, 10. 1 *Cor.* XVI. I, 2. *Act.* XX. 7. Sabbathi confirmatio in datione Mannæ. Memoria iſtius miraculi, an nunc conſervanda diſtributione hebdomadarum. Cur idem dies certus omnibus obſervandus hebdomadatim. Rerum nomina. Prohibitio Politica, ne opera quotidiana fiant diebus Dominicis. Rogationes Synodorum. Decreta Ordinum & Magiſtratuum. Per obſervationem Dominici ſtudium ſanctimoniæ reliquis diebus minimè omittendum. *Th.* X. *Pag.* 385.--395.

C A P XI.

MOralitas quarti Præcepti, ut & reliquorum in Decalogo Chriſtianos quoque obligat. *Th.* I. *Pag.* 395. 396.

Chriſtiani non tenentur ad ſeptimum à creatione, vel

Digitized by Google

vel ad otium ut ſic. Quies neceſſaria ad ſanctificationem, & piam praxin. Loca quædam ex Judæorum ſcriptis. Ex *Maimonide*. *Menaßeh ben Iſraël*. Judæi nunc non rectè ſabbathizant. *Th.* II. *Pag.* 396.-401.

Non præcipitur hic ſola ceſſatio ab operibus externis. Quies referenda ad aliquid majus & ſpirituale. Judæorum abſtinentia. Diſcrimen inter verum cultorem & hypocritam. Praxis Sabbathi eſt virtus Moralis. Non eadem ſemper licita. *Synodus Nationalis*. Quædam illicita ſunt, vel etiàm obedientiæ & virtutis rationem habent, propter Præceptum Morale; non antecedenter ad ipſum. Præcepta Moralia obligant omnes; atque etiàm ſemper: non tamen ad ſemper. *Th.* III. *Pag.* 401.--409.

Quartum Præceptum non loquitur tantum de ſeptimi diei determinatione & quiete tunc agenda. Judæorum ſabbathiſmus. In Sabbatho V. T. quædam Cerimonialia; non tamen ipſum merè Cerimoniale. Jejunium. Sabbathum nos non extenuamus; ſed Opponentes. Nos in iſtis Controverſiis non primi. *Th.* IV. *Pag.* 409.—413.

Abſtinentia ex ſe non eſt res ſancta. Chriſtiani idem Sabbathum cum Judæis aliquandò ſervârunt. *Synodus Laodicena*. *Ignatius*. Non agnoſcimus Præceptum abſolutè dicens, *Non facies ullum opus*. Th. V. Pag. 413. 414. 415.

Solvitur *primum Argumentum Opponentis*; *à naturâ*, *ſubjecto*. *& tempore ceßationis*. Sabbathum, quomodò Iſraëlitis obſervandum *per generationes ipſorum*. Naturâ quodammodò notum. Omnibus hominibus quomodò imperatum. Patriarchæ. Retorquetur Argumentum. *Th.* VI. *Pag.* 415,—418.

Ezech. XX. 10. 11. 12. *Nehem.* IX. 13. 14. Non magis Præceptum de Sabbatho, quàm reliqua omnia, in deſerto primùm data. *Th.* VII. *Pag.* 418. 419. 420.

Sabbathi repetitio. *Origenes*. Alii Patres. *Ezech.* XX. 11, 12. Feſta. *Th.* VIII. *Pag.* 420. 421. 422.

Solvitur *ſecundum Arg. Opponentis; quòd Sabbathum ſit ſignum. Exod.* XXXI, 13. *Ezech.* XX, 10, 11, 12. per Sabbatha non intelligendum præciſè ipſum hebdomadale. Quomodò interim hoc etiam ſignum ſanctificationis. Non omne ſignum eſt Typus. Ejus obſervatio ſub V. T. etiàm typica. Sanctificatio non citra Chriſtum *Ezech.* XX, 11, 25. *Rom.* VII, 10, 12, 13. Typi V. T. in ſe non potuerunt homines Deo reconciliare; ſed ad Chriſtum referri debuerunt. Obſervatio Sabbathi ſub V. T. quietem animæ & pacem per Chriſtum procurandam præfiguravit. Etiàm nunc adminiculum quietis ac pacis illius acquirendæ. *Hebr.* III, 15. &c. IV, 3. &c. *Ieſ.* LVI, 2, 4, 6. LVIII, 13. LXVI, 23. Th. IX. Pag. 422, —428.

Defenditur prima Reſponſio. Non omnia Sabbatha V. T. prorſus ejuſdem naturæ. *Th.* X. *Pag.* 428. 429.

Defenditur tertia Reſponſio. Aliud, Sabbathum hebdomadarium abſolutè; aliud modificatum, ut obſervari debuit ſub V. T. Non mutavi *Sabbathum* in *ſacrificia Sabbathi.* Nec de ſolis Sacrificiis locutus ſum. Alii etiam Typi præter Sacrificia. Sub N. T. manet Morale Sabbathi. *Th.* XI. *Pag.* 429. —431.

Defenditur ſecunda Reſponſio. Sabbathum ſub V. T. etiàm typicum. Sabbathum N. T. non univerſum ejus tempus æqualiter Sabbathum ante lapſum, ſub V. T. ſub N. T. *Th.* XII. *Pag.* 432. —435.

Gratia juſtificationis & ſanctificationis etiàm ſub V. T. Enallage temporis. *Interpretes Belgici.* Conſummatio: *Hebr.* XI, 40. X, 14. IX, 26. Aſperſio cordium à conſcientiâ malâ. *Ezech.* XX, 23, 26. *Nota Belgica.* Confeſſio impuritatis ſub V. T. qualis. Purificatio Typica. Circumciſio. Sabbathum. *Th.* XIII. *Pag.* 435, —441.

Non omne ſignum notificans, &c. ſtatim eſt Typus. Sabbathum ſub V. T. ſignum ſanctificationis; & typus quodammodò. Liberatio ex ſervitute Ægy-

ptiacâ,

ptiacâ, *Deut.* v. Th. xiv. Pag. 441.—444.

Manna Typus Chriſti: non tamen ſic, ut Chriſtus pridie Sabbathi univerſum opus redemtionis prorſus eſſet abſoluturus. Deſiderium duravit quodammodò uſque ad reſurrectionem, *Rom.* x. 7. 8. 9. ex *Deut.* xxx. 12. 13. Non omnes circumſtantiæ Divinitus revelatæ. Analogia. *Hebr.* iv. 10. Th. xv. Pag. 441.—449.

C A P. XII.

S*Olvitur tertium Arg. Opponentis; quòd Sabbathum ſit onus.* Chriſtianis adhuc incumbit Lex Moralis. Sabbathum per ſe & ex primævâ inſtitutione non arguit impuritatem. Ceſſatio, non ipſa ſanctificatio. Opera illicita. Signum ſanctificationis. Sanctificatio adhuc imperfecta. Maledictio & Immunditiès. Non omnis prohibitio operum quotidianorum, quin & eſculentorum, pertinet ad Typos V. T. Morale diſtinguendum à Cerimonialibus. Scrupuli etiàm circa reliqua Præcepta. Traditiones patrum à Præceptis Dei diſtinguendæ. Per obſervationem Sabbathi Chriſtiani non redintegratur mortis timor, &c. Judicia patrum carnis, eorumque παιδεία κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτοῖς, non magis annexa quarto Præcepto, quam reliquis. *Th.* i. *Pag.* 449—457.

Pædagogia V. T. etiàm circa quartum Præceptum. Judicia forenſia. *Th.* ii. *Pag.* 458. 459.

Solvitur illius *Arg. quartum, à naturâ Præceptorum* N. T. Sabbathum quomodò pertineat ad Fidem, & ad Charitatem Dei. Non eſt propriè ſacramentum N. T. *Ezech.* xx. 11. 12. 15. 20. 23.-26. *Nehem.* ix. 13. 14. Sabbathum non accenſetur ſtatutis non bonis. *Th.* iii. *Pag.* 459.—463.

Quædam in Decalogo Moralia poſitiva. Locus *Eph.* ii. 15. Imago Dei requirit etiam conformationem ad Poſitiva. *Ezech.* xx. 11. *Rom.* vii. 10. 12. 13.

Uſus & fructus Typorum V. T. Infidelitas, impœnitentia, &c. adverſantur Legi Morali. De ſectus rectitudinis circa notitiam Sabbathi. Principium fidei Divinæ. Judæorum ſabbathiſmus. Cogitatio non prava. Fructûs praxios Sabbathicæ. *Th.* IV. *Pag.* 463.—472.

Solvitur illius *Arg. quintum; quòd in Prophetiis de N. T. Sabbathum non ſignificet diem otii ab opere licito:* Aliundè ſatis probatur obſervatio Dominici. Ceſſatio. Locus *Ieſ.* LVII, 2. quomodò pertineat ad N. T. *Nota Belgica.* Itemque *Ieſ.* LVIII. 13. Th. V. Pag. 472.—476.

CAP. XIII.

CHriſtiani obligantur Moralitate quarti Præcepti; atque adeò ad obſervationem Dominici. Huc rectè applicantur varia loca V. T. *Th.* I. *Pag.* 476, 477.

Calvinus quid in Monachis perſtrinxerit. Quid ſenſerit de Moralitate Sabbathi & obſervatione Dominici. *Th.* II. *Pag.* 478. 479. 480.

De verbis *videtur, arbitramur.* Nos à Monachis longiſſimè abſumus. Vacatio. Convivia in Sabbatho. *Ierem.* XVII. 21, 22, 27. *Nehem.* XIII, 15,—22. Quare iſtud Præceptum Morale; & quomodò. Methodus diſputandi cum Judæis. Diſtinguenda Moralia à Cerimonialibus. *Th.* III. *Pag.* 480,—488.

Reſpondetur ad loca *Col.* II, 16, 17. *Gal.* IV, 10, 11. *Rom.* XIV, 4, 5, 6. Th IV. Pag. 488, 489, 490.

Sabbatha Feſtorum. Annus Sabbathicus. Sabbathum hebdomadale quatenus ceſſet. *Nota Belgica* ad loca *Col.* II, 16, 17. *Gal.* IV, 10, 11. Phariſæi. Th. V. Pag. 490.—493.

Infirmi in fide: Libertas Chriſtiana in cibis & diebus. Obſervare diem Domino, & non obſervare Domino. *Th.* VI. *Pag.* 493,—496.

Moroſæ altercationes, Charitas. *Th.* VII. *Pag.* 496, 497. 478.

Plu-

Digitized by Google

Plures reſponſiones ad locum *Rom.* XIV. 5, 6. Th. VIII. Pag. 498.

Offenſio in iſto negotio qualis. Firmitas & infirmitas fidei. *Th.* IX. *Pag.* 498.—501.

Locus *Marc.* II. 27. 28. Quomodò Sabbathum factum propter homines. Chriſtus major Templo. Legislator quomodò ſupra Legem. *Th.* X. *Pag.* 501, 502, 503.

Chriſtus quomodò Legi ſubjectus; quomodò ſupra eam. *Th.* XI. *Pag.* 503, 504, 505.

Sabbathum ex uſu communi quid. Ejus finis. Factum ad ſanctificationem. *Th.* XII. *Pag.* 505, 506.

Chriſti, quatenus ipſe Deus eſt, poteſtas circa Leges. Quomodò Dominus Sabbathi. Fideles non Domini Sabbathi. David non Dominus rerum ſacrarum. Homo quomodò habeat poteſtatem Conjugii. *Th.* XIII. *Pag.* 506.—510.

Chriſtus quomodò Dominus Sabbathi. Lex de Sabbatho non prohibuit caſum illic agitatum. Legis Cerimonialis conſummatio & abrogatio, quomodò & quandò facta. *Th.* XIV. *Pag.* 510.—513.

Sabbathiſmus ſpiritualis, *Hebr.* IV. 9. Non omnia abrogata, quæ propter hominem facta. *Th.* XV. *Pag.* 513. 514.

Sabbathi neceſſitas. Opera pietatis. Nec ſcrupuli movendi citra Verbum Dei, neque ad ulla peccata connivendum. Praxis Jejunii. *Th.* XVI. *Pag.* 514.—518.

Quæ *εὐσχημόνως* ϗ *κατὰ τάξιν* fieri debent, non omnia ſpecialibus Præceptis à Deo determinata. Libertas Eccleſiarum: Sabbathi alia ratio. *Th.* XVII *Pag.* 518, 519, 520.

Quies Sabbathi quomodò ad poſteriorem, quomodò ad piorem Decalogi Tabulam pertineat. *Th.* XVIII. *Pag.* 520, 521.

Determinatio loci. Temporis. *Th.* XIX. *Pag.* 521, 522, 523.

Tempus pro N. T. præſcriptum. Atque item Quies. Liber-

Libertas & prudentia Chriſtiana *Th* xx. *Pag.* 523. 524.

Opera quædam Sabbatho licita, imò neceſſaria. Neque tunc proximus Deo præfertur. *Th.* xxi. *Pag.* 524, 525.

Moderatio adhibenda circa opera. Etiàm ſub V. T. *Th.* xxii. *Pag.* 525, 526.

Refectiones quales Sabbatho licitæ. *Th.* xxiii. *Pag.* 526, 527.

Circa Quietem Difficultates. Sed & circa alia Praecepta. *Th.* xxiv. *Pag.* 527, 528 529.

Quid faciendum in Diſceptationibus circa iſtam materiam. *Th.* xxv. *Pag.* 529. 530.

Lex Dei non attemperata viribus noſtris poſt lapſum. *Th.* xxvi. *Pag.* 530. 531.

Non revocatur antiquum jugum δυσβάστακτον. Neque cultus carnalis. *Th.* xxvii. *Pag.* 532, 533, 534.

Morale quarti Præcepti. Poſterior Tabula quomodò cedat priori. *Th.* xxviii. *Pag.* 534.—538.

C A P. XIV.

SEntentia *Socinianorum* de quarto Præcepto. Eorum Antagoniſtæ. *Henr. Flockenius*; qui diſtinguit in Sabbatho generale & ſpeciale: ac porrò Moralitatem ejus probat, 1, quòd ſit pars Decalogi. 2, ex forma Legis. *Matth.* xxii. 37. 3. ex *Iac.* ii, 10, 4. ex ipſis Præcepti verbis, rationibus & fine. Addit-que conſenſum omnium Gentium. Probat porrò Chriſtianos ad Sabbathi ſeu diei Dominici obſervationem neceſſario obligatos eſſe, 1. ex mandatis Dei, 2. ex pœnis, 3. ex ipſâ æquitate; & locis *Act.* xx, 7. 1 *Cor.* xvi, 1, 2. *Apoc.* 1, 10. Reſpondet denique ad objectiones Socinianorum ex *Rom.* xiv, 5, &c. *Gal.* iv, 10, 11. *Col.* ii, 16, 17. Th. 1. Pag. 538.—546.

Sam. Mareſius, tria diſtinguit, 1. Cerimoniale & Typicum,

picum. 2. Superſtitioſum & adventitium. 3. Morale & perpetuum: Provocat ad ſanam rationem, ſtatum innocentiæ, & conſenſum Theologorum. Reſpondet ad loca *Col.* II, 16. *Gal.* IV, 10. *Rom.* XIV, 5. *Gal.* V, 1. Primum ſeptimanæ probat ex *Act* XX. 7. 1 *Cor.* XVI, 1, 2. *Apoc.* 1, 10. Urget quartum Præceptum inſertum eſſe Decalogo; proſelytos Domicilii ad Sabbathum etiàm fuiſſe obligatos; & non obſcura iſtius recordationis veſtigia inter Ethnicos. *Th.* II *Pag.* 546.—550.

Sabbathum hebdomadale prorſus Cerimoniale non dixerunt Paulus, Athanaſius, Catecheſis noſtra, Theologi Orthodoxi: neque Dominicum obſervandum liberè citra Præceptum. Status Controverſiæ cum Socinianis. Conſuetudo Apoſtolica ἔγγραφος. Damnatio propriæ juſtitiæ non facit Sabbathum Morale. *Th.* III. *Pag.* 550.—553.

Decalogus non rectè dicitur ſtipulatio Fœderis gratiæ Iſraëlitis propoſita; ſive formula converſionis ad Deum per fidem promiſſionis de ſanctificatione in futurum præſtandâ. Juxta Opponentem Sabbathum non magis Morale, quàm Circumciſio, &c. Sic manet ſolum Ennealogus pro Decalogo. *Th.* IV. *Pag.* 553. 554 555.

Præceptum retinendæ Quietis ſpiritualis ſimile præcepto de Circumciſione ſpirituali. Præceptum ædificandi proximum. Uſus ſacramentorum, Catecheſis. *Th.* V. *Pag.* 555. 556. 557.

Non ſufficit ad Morale Sabbathi. omne tempus æqualiter conſecrare Deo; mente contendere in fruitionem Dei, &c. *Th.* VI. *Pag.* 557. 558.

Quieſcere in Deo propter Chriſtum. Corpora ſua ſiſtere hoſtiam vivam, &c. æquè Moralia. Tempus & locus cultûs Divini. *Th.* VII. *Pag.* 558. 559.

Rebus ſuis omiſſis Deo & operi ipſius vacare. Deum celebrare in cœtu fratrum. *Th.* VIII. *Pag.* 559.

Opponens deductus ad abſurdum. Quod in promtu eſt cognoſcere, non ſtatim ſufficit ac plenam & diſtinctam

Digitized by Google

ſtinctam rei cognitionem. Monita generalia. Minimè feci me Dei conſiliarium. Catecheſis. Quarto Præcepto mandatur aliquod ſpeciale. Quomodò omnia Præcepta contineantur in primo. Inſtitutio Patriarcharum. *Th.* IX. *Pag.* 560.‥564.

Diſtinguendo non debemus extinguere Morale quarti Præcepti. Congregatio Eccleſiæ, & cultus communis. Dominici ordinatio ἔγγραφος καὶ Θεόπνευστος. Abnegatio reſurrectionis Domini. Libertas Eccleſiarum. Cur vacandum ab ordinariis laboribus. Poteſtas patria circa familiam; Magiſtratus circa ſubditos, quomodò imploranda. *Th.* X. *Pag.* 564. — 568.

Teſtimonia Doctorum. *Ioh. Hoornbeeck. Henr. Ernſtius.* *Th.* XI. *Pag.* 568, 569.

Concluſio operis. *Th.* XII. *Pag.* 569. 570.

Corrigenda.

P*Ag.* 3. *Lin. penult. lege*; reducenda potiſſimùm videntur. Pag. 5. lin. 9. *Deut.* IV. 13. X, 4. Pag. 30. Lin. 18, 19. ὠφέλεια. *Pag.* 103. *Lin* 20. qualemcunque. *Pag.* 118. *Lin.* 8. dixit *Ioh.* XIII, 34. Pag. 125. Lin. penult. *Deut.* XII, 9, 10, 11. *Pag.* 127. *Lin.* 17. iſto die. *Pag.* 135. *Lin.* 23. 24. Decalogum autem Divinâ voce in Monte Horeb ex igne ardente promulgatum, digito ipſius Dei. Pag. 136. Lin. 10. *Deut.* IV, 13. X, 4. *Pag.* 137. *Lin.* 18, 19. & potiſſimùm ad *Pag.* 214. *Lin.* 8. obligans; vide. *Pag.* 225. *Lin.* 2. hominem. *Pag.* 244 *Lin.* 17. XV. *Pag* 274. *Linea* 3. & *ſeqq. uſque ad* 13. uncinulis marginalibus notandæ ſimiliter ut reliquæ. Pag. 287. Lin. 30. ut *inſtrumentum*, & *conditionem*. Pag. 335. *Lin.* 3. *meditationem* *Pag.* 336. *Lin.* 13. colligendâ & coquendâ. *Lin.* 15. Nec non recordatio ſervitutis ſuæ in Ægypto; *Deut.* V, 15. Accedebat. *Pag.* 356. *Lin ult.* impuritas. *Pag.* 382. *Lin.* 20. 33.). Pag. 401. Lin. 15. *colloquiis.* *Pag.* 456. *Lin.* 1. quicquam. *Pag.* 467. *Lin.* 23. ſynecdochicè. *Pag.* 484. *Lin.* 16. adverſùs diſſentientes ſententiam. *Pag.* 505. *Lin.* 9. debet. *Pag.* 518. Lin. 16. 1 *Cor.* VII, 5. *Act.* XIII, 2.

BIBLIO… RO… VITTORIO…

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

1-6-2

Google